



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>

NYPL RESEARCH LIBRARIES



3 3433 08160784 2

276-78



Alexander Cochrane.

IOANNIS ALBERTI FABRICII

THEOL. D. ET PROF. PVBL. HAMBVRG.

BIBLIOTHECA GRAECA

SIVE NOTITIA

SCRIPTORVM VETERVM GRAECORVM

QVORVMCVMQVE

MONVMENTA INTEGRA AVT FRAGMENTA EDITA EXSTANT

TVM PLERORVMQVE E MSS. AC DEPERDITIS

AB AVCTORE RECOGNITA

E D I T I O N O V A

VARIORVM CVRIS EMENDATIOR ATQVE AVCTIOR

CVRANTE

GOTTLIEB CHRISTOPHORO HARLES

CONS. AVL. ET P. P. O. IN VNIVERS. LITTER. ERLANG.

VOLVMEN VNDECIMVM

HAMBVRGI

APVD CAROLVM ERNESTVM BOHN

A. C. MDCCCVIII

LIPSIÆ EX OFFICINA BREITKOPPIO - HAERTELIA



P R A E F A T I O.

Quae hoc volumine vndecimo comprehenduntur, et in indice capitum, post Fabricii praefationem posito, vberius declarantur; ea secundum veterem editionem partim ex volumine nono, nempe continuationem capitis de *Photio*, et cap. XXXVI. olim XXXIX. de *Maximo Alexandrino Sophista* etc. partim, eaque maximam partem ex volumine decimo; denique *Demetrii Procopii* succinctam eruditorum Graecorum recensionem ex volumine vndecimo reduxi, nec raro multis locupletavi supplementis. Contra omisi alia, quae in volumine decimo vet. edit. exstabant. Primum reliquam capitis de *Suida* partem cum recensione *Ety-mologici Magni*, *Lexicorum varii generis* et *Glossariorum antiquorum* in capite XL. voluminis sexti iam persequutus eram. Tum Fabricius praefationi suae ad volumen X. subiecerat duo indices 1) *homonymorum in decem voluminibus huius bibliothecae distinctorum*, et 2) *indicum, scriptores in variis scriptoribus graecis laudatos indicantium, qui in decem voluminibus huius bibliothecae exhibentur*. Enimuero refecui illos, quoniam meliorem locum inuenient in indice generali, cui illorum notitia a Fabricio iterum fuerat immixta, et quae propter multas *Homonymorum*

a me factas accessiones multo vberior b. c. d. erit. Quapropter hoc loco chartae et tempori atque labori, non dicam perquam molesto, sed inani parcendum esse duxi. Praeterea indices, a Fabricio post praefationem suppletos, scriptorum 1) in *Nemesii* libro de homine, 2) in *Meletii* libro de structura hominis laudatorum, ego iam suis quemque locis, vol. VIII. p. 451. sq. et vol. IX. p. 307. inserui, et tertium scriptorum a *Gemino Rhodio*, astronomo, memoratorum in calce vol. IV. reposui. Porro *prolegomena rhetorica* incerti scriptoris, (vide quae pag. 38. scripsi,) et passim plura loca, quibus Fabricius spicilegia collegerat ad superiora volumina, iam suis locis a me intexta, et quaedam alia exclusi.

Permulta autem a me esse adiecta, ipse, L. B., facile intelliges: et tamen aperte fateor, (vti iam aliquoties professus sum,) alios VV. DD. in bibliothecis amplissimis sedentes atque in hoc litterarum genere quasi habitantes, ideoque maiore instructos librorum vniuersaeque litteraturae vsu scientiaeque, haud pauca esse desideraturos; alia in tempore vel non venisse in memoriam, vel ad manus non fuisse. *) Cumprimis in capite huius voluminis vlti-

*) Sic ad pag. 492. addenda sunt, eaque memoratu digna, quae cel. *Werner Carol. Ludovic. Ziegler* in: Theologische Abhandlungen, tom. I. Göttingae 1791. 8. p. 77. sqq. in historia dogmatis de Spiritu S. (*Geschichts-Entwicklung des Dogma vom heiligen Geiste von den frühesten Zeiten der Kirche an bis zum letzten Vereinigungstermin der beyden grossen vber den Ausgang streitenden Kirchen zu Florenz*,) et quae cel. *Guil. Müncher* in Enchiridio christianae dogmatum historiae, (*Handbuch der christlichen Dogmen Geschichte*. tom. III. Marburgi, 1804. 8.) in sectione III. p. 569. sqq. de doctrina de Trinitate, inprimis p. 537. sqq. de processione Spiritus S. docte copioseque disputant. Insuper posterior p. 537. in nota 1. laudat de processione Spiritus S. dissertationem, quae est prima inter dissertationes Damascenicas *Mich. Le Quien*, praefixas editioni opp. Io. Damasceni, tom. I. p. 1. sqq. — *Christoph. M. Pfaffii* Historiam succinctam controuersiae Graecorum Latinorumque de processione Spiritus S. a patre filioque, Tubingae 1749. 4. et *Theophanis Procopowicz* tractatum

ultimo, faepe sterili, quod incredibilem laborem, interdum fatietatem, et, paene vt dicam, taedium creauit, et in quo locupletando, quamquam multum operae et temporis consumpsi, nec raro perdidit, aliis amplum reliquisse sentio spicilegium. At enim *Te*, L. B. vt hoc Catone contentus, humanae ignoscas infirmitati, rogo maximopere.

Fabricius vol. X. vet. edit. adiecerat *Leonis Allatii* de *Georgiis* et eorum scriptis diatribam, ad edit. Parisiensem 1651. cum notis, supplemento et indice recusam. Ego vero illam doctam quidem, at pro instituto nostro copia laborantem, quia *Fabricius* ad illam saepe prouocauit, eamque alii forsan desiderabunt, plane excludere nolui; at, bibliopola, viro honesto et aliis VV. DD.

a 3

finem

tum de processione Spiritus S. Gothae 1772. additque, in illo libro inesse, iam typis antea expressam, Historiam, in qua de ortu et profectu conuersiae, Graecos inter et Latinos de processione Spiritus S. agitatae, narratur, totiusque dissidii ad nostram vsque aetatem exponitur series, conscripta a *Theophane Procopowicz*, 1767. — Tum ad p. 496. vet. edit. (nam plagella ista p. 593. huius editionis, vbi *Fabricius* meminerat *Angeli* eiusque libri, dum haec scribo, haeret adhuc in manibus typothetae,) veram libri, quem tum temporis nondum habueram, inscriptionem omisisse suspicor. Meum igitur exemplar inscriptum est: *Ἐνχίριδιον — — Enchiridium de statu hodiernorum Graecorum: opera Christoph. Angeli Graeci, graece conscriptum; iam cum versione latina, e regione posita, et annotationibus, multo, quam antehac locupletioribus cura Georgii Fehlauii, ecclesiae Dantiscani, adornatum.* Lipsiae, impensis Io. Grossii et socii, 4. fine anni nota. Atque, qui olim possederat exemplar, is in fronte libri ea, quae sequuntur, adnotauit. „*Koecher* in Theol. symbol. p. 921. Historia graeca, in qua constitutiones Graecorum, praecipue ipsorum dogmata, mores variique, quos circa sacra adhibent, ritus, gr. et lat. describuntur, ad maiorem perspicuitatem annotationibus eruditissimis illustrata C. Aug. a G. F. Francof. et Lips. 1720. 4. Titulus splendide mentiens *Historiae graecae* loco *Christoph. Angeli* de statu hodiernorum Graecorum, siue de institutis et ritibus Graecorum et graecae ecclesiae, *Enchiridion*, cum commentario et annot. *Georgii Fehlauii*, quod olim Cantabrigiae 1619. et *Fehlauii* cura illustratum ac locupletatum, Francof. 1655. typis exscriptum fuit, exhibet: de quo libro *Heinzeccius* in der Abbildung der alten v. neuen griechisch. Kirche, P. I. cap. IV. §. 8. p. 227. seq. *Io. Fabric.* in histor. bibl. part. V. p. 367. *Reimann.* in cat. biblioth. p. 802. seq. *Zeltner.* in breuiar. Prolegg. nr. 11. §. 2. p. 15. *Lilienthal*, tom. II. der theolog. Biblioth. p. 127. fqq. verbosius agunt.“ Add. supra, p. 491. vbi *Fabric.* quasdam citat *Fehlauii* edit.

finem operis flagitantibus, in sequenti volumine, vti in superiore volumine in capitibus XXVII. et XXVIII. de Nilis et Psellis feceram, b. c. d. ita contraham, vt, quae scitu maxime necessaria videantur, et quatenus instituto nostro respondeant, ipsius Allatii verbis vt plurimum seruatim, excerpam, et Fabricii nostri reddam adnotationes, interdum meas adiiciam; ad ea vero, quae alibi in nostra bibl. Gr. iam disputata sunt, lectores abilem.

Heumanni, a quo vna tantum alteraque nota in hoc volumine profecta est, ad cetera autem, quae restant, volumina nihil adnotatum in illius exemplari relictum est, nomen in voluminis inscriptione omittere satius esse duxi. Quod superest L. B. cel. *Beckii*, cuius insigni liberalitati atque rarae eruditioni etiam in hoc volumine haud pauca, eaque egregia debes supplementa, et cel. *Rosenmülleri* singularem diligentiam ac sollertiam in tollendis operarum peccatis denuo lubenterque cognosces, et mecum gratus laudabis. Vale, meisque faueas velim laboribus. Scr. Erlangae d. XII. Maii c1818cccviii.

GOTTLIEB CHRISTOPHORVS HARLESS.

I. A.

I. A. FABRICII PRAEFATIO

volumini X. veteris edit. praefixa.

AD LECTOREM.

Decimum hocce volumen, quod recens iam Tibi exhibeo, denique clausulam imponit libro quinto praesentis bibliothecae, atque adeo notitiam Graecorum Scriptorum deducit ad illud tempus, quod mihi dudum proposui, et ad captam vsque a Turcis CPolin profequitur, imo non paucos, qui etiam post miserandam illam graeci imperii catastrophem vixerunt, carptum et breuiter attingit. Difficillimam hanc esse omnium partem, periti et eruditi Lectores facile agnoscent, neque mihi vertent vitio, si ex libris infinitis, exiguis etiam ex parte, obscuris, rarissimeque obuiis vel adhuc ineditis aliqui vix cogniti per nebulam, alii plane me effugerint. Nonnullum tamen etiam in his studium fuisse meum, aequi iudices haud diffitebuntur: certe, quod potui, feci libenter, atque vt eruditorum Virorum obseruatis vterer, propriaque obseruatione aliquid adstruerem eorum, qui de scriptoribus graecis et ecclesiasticis ante me tractarunt, industriae, quantum licuit mihi, operam impendi. De *Georgiis*, qui Graece aliquid in literas miserunt, quum exstaret doctissima *Allatii* diatriba, nolui Iliadem scribe-

scribere post Homerum, sed lucubrationem illam cum notulis meis ac supplementis huic volumini integram subiunxi. Quoniam vero in multis aliis homonymis scriptoribus similiter annotandis non minimus huius bibliothecae labor versatur, atque index duplex in totum opus, chronologicus alter, alter alphabeticus, vna cum parapomenis et supplementis emendationibusque, vltimum, hoc est duodecimum operis volumen, expectat, vndecimo destinato conciliis, Ictis, medicisque, et variis Graecorum scriptorum iunctim editorum hactenus indictis mihi collectionibus: haud ingratum puto fore, si interim in limine huius voluminis triplicem Tibi indicem exhibuero, vnum homonymorum scriptorum, qui in decem hactenus editis voluminibus exponuntur atque inter se distinguuntur, alterum indicum citatorum scriptorum in scriptores varios per decem haecce volumina sparforum,*) tertium denique capitum, quae in hoc speciatim volumine iam Tibi recens a me oblata inspicias. Vale.

*) Hi duo indices vna cum Allatii diatriba cur ab hoc volumine absint, causam iam in mea praefatione attuli. *Harl*

INDEX CAPITVM

IN HOC VOLVMINE CONTENTORVM.

- CAPITIS XXXV. (olim XXXVIII.)** *continuatio de PHOTIO. Index alphabeticus, de quibus Photius in Bibl. IX. Epistolae Photii. X. Index eorum, ad quos Photius scripsit. XI. Libri quatuor contra Manichaeos. XII. Nomocanon. XIII. Alia eius scripta. XIV. Scripta aduersus Latinos. XV. Amphiloquia. XVI. Alia Photii scripta per odium a Latinis exusta vel suppressa aut interpolata. XIX.* pag. 1.
- CAPVT XXXVI. (olim XXXIX.)** *MAXIMI ALEXANDRINI SOPHISTAE de obiectionibus insolubilibus, gr. ac lat.* p. 38.
- CAPVT XXXVII. (olim XLI.)** *De IOSEPHI Christiani Hypomnestico, hactenus inedito, p. 51. capita eius sine argumenta, gr. et lat. p. 53. sqq. — De ANDREA Cretensi. p. 62. Alii Andreas, 64. De Andreae Cretensis scriptis editis, 68. MELODI Graetorum. p. 76. Index homiliarum Andreae Cretensis editarum et ineditarum, 84. Eiusdem homilia in publicanum et pharisaeum, nunc primum edita, gr. et lat.* p. 86.
- De CTRILLO Scythopolitano, eius scriptis.* p. 97.
- De IOANNE Cappadocae, patriarcha CPolit. antiquiore.* p. 99.
- De IOANNE Antiocheno, patriarcha CPolitano.* p. 100.
- De GREGORIO Antiocheno episc.* p. 102.
- De DOROTHEO abbate, p. 103. eius adhortationes, gr. et lat. p. 105. Index eorum, qui in eius adhortationibus laudantur.* p. 106.
- De IOANNE Cappadocae iuniore Nestuta s. ieiunatore.* p. 108.
- De THALASSIO. p. 112. Thalassii varii.* p. 114.
- De ISAACO presbytero Antiocheno. p. 114. De Isaaco seniore, de Isaaco Syro et aliis Isaacis. p. 118. Index scriptorum, qui ab Isaaco Armeniae Catholico in inuestiuis contra Armenios citantur, p. 124. De Isaaco Argyro,* p. 126. sqq.

b

Index

x
Index scriptorum et epistolarum quae referuntur vel citantur in Actis CONCILII V. CPoli a. 553. habiti contra tria capitula, p. 130, nec non in CONCILIIS duobus, adversus MONOTHELITAS habitis, Lateranensi a. Ch. 649. Romae sub Martino Papa, et CPolitano SEXTO oecumenico, a. 680. p. 136. sqq.

Monothelitarum haereseos promachi p. 151. oppugnatores, et de eorum historia consulendi, p. 153. e recentibus, p. 154.

De GERMANIS tribus CPolitanis p. 155. De aliis Germani nomine claris. p. 171.

De IOANNE Carpathio et COSMA Hierosolymitano, p. 173. Aldi Manutii editio hymnorum IOANNIS DAMASCENI et COSMAE HIEROSOLYMITANI, p. 175. GEORGII SCHOLARII ad unum et trium personarum deum, et gr. ac lat. oratio ad dom. nostrum Iesum Christum, p. 177. COSMAE varii. p. 181.

De TARASIO, patriarcha CPolitano, p. 183.

De MICHAELE STNCELLO, p. 186. Alii Michaelis, qui graece scripserunt, in his praesertim de Michaelis APOSTOLIO, p. 188. de Michaelis CERVULARIO p. 195. de Michaelis GLYCA, p. 199. Index eorum, ad quos Michaelis Glycae epistolas, p. 201. sqq.

CAPVT XXXVIII. (olim XLII.) De THEOPHANE CERAMEO, eius scriptis, p. 208. Alii Theophanes. p. 218.

De IOANNE ZONARA, p. 222.

De IOANNE TZETZE, eiusque fratre, p. 228. De Ioan. Tzetzae scriptis. p. 215. sqq. Index scriptorum, in Chiliade Io. Tzetzae laudatorum, p. 243. sqq.

De CONSTANTINO HARMENOPVLO eiusque scriptis editis et ineditis. p. 260. sqq. Alii Constantini. p. 268.

De NICONE, monacho et archimandrita, p. 275. Index scriptorum, in Niconis Pandaſſe laudatorum, p. 277. de aliis Niconibus. p. 278.

De ANDRONICO CAMATERO. p. 278. alii Camateri. p. 279.

De ALEXIO ARISTENO. p. 280.

De SAMONA Gazensi et de THEODORIANO. p. 281.

De EVSTATHIO Theſſalonicenſi archiepiscopo, et de aliis Euſtathiis. p. 282.

De NICOLAO Grammatico et aliis Nicolais, qui graece scripserunt. p. 285. sqq.

De

- De SIMEONIBVS** variis, p. 295. et **SIMONIBVS**, p. 300. **De SIMEONE** presbtero
S. Mamantis in Xylocero CPoli, p. 302. **De SIMEONE SETHI**, p. 320. *sqq.* de
SIMEONE Theſſalonicenſi, p. 328. **De SIMONE Cretenſi**. p. 334.
- De PETRO** diacono et aliis Petris, qui graece ſcripſerunt. p. 334. *ſqq.*
- De LVCA** Chryſoberge, p. 338. de **NEOPHYTO** et aliis Neophytis, p. 339. et de
IOANNE Citri epifcopo, p. 341.
- De SYNTIPA** et **ERASTO**. p. 342.
- CAPVT XXXIX.** (olim XLIII.) de ſcriptoribus graecis, romanas eccleſiae fauentibus, vel
cum graeca eam conciliare cupientibus. p. 344. *ſqq.*
- De IOANNE VECCO**, eiusque ſcriptis. p. 344.
- De GEORGIO SCHOLARIO**, poſtea **GENNADIO** diſto, et an duo Gennadii, ex Eu-
ſebii Renaudoti diſſertat. p. 349. *ſqq.* et de eius ſcriptis, p. 369. *ſqq.*
- De GREGORIO MAMMATE**. p. 393.
- De NICEPHORO BLEMMYDE**. p. 394.
- De ESAIA CYPRIO**. p. 395.
- De AGAPIO Cretenſi**. p. 396.
- De GEORGIO PACHYMERE**. p. 397.
- De MAXIMO CHRYSOBERGE**. p. 397. *ſq.*
- De DEMETRIO CYDONE**, eiusque ſcriptis, p. 398. *ſqq.* et de aliis Demetriis. p. 405. *ſqq.*
- De tribus DEMETRIIS CHRYSOLORIS**. p. 409.
- De BESSARIONE**. p. 420. *ſqq.*
- De LEONE ALLATIO** eiusque libris editis et non editis. p. 435. *ſqq.*
- De IO. MATTHAEO CARTOPHILO**. p. 446.
- De PETRO ARCYDIO**. p. 448.
- De IO. BAPTISTA CATVMSTRTO**. p. 450.
- De NICOLAO COMNENO PAPADOPOLI**. p. 450.
- De ALOTSIO ANDRVZZI**. p. 452.
- De MANVELE CALECA**. p. 453.
- De PANTALEONE**. p. 455.
- De ANDREA EVDAEMONE IOANNE**. p. 457.
- De IOANNE PLVSIADENO**. p. 458.
- De HILARIONE** monacho. p. 459.

De

- De IOANNE ARGYROPOLO** eiusque scriptis. p. 460.
- De BARLAAMO**, p. 462. sqq. et de Barlaamo eremita. p. 473.
- De IOANNA** Papissa, Graecorum testimonia. p. 471.
- De FANTINO VALLARESO**. p. 473.
- De NICOLAO** Spadarijo, **PAYSIO LIGARIDIO**, **HILARIONE** Citada, **ANDREA** Colossensi, **NICETA** Maronita, **NICEPHORO** Melisseno Commeno, et **IOANNE** Meliteniota. p. 474.
- De MELETIO STRIGO**, et **MELETIO PIGA**. p. 474. sqq.
- De ANDREA** Rhodi archiep. p. 478.
- De IOSEPHO** patriarcha CPolit. p. 479.
- De IOANNE PALAEOLOGO**. p. 479.
- De IO. ANDREA STAVRINO**, **RHODINO** et variorum Graecorum opusculis contra Latinos MSSis. p. 480.
- Scripta multorum de Graecis, aut contra Graecos a Latinis et romanas ecclesias sociis, natione haud Graecis, consignata.* p. 481. lqq.
- CAPVT XL.** (olim XLIV.) **de GREGORIO PALAMA** eiusque scriptis, p. 494. sqq. *Palamas aduersarii.* p. 506. lq.
- De GREGORIO ACINDYNO**. p. 507.
- De IOANNE CYPARISSIOTA** p. 507. *index scriptorum in Cyparissiotas decedibus laudatorum*, p. 509. *Palamas propugnatores, praecipue de PHILOTHEO patriarcha CPol.* p. 513.
- Alii Philothei.* p. 518.
- De NILO** Rhodio. p. 519.
- De IOANNE GLTCE**. p. 520.
- DEMETRII PROCOPII** succineta eruditorum Graecorum superioris et praesentis saeculi recensio, (ex vol. XI. veter. edit. p. 760. sqq.) p. 521. lqq.
- CAPVT XLI.** (olim XLV.) *Notitia alphabetica scriptorum graecorum, magnam partem adhuc ineditorum et parum explicatae aetatis, de quibus haecenus non dictum. Plerorumque etiam ex iis, qui romanam ecclesiam oppugnaverunt.* p. 554. vsque ad finem.



IO. ALB. FABRICII
BIBLIOTHECAE GRAECAE
LIBRI QVINTI PARS QVINTA.

CAPITIS XXXV. (olim XXXVIII.)
CONTINVATIO.

DE PHOTIO.

Index alphabeticus scriptorum, de quibus Photius in Bibl. IX. Epistolae Photii. X. Index eorum, ad quos Photius scripsit. XI. Libri quatuor contra Manichaeos. XII. Nomocanon. XIII. Alia eius scripta. XIV. Scripta aduersus Latinos. XV. Amphilochia. XVI. Alia Photii scripta inedita. XVII. Et deperdita. XVIII. Photii scripta per odium a Latinis exarsita, vel suppressa aut interpolata. XIX.

[Cum supplementis G. C. Harles.]

*Index alphabeticus scriptorum de quibus Photius in bibl. *)*

Numeri maiores Codicum denotant illos de quibus ex instituto differuit, minores, quorum obiter mentio.

Abas. 190.
Abibus Gamalielis F. 171.
Abraam Ebraeus. 242.
Acacius Berrhoënsis. 59.
Acacius Melitenfis. 169.
Acacius Scythopol. 169.

Acephali. 225. 226. 228.
Acestorides. 189.
Achilles Tatius LXXXVII. 94. 166;
Achillius. 85.
Adda Manichaeus. 85.
Adelphius Massalianus. 52.

Adelphi-

22) Conf. indicem auctorum, qui a Photio laudantur, subiectum ab Albert. Glossario gr. in sacros N. T. libros. Harl.

Vol. XI.

- Adelphiani*. id.
Adrianus imp. C.
Adrianus Christianus. II.
Aedessia. 242.
Aelius Dionysius Halic. CLII. 161.
Aenescidemus. CCXII.
Aeschines orator. LXI. CCLXVI. 279.
Aeschines Socraticus. 61. 158.
Aeschylus. 158.
Aesopus. 190.
Aëtius Amidenus. CCXXI. 178.
Aëtius haereticus. 162.
Africanus XXXIV. 163.
Agapius rhetor. 242.
Agapius Massalianus. 52.
Agapius Manichaeus. CLXXIX.
Agatharchides. CCXIII. CCL.
Agläophon. 234.
Agnoëtae. 230.
Alcman. 190.
Alexander, Dionysii Halic. pater. 83.
Alexander Aphrodiseus. 214.
Alexander Hierapol. 232.
Alexander Magnus. 190.
Alexandri et Metrophanis martyrum *Acta*. CCLVI.
Alexander Myndius. 190.
Alexander (Polyhistor). CLXXXVIII. 189.
Alexander Trallianus. 178.
Alpheus Massalianus. 52.
Alypius, Cappadociae archiep. 52.
Ambrosius. 226. 229. 230. 231.
Ammon geometra. 89.
Ammonius siue Ammonianus criticus. 242.
Ammonius (Hermeneas) Alex. 181. 214. 242.
Amometus. 189.
Amphilochius Iconiensis. 52. 226. 229.
Amphilochius, Sidae episc. 52. 230.
Amyntianus CXXXI.
Anastasius Antioch. 231.
Vindanius Anatolius Berytius CLXIII.
Anatolius. 242.
Anaxagoras Athen. vide *Praxagoras*.
Andocides CCLXI.
Andreas monachus. 161.
Andronicianus. XLV.
Andronicus Hierapol. 279.
[P] Anomoei. 102.
Anonymi. XXIV. XXXVI. XXXVII. CXV. CXVI. CXVII. CXLVI. CXLVII. CXLVIII. CLXX. CXCVIII. CCXLIX. CCLIII. 161.
Antalcidas. 61.
Antenor. 190.
Anthimus, Trapezantius episc. 228.
Anthusa. 242.
Antimachus poeta. 161. 213. 239.
Antiochus, mythographus. 190.
Antiochus Ptolemaidis. 229. 59.
Antipater Acanthius. 190.
Antipho CCLIX.
Antisthenes. 158.
Antonius Diogenes. CLXVI.
Aphthonius sophista. CXXXIII.
Aphthartodocetae. 162.
Apollinaris Hierapolitanus. XIV.
Apollinaris haereticus. 230. 231. 229. 162.
Apollodorus. CLXXXVI. 161. 189.
Apollonius astronomus. 190.
Apollonius stoicus. 161.
Apollonius Tyanensis. 39. 44. 241.
Apollonius medicus. 216.
Apostolorum vitae. 170. 114. 179.
Appianus. LVII.
Apuleius. 163.
Aramus. 177.
Aratus. 279.
Archelaus, Mesopotam. episc. 85.
Archelaus Caesariensis. 52.
Archelaus Cyprius. 199.
Archiasas. 242.
Archilochus. 239. [et male *Aralochus*. vid. *Ruhnken*. ad *Vellei. Patercul.* I. c. 5. p. 20. *Harl.*]
Archinus rhetor. 260.

Arion.

- Arion. 239.
 Aristarchus grammaticus. 190.
 Aristides rhetor. CCXLVI. CCXLVII. 158.
 265.
Aristides Christianus. 34.
 Aristot. peripateticus. 189.
 Aristocles. 158.
 Aristogiton rhetor. 267.
 Aristonicus Tarentinus. 190.
 Aristophanes grammaticus. 161.
 Aristophanes comicus. 279.
 Aristoteles. 189. 190. 239. 242. 279. 214. 161.
 Aristoxenus. 161.
Arius haereticus. 222. 229. 230. 127. 136. 140.
 Arrianus. LVIII. XCI. XCII. XCIII. 82. de
 cometarum significatione. CCL.
 Artemo Magnetus. 161.
Artemo haereticus. 48.
 Asclepiades. 242.
 Asclepiodotus. 242.
 Aspalus rhetor. 265.
Asterius Amasenus. CCLXXI.
 Atræus. 166.
Athanasius. XXXII. CXXXIX. CXL. 75. 127.
 162. 226. 227. 229. 230. 231. 232. 242. eius
 vita CCLVIII.
 Athenæus Naucratis. 161.
Athenagoras. 234.
 Athenagoras, Boëthii amicus. 155.
 Athenodorus Eretriensis. 190.
Atticus CPol. 52. 229. 232.
Augustinus. 53.
Aurelius, Carthag. episc. 53.
 Bacchylides. 190.
 Balager. 166.
 [P] Balaamus propheta. 223.
Baradatus. 229. 230.
Bardesan. 223.
 Basilides sophista. 158.
Basilus Caesarjens. CXXI. CXLII. CXLIII.
 CXLIV. CXCI. 4. 5. 43. 225. 216. 229. 230.
 231. 232. 75. 137. 138. 140. 162.
Basilus, Cilix presb. XLII. CVII. 95.
Basilii imp. genealogia adulterina, cuius Pho-
 tium reum fecit Chronici Gotwicensis au-
 ctor illustris in præf. pag. VIII. auctore ci-
 tato Morerio. — Alium testem vtiq. de-
 siderabat.
Basilus Seleuc. CLXVIII.
Bizus, Seleucia episc. 52.
 Bleimyum prophetæ. 80.
 Boëthus. CLIV. CLV.
 Botrys Myndius. 190.
 Brachmanac. 242.
Brazes Persa. 228.
 Brutus. 158.
 Caecilius Sículus. 61. 259. 260.
Caesarinus. CCX.
Caius presb. XLVIII.
Caianitæ. 227.
 Calchas vates. 190.
 Callicles. 279.
 Callimachus. 190. 239. 265. 279.
Callinicus. 228.
 Callinus Ephesus. 239.
 Callixenus. 161.
Candidus Isaurus. LXXIX.
Canonum ecclesiasticorum collectio Syris vñtata,
 228.
 Carinianus vates. 166.
Cassianus. CXC VII.
Castor. 197.
Celestius. 53. 54.
Celestinus rom. 53. 54.
 Cephalæon. LXVIII. 161.
 Cercidas. 190. 279.
 Chaldaica philosophia. 242.
 Charinus iambographus. 190.
Lucius Charinus, manichæus. CXIV.
 Chio Matridis F. 224.
 Chiron medicus. 190.
Choricus. CLX.
Christophorus. 230.
Chrysippus Hierosol. 171.
 A 2

Chrylip-

- Chrysippus. 242.
 Chrysothemis Cretensis. 239.
 Cicero. 190.
 Cinnaeus. 213.
 Clearchus. 224.
 Clemens Alex. CIX. CX. CXI. 117. 232.
 Clemens Rom. CXII. CXIII. CXXVI.
 Cleophanes Myrleapus. 176.
 Cocytus. 190.
 Conon mythographus. CLXXXVI. 189.
 Conon tritheim. XXIII. XXIV.
 Constantinus quæstor. 231.
 Constantinus magnus, imp. 62. 256.
 Constantius imp. 53.
 Cosmas diac. Alex. 194.
 Cosmas Indopleustes. XXXVI.
 Cratinus. 190.
 Crinagoras. 190.
 Critias. 158.
 Ctesias. LXXII. 68. 189.
 Cycclus epicus. 186. 239.
 Κυπρία, poem. 239.
 Cypriani et Iustinae martyrium. CLXXXIV.
 Cyriacus, Paphi episc. 229.
 Cyrillus Alex. XLIX. LIV. CXXXVI. CLXIX.
 226. 227. 229. 230. 231. 232. 75. 162.
 Cyrillus Hierosol. 89. 229.
 [P] Cyrus Antinopolitanus. 279.
 Dadoes Massalianus. 52.
 Damascius. CXXX. CLXXXI. CCXLII. 166.
 Damosstratus. 161.
 Daniel propheta. 184.
 Dares. 190.
 Demetrius Alex. 117.
 Demetrius Magnæ. 265.
 Demetrii martyrium. CCLV.
 Demetrius Scepius. 190.
 Democritus. 163.
 Demodocus. 190.
 Demosthenes. CCLXV. 158. 176. 239. 242.
 279. 293.
 Dexippus. LXXXII. 77.
 Diadochus Photices episc. CCI. 231.
 Didymus. 279.
 Dinarchus. CCLXVII. 265.
 Dio Cassius. LXXI.
 Dio Chrysostomus Prusæus. CCIX.
 Diodorus, Valerii Pollionis F. CL.
 Diodorus Siculus. LXX. CCXLIV.
 Diodorus Tarsensis. CCXXIII. 85. 102.
 Antonius Diogenes. CLXVI.
 Diogenes cynicus. 161.
 Diogenes Eusebii philos. F. 181.
 Diogenes Laërtius. 161.
 Diogenianus. 145. 149.
 Diogneti duo. 190.
 Dionysius Aegenfis. CLXXXV. CCXI.
 Aelius Dionysius. CLII.
 Dionysius Alex. 117. 232.
 Dionysius areopagita. 1. 229. 231.
 Dionysius Halicarnass. LXXXIII. LXXXIV.
 279.
 Dionysius sophista. 61.
 Dionysius tyrannus. 259. 279.
 Diophanes. 163.
 Dioscorides. CLXXVIII. 216.
 Dioscorus. 95. 230.
 Domnus monachus. 229.
 Domitianus. 228. Melitenes episc. 225. 229.
 230.
 Domitianus Teleptensis. 53.
 Dorotheus. CLVI.
 Dorus philosophus. 242.
 Dositheani. 121. 230.
 Duris Samius. 176.
 Elpidius. 193.
 Emesion. 242.
 Ephorus. 176.
 Ephraem Syrus, presb. CXCVI. 229.
 Ephraem, episc. Antioch. CCXXVIII. CCXXIX.
 231.
 Epictetus. 58.
 Epicharmus. 190. 279.
 Epidaurius. 242.

Epigram.

- Epigrammata vetera. 189.
 Epiphanius. CXXII. CXXIII. CXXIV. 229.
 232.
 Erichthius. 229.
 Euagrius. XXIX.
 Eubulus. 190.
 Euchitae. 52.
 Eudocia. CLXXXIII.
 Eugenius, ad quem scripsit Oribasius. 219.
 Eugenius trithemita. XXIII. XXIV.
 Eulogius Alex. CLXXXII. CCVIII. CCXXV.
 CCXXVI. CCXXVII. CCXXX. CCLXXVII.
 CCLXXX. 231. Eulogii opusculum de SS.
 Trinitate et diua oeconomia editurum se
 promissit Magnus Crusius diss. epist. p. 26.
 Eunapius. LXXVII. 98. 219.
 Eunoïus. 242.
 [P] Eunoïus monachus. 228.
 Eunomius haereticus. CXXXVII. CXXXVIII.
 4. 5. 6. 7. 45. 163. 179.
 Euphorion. 190. 279.
 Eupithius. 242.
 Eupolis. 190.
 Eupompus Samius. 190.
 Euripides. 158. 190.
 Eusebius Caesariensis. IX. X. XI. XII. XIII.
 XXVII. XXXIX. CXVIII. CXXVII. 229.
 117. 232. Palaestinus. 227. pro Sozomeno
 adlegatur. 196.
 Eusebius Emesenus. 242.
 Eusebius, episc. Thessalon. CLXII.
 Eusebius sophista. CXXXIV.
 Eustathius Antiochenus. 127. 225. 229. 232.
 Eustathius Massalianus. 52.
 Eustratius. CLXXI.
 Eutyches. 95. 225. 228. 229. 230.
 Eutychius CPol. 227.
 Euxenon. 224.
 Fauorinus. 161.
 Firmus. 242.
 Flavianus Antiochenus. 52. 229.
 Flavianus CPol. 230.
 Flavianus, Eusebii philosophi pater. 181.
 Florentinus. 163.
 Gaianus. 151.
 Galenus. CLXIV. 216-219. 242. 279. 178.
 Gamaliel. 171.
 Gelasius Caesariensis. XV. LXXXIX. CII. 88.
 227.
 Gelasius Rom. 54.
 Gennadius CPol. 231.
 Georgius Alexandrinus. XCVI.
 Georgius eparchus. 194.
 Georgius Laodiceus. 85.
 Germanus CPol. CCXXXIII.
 Gerontius. 52.
 Gessius medius. 242.
 Gregorius, Hermiae frater. 242.
 Gregorius Dialogus, papa. CCLII.
 Gregorius Naz. 222. 227. 229. 75. 140. 162.
 194. 230. 231. 232.
 Gregorius Nyssenus. VI. VII. 222. 229. 138.
 162. 230. 231. 232. 233.
 Gregorius thaumaturgus, episcopus Neocaes-
 sar. 229. 230. 162.
 Hegemonius. 85.
 Hegesias. 232.
 Hegesippus. 232.
 Hegesippus rhetor. 265.
 Hegias. 242.
 Helena, Musaei filia. 190.
 Heliodorus. LXXIII. 87. 94. 166.
 Heliodorus, Hermiae F. 242.
 Helladius (Alex.) CXLV. 158.
 Helladius Besantinus. CCLXXIX.
 Hellanicus. 68. 161. 176. 189.
 Heraclianus Chalced. LXXXV. 231.
 Heraclides, Ephesi episc. 59.
 Heraclides Lembus. 213.
 Heraclides Nyssenus. 52.
 Heraclides Ponticus. 189.
 Heraiscus. 242.
 Hermias Hermopolitanus. 279.
 Hermias Ammonii pater. 242.
 A 3 Herodes.

- Herodes sophista. 242.
 Herodianus. XCIX.
 Herodorus. 80.
 Herodotus. LX. 68. 161. 176. 189. 190.
 [P] *Heros, Pelagii adulator.* 54.
 Hesiodus. 161. 190. 239. 279.
Hesychius illustris. LXIX.
Hesychius, presbyt. Hierosol. LL. CXCVIII.
 CCLIX. CCLXXV.
 Hierax Alexandrinus. 242.
 Hierius. 242.
 Hierocles. CCXIV. CCLI. 39. 242.
 Hieronymus Rhodius. 189.
 Hilarius confessor. 229.
 Hilarius philosophus. 242.
 Himerius. CLXV. CCXLIII.
 Hippocrates. 242. 279.
Hippolytus. XLVIII. CCI. 232.
 Hipponax Ephesius. 239.
 Homerus. 161. 190. 239. 279.
Honorius imp. 53.
 Horapollon grammaticus. 279.
Hormizes, Comanenſis episc. 52.
 Hymenaeus. 239.
 Hymni. 190. 239.
 Hypatia. 242.
 Hyperides. CCLXVI. 265.
 Hypermenes. 190.
Jacobus apostolus. 275. 222.
Jacobus medicus. 242.
Jacobus monachus. 229. 231.
 Iambe Threſſa. 239.
 Iamblichus. 181. 242. 214. 215.
 Iamblichus, alius dracenis auctor. XCIV. 166.
 Ibycus poeta. 190.
Ignatius. 222. 229. 232.
 Illus. 242.
Innocentius Rom. 54. 86.
 Ioannis evangelistae vita. 229.
Ioannes Aegates. XLI. LV.
Ioannes Alexandrinus. 54.
Ioannes Antiochenus. 52. 230.
Ioannes Cappadox, episc. CPol. 231.
Ioannes Carpathius. CCI.
Ioannes Chrysostomus. XXV. LXXXVI.
 CLXXII. CLXXIII. CLXXIV. CCLXX.
 CCLXXIV. CCLXXVII. 273. 229. 231. 232.
 59. 116. 162.
Ioannes, diaconus CPol. 59.
 Io. Laurentius Philadelph. Lydus. CLXXX.
Ioannes Moschus. XCIX.
Ioannes Philopenus. XXI. XLIII. LV. LXXV.
 CCXIV. CCXL. 22. 23. 50.
Ioannes philosophus. 192. b. alius. 242.
Ioannes scholasticus, episc. CPol. 24. 75.
Ioannes Sythopolita. XCV. 107. 231.
 Ioannes Stobaeus. CLXVII.
Iobius monachus. CCXXII.
 Iosephus Iudaeus. XLVII. XLVIII. LXXVII.
 CCXXXVIII. 234.
Irenaeus. CXX. 121. 232.
 Ilaeus. CCLXII.
Isidorus, monachus Alexandrinus. 229. Pelu-
 siota. 232.
 Isidorus, philos. Alex. 181. 242.
 Isigonus. 189.
 Isocrates. CLIX. CCLX. 176. 265.
 Iuba. 161.
 Iulianus, senator rom. 158.
 Iulianus imp. 242.
 Iulianus sophista. CL.
Iulianus Halicarnass. 225. 162.
Iulianus (Eclanensis). 54.
 Iulius Rom. 229. 230.
Iustinianus imp. 228. 231.
Iustinus martyr. CCXV. 231. 232. 234.
 Iustus Tiberiensis, Iudaeus. XXXIII.
 [P] *Lampadius.* 107.
Victorinus Lampadius. CI.
 Lachares rhetor. 242.
Lampetius Massaliotus. 52.
Lazarus, Pelagii adulator. 54.
 Leo medicus. 163.
Leo Rom. 53. 54. 225. 226. 228. 229. 230. 231.

Leo

- Leo imper.* 230.
Leodamas. 264.
Leon siue Leonides. 224.
Leontius sophista. 80.
Leontius philosophus. 183. *alius Leontius.* 196.
alius. 242.
Leontius monachus. 231.
Leontius, Arabiss episc. CCLXXII.
Lesbonax rhetor. LXXIV.
Letoius; Armeniae episc. 52.
Leucius Charinus manichaeus. CXIV.
Libanius rhetor. XC. 265.
Libanius magus. 80.
Longinus. 265.
Lucianus. CXXVIII. 129. 166.
Lucius Patrensis. CXXIX. 166.
Lucius Byz. 242.
Lycophron. 190.
Lycurgus rhetor. CCLXVIII.
Lysias. CCLXII. 260. 263. 265.
Matarius, Magnesia episc. 59.
Macedonius. 222. 230. *Macedoniani.* 229.
Magnus, Berrhoensis episc. 228.
Magnus haereticus. 231.
Malchus sophista. LXXVIII.
Manes haereticus. 222. 229. 230.
Manichaei. 85.
Marcianus. 158.
Marcion haereticus. 229.
Marcus monachus. CC.
Marinus philos. 242.
Marinus Christianus. 107.
Marfus. 242.
Maruthas Sapharenorum episc. 52.
Massaliani. 52.
Matris Thebanus. 190. *alius Chionis pater.* 224.
Maximinus. 242.
Maximus confessor. CXCII. CXCIII. CXCIV.
 CXCIV.
Maximus, sophista Alex. CXXXV.
Melantas. 154.
Memnon historicus. CCXXIV. 104.
Menander. 279.
Menas patricius. XXXVII.
Menodorus. 158.
Menophantes. 176.
Menophilus. 158.
Methodius. CCXXXIV. CCXXXV. CCXXXVI.
 CCXXXVII. 162.
Metrodorus. CXV. 116.
Metrophanes sophista. 242.
Metrophanes, supra in Alexandro.
Mimnermus Colophonius. 239.
Modestus Hierosol. CCLXXV.
Moeris. CLVII.
Monimus. 181.
Moses alpha dictus. 279.
Neon episc. 52.
Neporus, Pelagii aduersator. 54. *lege Heros.*
Nestorius. 41. 52. 53. 95. 225. 228. 229. 230.
 162. 169.
Nicander. 279.
Nicephorus CPol. LXVI.
 [P] *Nicias monachus.* L.
Nicolaus Damascenus. CLXXXIX.
Nicolaus monachus. 200.
Nicomachus Gerasenus. CLXXXVII.
Nicostratus comicus. 190.
Nilus. CCI. CCLXXVI.
Noetiani. 121.
Nomus Damascenus. 241.
Nonnosus. III.
Novatus, Novatiani. 182. 208. 280.
Occidentis episcoporum acta contra Nestorium.
 LIV.
Oës (aliis Oannes). 279.
Olympiodorus Thebanus. LXXX. *Alius.* 214.
Oracula. 190. 239.
Oribasius. CCXVI. CCXIX. 221.
Orientalis episcopi. 54. 208. 230.
Origenes. VIII. 34. 106. 117. 118. 121. 234.
 235. 236. *variae patrum de Origene seu-*
tentiae. 232.
Origenes Adamantius, diuersus a priore. 231.
 Onge-

- Origenes platonicus. 274.
 Orphica philosophia. 241.
 Palladius sophista. CXXXII.
Palladius Helenopol. 59. 96.
 Palamedes. 190.
 Pamphila. CLXXV. 161.
Pamphilus martyr. CXVIII. 117.
 Pamphilus medicus. 163.
 Pamprepicus. 242.
 Panyasis. 239.
Papias Hierap. 232.
 Parodiae. 190. 279.
 Patricius. 242.
 Paulus Aegineta. 178.
Pauli CPol. vita CCLVII.
Paulus confessor.
Paulus διακρινόμενος. 24.
Paulus Emesenus. 229.
Paulus Samosatenus. 229. 230.
 Pausanias. CLIII.
Pelagius haereticus. 53. 54.
 Pelius medicus. 190.
Petrus fullo. 41.
Petrus Alexandrinus. 229.
Petrus illustris. 194.
 Petrus praefectus. 242.
Petrus Myrensis. 231.
Petrus apostolus. 229.
 Phaëton scriptor. 189.
 Phantasia Memphitis. 190.
 Phemonoë. 190. 239.
 Pherecydes. 279.
 Philetas Cous. 239.
 Philippus, rex Maced. 279. iunior. 176.
Philippus Sidet. XXXV.
 Philistius. 176.
 Philo Iudaeus. CIII. CIV. CV. 279.
 Philonides. 279.
 Philostephanus. 190.
Philostorgius. XL.
 Philostratus. XLIV. CL. CCXLI.
 Philoxenus. 279.
 Philtati grammaticus. 80.
 Phlegon Trallianus. XCVII.
 Phebammon. 279.
 Phrynichus. CLVIII. 61.
Phthartolatrae. 162.
 Phrynes Mytilenaeus. 239.
Pierius presb. CXIX. 118.
 [P] Pindarus. 239. 242.
 Pisander. 239.
 Plato. 48. 224. 214. 151. 154. 155. 158. 179. 181.
 242. 279.
 Pletirrhbus Thessalus. 190.
 Plotinus. 214.
 Plutarchus Chaeronensis. CCXLV. 161. 242.
 Plutarchus Atheniensis. 214. 242.
Pneumatomachus (Macedonius). 230.
 Polemo. 279.
Polemius, Apollinarii discip. 239.
 Pollio. CXLIX.
Polycarpus. CXXVI.
Proclus CPol. 162. 229.
 Porphyrius. 214. 242.
 Praxagoras. LXII.
 Proclus philosophus. CCXXXIX. 242.
Proclus Montanista. 48.
 Proclus iunior. 242.
Procopius Caesarienf. LXIII. 160.
Procopius Gazaeus. CCVI. CCVII. 160.
 Prophetæ Blemmyum. 80.
Prosper. 54.
 Protagoras. CLXXXVIII. 189.
 Ptolemaeus. 181. 242.
 Ptolemaeus H-phaestion. CXC.
Ptolemaeus, Rhinocuroorum episc. 52.
 Pyrrhus, saltationis Pyrrichiae inuentor. 239.
Pyrrhus presb. 194. 195.
 Pythagoras. 166. 242.
 Pytheas Car. 242.
 Pythermas. 189.
 Quadratus. 162.
 Quirinus. 242.
Quirinus Chalcedonensis. 59.

Rhegi-

Rheginus. 158.
Rufinus. 89.
Rufus Ephesius. 216.
Rufus historicus. 161.
Sabbas, monachus cuiratus. 52.
Sabbas Massalianus. 52.
Salustius cynicus. 242.
Samaritani. 230.
Sampligeramus. 181.
Samus episc. 52.
Sanctorum vitas. CXCVIII. seq.
Sappho. 161.
Scidapfus eretricus. 190.
Septem dormientium martyrium. CCLIII.
Septimius episc. 54.
Serapion Thmuitanus. 85.
Serenus grammaticus. 279.
Sergius patriarcha. CCXL.
Sergius confessor. LXVII.
Seuerianus Gabalensis. 59. 229. 231. 232. alius
 Seuerianus. 242.
Seuerus, consul et patricius. 242.
Seuerus Antiochenus. 50. 52. 222. 225. 226.
 228. 162. 229. 230. 232.
Sibylla. 166.
Simeon Massalianus. 52.
Simeon stylites. 229. 230.
Simeon, monachus et presb. 231.
Simon magus. 230.
Simonides. 239.
Simplicius papa. 42.
Sisinnius CPol. 52.
Socrates philos. 158.
Socrates scholasticus. XXVIII. 96.
Sopater sophista. CLXI.
 [P] *Sophocles*. 158. 190. 279.
Sophronius. V. 138. Hierosol. CCXXXI.
Soranus Mallotes. 242.
Soterides. 161. 175.
Sotion. CLXXXIX.
Sozomenus. XXX.
Stafinus Cyprius. 239.
 Vol. XI.

Stephanus Gobarus, tritheita. CCXXXII.
Stephanus διακονόμενος. 24.
Stephanus monachus, Syncellus. 228.
Stefichorus. 190.
Superianus sophista. 242.
Syncleticus, Tarfi episc. 228.
Synefius. XXVI.
Synodus Nicaena. XV. LXXXVIII. LXXXIX.
 CCLVI. 127. 229. 230.
CPolitana. 228. 229. 230.
Ephesina. XVI. 52. 54. 229.
Ephesina Ἀγρινη. 229.
Chalcedonensis. XVII. 21. 226. 228. 55. 229.
 230. 231.
 quinta. XVIII.
 sexta. XIX.
 septima. XX.
 ad Quercum. LIX.
Palaeftina Diospol. 54.
Alexandrina. 230.
Sidenfis et aliae contra Massalian. LII.
Carthag. contra Pelag. etc. LIII.
Syrianus philos. 242. alius iunior. ibid.
Tarantinus. 163.
Tarasius, Photii frater. 280.
Tellis. 190.
Terpander. 239.
Tertulla. 190.
Thalaffius. 192.
Theagenes. 161. 242.
Themistius Euphrades. LXXIV.
Themistius, Agnoëtarum promachus. LXXIII.
 108.
Theo archiater. CCXX.
Theo rhetor. 181. 242.
Theocritus Chius. 176.
Theodora. 181.
Theodoretus. XXXI. XLVI. LVI. CCLXXIII.
 CCIII. CCIV. CCV. 206. 230. 231. 232.
Theodorus, Arginenfis episc. 253.
 B *Theodo-*

- Theodorus Antiochenus* (Mopsuesten.). IV. XXXVIII. LXXXI. CLXXVII. 227. 43. 138. 230.
Theodorus Asinaeus. 242.
Theodorus monachus Alex. CVIII.
Theodorus presbyter. 1.
Theodorus (Diodorus) Tars. CCXXIII.
Theodorus Samothiax. 190.
Theodosius magus. 53.
Theodosius monachus. XXII.
Theodosius acephalus. 226.
Theodosiani. 227.
Theodotus Ancyranus. 231.
Theodotus Antiochenus. 52. 53.
Theognostus Alexandrinus. CVI. 232.
Theopaschitae. 229.
Theophanes Byz. LXIV.
Theophilus (Alex.). 227. 53. 56. 232.
Theophilus calligraphus. 231.
Theophobius. 108.
Theophrastus. CCLXXVIII. 190.
Theophylactus Simocatta. LXV.
Theopompus. CLXXVI. 189.
[P] *Theolebius*. 242.
Thomas referendarius. XXXVII. alius *Thomas*. 194.
Thucydides. 158. 176. 259. 260.
- Tiberinus*. 158.
Timaeus sophista. CLI. 154.
Timothei apostoli martyrium. CCLIV.
Timotheus Alexandrinus. 52.
Timotheus acephalus. 225. 230.
Timotheus dithyramb. 239.
Titus Bostrensis. 85. 232.
Valens. 163.
Valentinus haereticus. 230.
Valentiniani. 236.
Valerius. 169.
Verinianus. 52.
Victorinus Lampadius. CI.
Vindanonius Anatolius Berytius. CLXIII.
Volusianus. 53.
Vranus Syrus. 242.
Vrania manichaea. 179.
Xenophon. 158. 279.
Zacharias propheta. 184.
Zacharias papa. CCLII.
Zamolxis. 166.
Zafrades Persa. 81.
Zeno. 242.
Zenobius acephalus, scholastic. Edessenus. 208.
Zenodotus. 181. 242.
Zosimus. XCVIII.
Zosimus Panopolit. 170.

IX. *De aliis Photii scriptis.*

EPISTOLAE Photii CCXLVIII. ex codice Bodleiano descriptae et cum *Richardi Montacutii*, episcopi Norwicensis, (iam defuncti a. 1641. sub finem *) mensis Aprilis,) versione et notis vulgatae sunt Lond. 1651. fol. quibus editor R. D. adiunxit alias *epistolas V.* quas ex oriente secum adulerat Parricioque Iunio donauerat Christianus Rauus. *Fabr. Conf. Schroeckh.* in *Hist. eccles. christ.* tom. XXIV. p. 204. seq. qui et laudat illas, et peculiaries quasdam Photii sententias ex iis adfert; et *Ellies du Pin* nouvelle *Biblioth. des aut. eccles.* tom. VII. p. 104-107. — Has editurus erat Allatius. vid. *catal. eius scriptor.* nr. 34. init. eiusdem libri, de templis Graecorum, et pag. 233. de mensura temporum. — De *Montacutii*, (Montague siue Mountage,) edit. *epist. Photii* vid. *Baumgarten Nachrichten von merkwürdigen Büchern.* tom. VII. p. 509. seq. ubi etiam laudatur *de Chauffepié* nouveau dict. histor.

et

a) Andreas Riuetus lib. II. *Critici sacri* cap. 1.

et crit. tom. III. pag. 114 - 118. — *Lamber.* comment. III. pag. 400 - 403. Montacutium eiusque editionem ter corrigi suppletque. — De codd. in quibus epistolae continentur, quaedam subnectere iuvat. Sunt igitur in cod. *Augustano* Vindel. v. *Reiser.* in indice MSS. bibl. Augustanae p. 38. — De epistola prima in cod. *Vindobon.* ap. *Lamber.* III. p. 101. sqq. ism dixi ad notam *b.* Eadem, s. synopsis histor. septem conciliorum est quoque in cod. *Vindobon.* CCXXVII. v. *Lamber.* V. p. 116. seq. — Epistolae plures in cod. Vossiano bibl. *Leidens.* v. cat. illius bibl. p. 402. nr. 12. — Epistolae XLVII. *Matrit.* in cod. regio XLIV. v. *Iriart.* cat. codd. gr. *Matrit.* p. 157. seq. — Ibid. pag. 277. de cod. Mendoz. qui complectitur *Photii* enumeration. librorum, quos legit, tom. I. et II. — ibid. p. 425. seq. de epistolis in cod. CVI. e cod. biblioth. Escorialensis descriptae. — In bibl. *Escorial.* epistolae 48. ad diuersos, teste *Plüero* in *Itinerar.* per Hispan. p. 187. — *Venet.* in cod. *Naniano* CXXVII. nr. 8. sexdecim epistolae. v. cat. MSS. gr. *Nanian.* p. 280. — Ibid. in cod. bibl. *Marc.* DLXV. epist. triginta. v. cat. codd. gr. *Marc.* pag. 302. seq. — *Florentiae* in bibl. *Laurent. Medic.* XXII. nr. 43. plut. 5. sunt Photii canonicae constitutiones super diuersis criminibus, gr. ac lat. editae a Montacutio post Photii epistolas. v. *Bandin.* cat. codd. gr. *Laurent.* I. p. 48. — Ibid. in cod. XL. nr. 74. plut. 5. sunt quinque Photii epistolae. vid. *Bandin.* l. c. p. 79. — Ibid. in cod. XXXIII. nr. 6. plut. 32. epistolae XII. et in cod. XXXIV. nr. 23. plut. 57. epistolae XXV. quas *Bandin.* l. c. II. p. 184. ac praecipue pag. 393. vberius recenset. — Secundum *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSS. sunt, p. 6. *B. Romae* in bibl. Vaticana epistola ad thronos orientales *περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τῆ ἀγίας πνεύματος* it. de Spiritu sancto. — p. 503. *A. Mediolani* in bibl. Ambrosi. epistolae, quod Spiritus S. solum sit ex patre. — p. 609. *A. Basileae* in bibl. publ. Photius ad fratrem. — p. 646. *D.* in cod. *Bodlei.* epistolae. — p. 699. *C.* in bibl. *Sfortiana* epistolae 47. — p. 1319. *A.* in bibl. *Mazarin.* epist. ad Michael. Bulgariae principem et encyclica ad Aquileiae metropolitam. — *Paris.* in bibl. publ. epistolae in quatuor codd. — in cat. quodam libror. MSS. in *I. Lamii* deliciis eruditorum, Florent. 1743. p. 175. in codd. CLXIX. et CLXX. exstat Photii de septem oecumenic. synodis. — Secundum cat. MSS. Angliae etc. I. part. 1. in cod. *Barotti.* CCXXVII. sunt CCXLIX. epistolae: ibid. nr. 8621. in cod. *Mareschall.* argumenta epistolarum Photii. — ibid. vol. II. nr. 5956. in cod. *Th. Gale* CXXII. de septem oecumenicis synodis ex epistola Photii, et de earum temporibus. — *Mosquae* in cod. syn. XXXII. epistola *περὶ τῶν καὶ νεογενικῶν ζητημάτων.* v. cel. *Matthaei* notit. MSS. Mosq. synod. p. 53. nr. 38. ed. in fol. — ibid. in cod. CCCLXXXIV. nr. 6. ex Photii epistola ad Michaellem etc. de septem synodis oecumenicis. vid. eiusdem notitiam etc. p. 245. ed. in 8. — *Parisi.* in bibl. publ. cod. MCXCI. nr. 7. excerptum ex prima epistola. *Harl.*

Familiam ducit in hac editione prolixa illa et lectu digna epistola de fide et septem synodis et de boni principis officio ad *Michaellem*, Bulgariae principem nuper baptizatum ^{b)},

B 2

cuius

^{b)} Princeps iste sine rex Bulgarorum Begaris, (vide *Combesium* ad S. Maximum tom. II. pag. 693. seq.) in sacro baptisinate nomen imperatoris Michaelis adsciuuit, vt ex Io. Curopalate nar-

rat *Baronijs* ad a. C. 845. a. 6. Confer *Lambecium* III. p. 161. seq. [p. 401. sqq. ed. Kollar. de cod. LXXVII. nr. 64. vbi exstat Photii synopsis historica septem conciliorum oecumenicorum s. gene-

cuius partem ex *Francisci Turriani* versione ediderat latine *Henricus Canisius* tom. V. *Antiquar. Lect.* p. 183. *) sed omissa parte posteriore de principis officio et narratione de VII. *synodis* *), quae in Londinensi edit. legitur a p. 3. ad 18. atque saepius lucern [P] vidit alias, et panopliae Euthymii *) subiicitur, et post Nomocanonem Photii graece et latine a Christophoro Iustello Paris. 1615. 4. et tome secundo bibl. canonicae pag. 1141. et in conciliis Harduini tom. V. p. 1463. iterum edita est. Lacunam pag. 1. edit. Lond. ita ex codice caesareo supplet *Lambecius* III. p. 163. [p. 403. Koll.] αὐτὴ γὰρ τῆς πολυμῶρφου πλάνης τὸν ἀνθρώπον ἀπαλλάττεισα, καὶ τὰ τῆς καρδίας ὅμματα τῆς ἐκεῖθεν ἀχλὺος ἀποκαθαίρεισα, καθαρὰ ψυχῆς θεωρεῖα τῷ καθαρωτάτῳ αἵματι τῆς λατρείας καθαρῶς ἐνατενίζειν παρέχεται. Haec enim (fides christiana) hominem variis erroribus liberat, et oculos cordis, pulsa inde caligine, repurgat, ut pura contemplatione animae in purissimam pulcritudinem divini cultus possit intueri. Turrian. [Conf. supra, vol. VIII. p. 333. fin. et infra in vol. XI. p. 171. et 571. ed. vet. atque *Mollerum* in *Homonymoscopia* p. 513. seq. Photii de VII. synodis epistola, in cod. *Angl. v. Montfaucon*. Bibl. biblioth. MSS. p. 632. *D. Harl.*] Synopsis VII. conciliorum Commeliana incipit: Χρὴ γινώσκων πάντα χριστιανὸν, ὅτι ἐπτά εἰσιν αἱ γαίαι καὶ οἰκουμένη καὶ σύνοδοι. Hoefscheliana: χρὴ γινώσκων πάντα χριστιανὸν, ὅτι ἐπτά αἱ γαίαι καὶ οἰκουμένη γαγόνασιν σύνοδοι. Nili de synodis nouem: ὁ ποιμὴν ὁ καλός. Denique alia inedita synopsis, (de qua infra, §. XVI. nr. 9.) cuius est initium: ἀναγκαῖον ἐστὶ μέλλοντας.

Secunda

generalium cum praefat. et epilogo ad Michaelē versibus gallicis expressit, et regi Ludouico obtulit *D. Bernardus Theatinus*, editam Paris. 1718. 4. hoc titulo: Maximes pour la conduite du Prince Michel, Roi de Bulgarie. v. *Mem. Trev.* 1719. *Ind.* p. 1. sqq.

c) Sed graece et lat. exhibet *Iac. Basnagius* in noua edit. *Lect. Canisii*, Amstel. 1725. fol. tom. II. part. 2. pag. 379. post partem ex lat. versione Turriani, quam Canisius ediderat. *Fabr.* In *Basnagii* edit. tom. II. *lect. Canis. antiq. part. 2.* pag. 379-462. aliquot scripta Photii exhibentur. *Heum.* Graece de conciliis VII. quae dicuntur oecumenica, in cod. *August. Vindel.* vid. *Reiser.* indic. MSS. Aug. Vind. p. 39. *Harl.*

c) Alia Synopsis VII. conciliorum, quae graece, subiecta Abrahami Sculteti versione prodit ad calcem Gelasii de actis synodi Nicaenae, Heidelberg. apud Commelin. 1604. fol. recudi curauit gr. et lat. Io. a Euchte. Helmstad. 1614. 8. Alia item conciliorum Synopsis, quam Photio Tyrrio auctore adtulit ex oriente *Christianus Ravius* communicauitque cum Iacobo *Vsserio* qui ex illa

locum producit diff. de rom. ecclesiae symbolo vetere p. 25. 26. Eandem MStam habuit *Isaacus Voslius*. Alia denique, quam e MS. bibl. Augustanae productam vulgavit graece, dicauitque Theodoro Cantero *David Hoefschelius*. *Angustae Vincel.* 1595. 4. sed longe pleniorē integriorēque graece et latine dedit *Stephanus le Moigne* in variis sacris tom. I. pag. 81-123. Lugd. Bat. 1685. 1694. 4. Ne dicam de auctoris incerti libello de sex synodis, atque libello *Nili* metropolitae Rhodii de synodis nouem, quos ambos utraque lingua dant *Guil. Voëllus* et *Henricus Iustellus* in bibl. canonicae tomo II. (illum p. 1161. hunc p. 1155.) Ibidem pag. 1166-1215. exstat synodicon a *Ioanne Pappo* primum editum gr. lat. Argentorat. 1601. 4. in quo breuis de synodis CLIII. notitia occurrit, definens in synodo octaua CPoli a. 877. celebrata. Haec tria scripta etiam recusa tomo V. concilior. Harduini: nam Labbeus in sua concilior. collectione synodicon Pappi non vno loco, sed per singula capita sparsim exhibet, vt caput 1. tom. I. p. 21. caput 2. p. 564. caput 2. et 5. sqq. p. 599. seq. etc.

c) Tom. XIX. bibl. patrum edit. Lugd.

Secunda epistola non minus est memorabilis ac celebratissima, encyclica nimirum illa siue circularis aduersus Nicolaum papam rom. et Latinos, episcopis per orientem missa de dogmatibus tum aliis, tum praecipue processione ex solo patre ^f). Haec ipsa est, quam integris scriptis impugnarunt *Aeneas Parisiensis* ^g) ac *Ratramus* ^h), et cuius lucubratio intercedit, *Odo Bellouacensis* ⁱ). Hanc deinde a pluribus patriarchis CPolitanis ^k), sed omissis vel interpolatis hinc inde, prout res ferebat, aliis recoctam et suo sub nomine emissam notat *Allatius* contra *Creyghtonum* p. 194. [conf. *Schroeckh.* in hist. eccl. christ. tom. XXIV. p. 202. seq. *Arnold.* Kirch. u. Ketz. Histor. I. in Suppl. p. 537. sqq. ed. Schaffhaus. *Harl.*]

165. Τίνα ἐστὶ τὰ ἔθνη καὶ πόσα, τὰ τοῖς ἱεροῖς τόποις ὑπερὶ ἐπανιτάμενα καὶ θεόλατον ὑπομέναντας τὴν τιμωρίαν *).

166. Αἱ δυνάμεις τῶν λίθων, τῶν ἐν τῇ σῇ Ἀρχιερέως ζωῇ ἐντιθεμένων.

Τέρμα πτυκτίδων ἐνταῦθα Ἰωσήππε,
Τὰς ὑποθέσεις τῶν πέντε βιβλίων ἔχων.
Πέρας δέδωκα τῷ τελευταίῳ σίχῳ,
Τῷ συντελεστῇ τῶν καλῶν Θεῷ χάρις,
Τῷ συμπέρασμα δόντι μοι λόγους γραφῶν.
Εἰς αἶνον εὐχάριστον αὐτῇ τῇ Δόξῃ.

161. Quinam in foveas, ut occiderentur, coniecti sint.

162. Qui delictorum suorum poenas dederint.

162. Qui post delicta admitta misericordiam sint consequuti.

164. Qui recte fecisse, quum viderentur, eo ipso deliquerint.

165. Quatenam et quantae sint calamitates, quae iacris locis deinceps acciderunt, et diuinitus illatam poenam pertulere.

166. Virtutes gemmarum, pontificis zonae impositarum.

*Hic scriptio est Iosephi terminus,
Habens librorum quinque complexum breuem.
Iam versui addidi ultimo coronidem,
Grates deo, qui cuncta perfecit bona,
Pertexere haecce verba qui dedit mihi,
Laudes ut offeramus Verbo et gratias.*

II. ANDREAS, natus Damasci, ^f) aliquamdiu antequam CPolim proficisceretur, Hierosolymis monachi ^{ee}) vitam vixit, vnde *Hierosolymitanus* ^{hh}) in quibusdam codicibus dicitur; sed a Marco Hoppere ⁱⁱ), Surio, ([P] Laur. Cundio et Sixto Senensi ^{kk}) perperam venditur pro episcopo Hierosolymitano. Vtrum Sophronio patriarchae Hierosol. a. C. 639. defuncto fuerit σύγχρονος, quod in synaxario traditur, viderint alii: ^{ll}) certe a Theodoro ^{mm}) patriarcha Hierosol. ad sextam synodum a. 680. celebratam CPolin subsidio aduersus

^{ee}) In bibl. gr. olim legebatur: *τίνα ἐστὶν καὶ πόσα* etc. sed in cod. pseudep. V. T. et in indice, et pag. 360. [etiam Gall. p. 80.] rectius editum est, sensu etiam, quia gentes nominantur, exigente, *τίνα ἐστὶ τὰ ἔθνη καὶ πόσα*, addita versione lat. *quatenam et quot fuerint gentes, quae sacris locis deinceps infestae fuerunt* etc. Harl.

^{ff}) Synaxarium Triodio adiunctum et magno canoni p. 285. edit. Combesianae, atque ex eodem Triodio Graecorum *Aub. Miraeus* *auxilio* de script. eccles. cap. CLXXXII.

^{gg}) Combesius notis ad Andream Cretensem p. 359. et in bibl. concionatoria tom. I.

^{hh}) Τῷ μακαρίῳ Ἀνδρίᾳ τῷ Ἱεροσολύμιτι, Ἀρχιεπισκόπῳ Κρήτης. Etiam in Catenis et alibi, ὁ Ἱεροσολύμιτι, Andreas hic iunuitur. Vide Combesii

notas ad Manuelis Calecae de essentia et operatione tom. II. auctarii nouissimi p. 151. vbi apud Calecam p. 26. pro κατὰ τὸν θάον Ἀνακρίσιον Ἱεροσολύμιτι legit Ἀνδρίαν Ἱεροσολύμιτι. In magno canone p. 301. ποιήμα τῷ ἁγίῳ πατρὶς Κυρίῳ Κρήτης, τῷ Ἱεροσολύμιτι.

ⁱⁱ) *Marcus Hopperus* in editione Homiliae Andreae in b. Mariae salutationem. *Surius* ad 15. August. *Laur. Cundius* tom. IV. homiliar. patrum p. 631.

^{kk}) *Sixtus Senensis* in bibl. sancta lib. IV. pag. 243.

^{ll}) Adfirmatur in synaxario p. 286. negat *Papebrochius* in actis Sanctior. tom. I. April. p. 69.

^{mm}) in actis synodi sextae tom. III. edit. Harduin.

aduersus Monotheletas missum esse, Graeci ipsi in synaxario affirmant, constitutumque in illa urbe diaconum et orphanotrophum, *) vbi describenda acta synodi illius aduersus haereticos illos habitae cum ipso communicauit Agatho archidiaconus et chartophylax; cui pro hoc beneficio gr̃atias egit in *Iambis*, quos graece et latine exhibet *Franciscus Combesius* auctarii noui tom. II. in historia Monotheletarum pag. 235-240. Ab eo tempore archiepiscopum *Cretensem* factum ex multis testimoniis constat. Non aequè est exploratum, quod a *Casimiro Oudino* **) adiungitur, ad cathedram Caesareae Cappadociae tandem translatum fuisse,

quin. pag. 1441. hic Theodorus tantum dicitur *ἱεράρχης καὶ πρεσβύτερος καὶ τοποτηρητὴς τῆς Ἀποστολικῆς θρόνου Ἱεροσολύμων*, edit. Labbei p. 1057. *Hierosolymorum vicarius*.

nn) *Cane* hist. litterar. ad. a. 635. A Posseni-
no, Canisio et aliis male refertur ad a. 550. Apud
Eliesium du Pin autem tom. VI. bibl. eccles. pag.
99. videtur esse error typographi, vbi traditur,
Andream venisse Hierosolymas a. 730. Legendum
enim 630. vel 650. quia subiungitur deinde, cum
adfuisse concilio sexto (a. 680.) *Fabr. Cane* igitur
libr. cit. I. p. 582. ex *Iambis*, a Fabricio quo-
que memoratis colligit, Andream vltra a. 680.
vitam protraxisse. Atque a *Saxio* in *Onomast.*
part. II. p. 81. quoque refertur eius aetas ad a.
680. quo synodo CPolitanae Monotheletarum
caussa interfuisse dicitur. *Oudin.* in comment.
de SS. eccl. tom. II. col. 174-188. ad a. 850.
multus de hoc Andrea, in prologo de *magno ca-*
none, cuius ille auctor fuit, tum in duobus ca-
pitibus de vita et scriptis Andreae copiose dis-
serit, contra *Caneum* acerbè disputans, et ex ipsis
Andreae scriptis, illum a. 840. vel 850 non esse
antiquiorem, ostendere studeat his argumentis
ductus, festiuitates, in quas homilias scripsisse
legitur, n. in S. Mariae natalem, circumcisionem
et in Basilium, in crucis exaltationem, in Ma-
riae dormitionem, eius canones praecipuos et
triodia, seu canones IX, festiuitates igitur illas
omnes a Graecis deum institutas esse, postquam
a. 842. decreto sollempni post Theophili, impe-
ratoris mortem a Michaele impi ac Theodora
eius matre atque Methodio, patriarcha CPolit.
cultus imaginum sancitus fuisset: 2) illa opuscu-
la tempore Nicaenae synodi, cuius patres alioquin
illas citare haud omisissent, nondum existisse;
3) ex orat. in circumcisionem et in S. Basilium
sn. p. 39. quam, putat *Oudin.*, pronuntiatam
fuisse a. 842. vel 843. et 4) ex homilia in aposto-
lum Titum p. 173. patere, Andream vixisse post
ablatus ab insula Cretensi imagines, et sub impe-

rat. Porphyrogenneto, magno imaginum cultore,
qui a. 855. matrem occidisse dicitur, et Combe-
sium, (qui in notis ad edit. opp. Andreae, a.
1644. aetatem eius adligarat a. 702. et 710. atque
pag. 357. Baronium ad a. 702. sequutus, inpp.
Iustinianum II. ac Philippicum eius filium intel-
lexerat,) multis refutat: 5) ex Andreae canoni-
bus, canticis sacris et tropariis, quae medio sae-
culo nono maxime inuoluerant; 6) denique opi-
natur, Agathonem non cum fuisse, qui acta con-
cilii oecumenici a. 680. tanquam notarius scrip-
sit; sed alium eiusdem nominis et senioris aetatis
esse intelligendum. Euiusmodi plura argumenta
infirmis niti talis, non est, quod fufius demon-
stremus. Dein *Oudin.* quosdam codd. praecipue
Vindobonenses ex Lambecii commentariis recen-
set, et quosdam VV. DD. qui de scriptis Andreae
Cretensis egerunt, nominat. — *Schroeckh.* in
historia eccl. christiana, germanice scripta, tom.
XX. p. 135. vbi Andreas orat. II. in diem Mariae
natalem, stoculis ineptis tumidisque repletas,
excitat, iis accedit, qui vitam illius intra a. 635.
et 680. collocant. Secundum Bandinium in indi-
ce ad catal. codd. gr. Laurent. III. p. 448. (sed
nullo adducto teste,) obiit Andreas Cret. a.
720. vel 723. — Vita eius legitur in cod. *Cois-*
lin. XXXVIII. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 113.
(Add. supra in hoc vol. pag. 194. et 195. de eo
aliisque SS. Andreis:) atque *Ant. Eparchus* in
indice infra in h. vol. pag. 481. ed. vet. §. XXIX.
paucæ de Andrea Cret. tradidit. Plura leges in
Flaminii Cornarii Creta sacra, Venet. 1755. fol.
vbi quoque *Acta Andreae Cretensis*, graece, pri-
mum edita sunt. *Harl.* In Prolegg. ad Galland.
B. PP. XIII. p. VI. breuiter de eo disseritur, mo-
netur, vel plures fuisse Andreas Cretenses, vel ab
aliis contextas ex verbis archiep. Cretensis oratio-
nes, illius nomine inscriptas esse. *Beck.*

oo) *Oudin.* supplemento de scriptoribus ec-
cles. p. 190.

fuisse, vitamque produxisse ad a. 724. 14. Iunii. Graecorum, quidem menologia ^{pp}) memoriam huius Andreae 4. Iulii celebrant: Andream vero Caesariensem ab hoc Cretenfi communis eruditorum sententia distinguit. [Vita *Andreae*, ex coniectura Hoeschelii, Cretenfis, in cod. *August. Vindel. v. Reiseri* notit. bibl. August. p. 30. *Harl.*]

Alii quidam Andreas.

Andreas apostolus, de cuius vitae scriptoribus et actis eius nomini suppositis dixi in Codice Apocrypho novi testamenti. Equidem Andreas Saussaeus in opere *δωδεκαβιβλα* de gloria S. Andreae, edito Paris. 1656. fol. non pauca parum certae fidei adtexuit. Sed idem de aliis etiam Andreis celebribus adeundus: mihi tamen hoc loco animus eos tantum notare Andreas, ipsi ferme omisso, quorum [P] mentio non aliena a graecae huius bibliothecae instituto. Complures enim episcopos in conciliorum actis memoratos et martyres, et latinis scriptis celebres de industria praetereo. *Fabr.* Permultos *Andreas*, scriptis latinis celebres, enumerat *Fabricius* noster in bibl. med. et inf. latinitatis, tom. I. pag. 90-98. ed. Mansi. Multo plures, praesertim recentioris aetatis, *Andreas*, producit *Io. Christph. Adelung* in: Fortsetzungen vnd Ergänzungen zu Christi. Gottlieb Ioechers allgemeynem Gelehrten-Lexico, tom. I. p. 801-830. Multorum latinor. nomina scriptaque in variis codd. citat *Montfaut.* Bibl. biblioth. MSS. ind. II. *Harl.* *Andreas* apostoli martyrium in Galland. bibl. Patr. I. p. 143. fqq.

[*Andreas* quidam, qui scholia valde spissa scripsit in Dionysii Pseudo-Areopagitae libros de diuinis nominibus etc. cum scholiis, quae quidem in fronte gerunt nomen *Andreas* cuiusdam; quae tamen eadem ferme esse, atque scholia S. Maximi, typis vulgata, adnotat *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. p. 30. fq. recensendo cod. Laur. XXVI. plut. 5. et cum aliis codd. comparando. — Idem opus eademque scholia in cod. *Taurin.* CCCLXIX. de quo vide cat. codd. gr. Taurin. p. 486. fq. *Harl.*]

[*Andreas*, abbas S. Antonii in *Aegypto*, a. 1441. princeps legatorum *Aethiopicorum* in urbem Remam. v. *Lambec.* VIII. p. 1053. nr. V. *Harl.*]

[*Andreas Edessenus*, incertae aetatis. Scripsit dialogum inter magistrum et discipulum. v. *Assmann.* bibl. orient. III. p. 609. add. ibid. pag. 143. nr. 22. tom. I. pag. 414. et 424. *Harl.*]

Andreas, episcopus *Caesariensis* in Cappadocia, de cuius *commentario graeco in Apocalypsin* dixi vol. VII. pag. 791. ^{qq}) Aetas eius incerta est, licet a Caueo referatur ad a. C. 500. qui

^{pp}) Menologium in Typico S. Sabae etc.

^{qq}) Siue vol. VIII. pag. 696. fqq. et codd. ibi a me excitatis adde cod. *Vindobon.* XXVI. de quo et *Andrea Caesar.* auctore huius commentarii,

atque aetate illius copiosius disputat *Kollar.* in Supplem. I. ad Lambecii comment. pag. 216. fq. — cod. CCXII. *Barocc.* in bibl. Bodlei. — *Roma* in cod. bibl. *Slusianae*, et in bibl. patrum S. Basilii, sed commentar. *Andreae Cretenfi* adscri-

qui etiam notat ex eius libro secundo *Therapeuticae spiritualis* ἐν τῇς Θεραπευτικῇς δευτέραις βιβλας fragmentum exstare in eclogis asceticis Iohannis patriarchae Antiocheni, quae MSS. seruantur in bibl. caesarea.

[Andreas *Callisurae* episcopus. v. *Affemann*. bibl. orient. II. p. 381. *Harl.*]

Andreas *Carystius*, medicus, de cuius scriptis infra libro VI. *Fabr.* [In elencho medicor. vett. vol. XIII. pag. 57. sqq. ed. vet. vbi praeterea plures alii Andreae medici occurrunt. — Andreae medici imago, *Vindob.* in cod. V. v. *Lambec.* VI. part. 2. p. 206. *Harl.* v. *Montfaucon* palaeogr. gr. lib. III. c. 2. p. 200. sq. *Hermann.*]

[Andreas chartophylax *Libadinarius*, cuius tetraſtichon iambicum in iudicem publici iuris fecit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. III. p. 417. nr. 1. ex cod. Laur. LXXXV. plut. 89. *Harl.*]

[Andreae, episcopi *Ciuitatenſis*, eiusdem cum Andrea, *Megarenſi*, v. *Fabr.* bibl. med. et inf. latin. I. p. 93. sermones de reformatione ecclesiae, a. D. 1423. *Oxon.* in cod. XXV. colleg. omnium animarum, f. nr. 1426. in cat. codd. Angliae etc. I. 2. p. 44. *Harl.*]

[Andreas *Curcumeles*. v. supra, vol. VIII. p. 91. *Harl.*]

[*Antonius* Andreae, Scotus, defunctus a. 1308. v. *Fabric.* bibl. med. et inf. latin. tom. I. p. 121. ed. *Manſi.* Plures codd. sunt in bibl. *Oxon.* et *Cantabrig.* *Harl.*]

[*Bernardi* Andreae noui anni munusculum, *Oxon.* in cod. CCLXXXVII. collegii noui, siue nr. 1251. cat. codd. Angliae etc. II. 1. p. 37. *Harl.*]

[Andreae *Iuliani* pro Manuele Chryſolora funebris oratio, cod. in bibl. *Paullina Lipsienſi*: ibid. *Andreae Dandali*, ducis Venetorum epistola ad Remaldum, cardinalem, cum huius responsione: eiusdem responsio ad epist. Franc. Petrarchae. v. *Felleri* cat. codd. MSS. bibl. *Paullinae* in acad. *Lipsienſi.* *Lips.* 1686. 12. p. 296. sq. add. *Fabr.* bibl. med. et inf. lat. I. p. 93. ed. *Manſi.* *Harl.*]

[Andreae a *Lacuna*, (al. *Lucana*,) *Secobiensis*, de origine regum Turcarum, MS. lat. *Vindobon.* in bibl. caesar. v. *Montfaucon*. Bibl. biblioth. MSS. p. 570. B. *Harl.*]

[Andreas

scribitur; vid. *Montfaucon* in Bibl. biblioth. MSS. I. p. 178. D. et 179. B. ac 197. D. — cod. LXXII. *August.* *Vindel.* ibid. pag. 593. B. — *Paris.* in bibl. publ. inter codd. Armen. commentar. ex lingua gr. in armenicam per *Constant.* metropolitam Hieropol. a. 1181. translatus, quem codic. *Montfaucon.* l. c. p. 1023. C. valde laudat. — cod. gr. *Mazarin.* ibid. pag. 1306. D. et pag. 1309. E. fragm. in catena patrum in duodecim prima *Lucae* capp. — in bibl. *Sfortiana*, ibid. pag. 703.

A. — *Leidas* inter codd. *Vossianos.* v. cat. bibl. *Leid.* pag. 393. nr. 48. — Confer de hoc Andrea etiam C. *Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. II. pag. 93. sqq. qui multus est de codd. et de aetate Andreae Caes. quem medio saeculo nono scripsisse, multis argumentis, contra *Caucum* disputans, euincere admissus est. Ad annum tamen circ. 500. *Hamberger.* in zuverlässigen Nachr. tom. III. pag. 236. ex *Saxius* in *Onom.* litt. II. p. 11. referunt eius aetatem. *Harl.*

Vol. XI.

I

[*Andreas Lopadiota*, de grammatica, gr. v. *Montfauc.* l. c. p. 3. *B.* De *Andrea*, grammatico. v. supra vol. VI. p. 301. fin. et p. 335. *Harl.*]

Andreas Colossensis episcopus, qui synodo Florentinae a. 1438. interfuit, scripsitque latinum dialogum ad ciues Methonenſes contra *Marci Ephesi epistolam*, ritus Latinorum perſtringentem. Virum ſummum, graecarumque litterarum peritiſſimum vocat *Petrus Pitheous* de proceſſione Spiritus S. p. 33. [conf. infra, vol. X. p. 436. ed. vet.]

Andreas Corinthius, Plutarcho lib. de Muſica memoratus.

Andreas Eudaemon Iohannes, ex Palaeologorum familia, Cydonius Cretenſis, Societati IESV nomen dedit et collegio graecorum Romae praepoſitus fuit ab Urbano VIII. deſunctus a. 1625. Praeter ſcripta eius, quae in bibl. Ieſuitica memorantur, video a Nic. Comneno pag. 243. praenot. myſtagogicar. laudari eius reſutationem catecheſeos graecae Zach. Gergani: et pag. 249. librum de moribus Graecorum, qui eſt contra Caluinium primus. *Fabr.* [conf. infra, vol. X. p. 424. ed. vet.]

Andreas Hieroſolymitanus, idem cum Cretenſi archiepſcopo, de quo ſupra.

Andreas mechanicus. Vitruu. IX. 9.

[*Andreas*, epiſc. *Megarenſis*. v. paullo ante *Andr.* Ciuitatenſ. infra, vol. X. pag. 435. §. XXIV. ed. vet. *Harl.*]

[*Andreas* monachus. v. in ſuperiore vol. ad Photii codicem CLXII. *Harl.*]

Andreas medicus. Supra in Caryſtio. Alius comes archiattrorum, cuius inentio apud Aëtium II. 2. 90.

Andreas Panhyperſebaftus, cuius verſus graecos in imaginem b. *Virginis Deiparae* memorat *Lambecius* VI. pag. 155. [p. 352. nr. 5. ed. Koll.]

Andrae Panormitani Σικελικῶν liber XXXIII. *Athenaeo* laudatus XIV. p. 634. *Dipnoſophiſt. Fabr.* Plura de eo congeſſit *Mongitor.* in bibl. ſicula, Panormi, 1707. fol. tom. I. pag. 23. ſqq. Medicum etiam illum fuiſſe, ac floruiſſe circ. a. ante Ch. nat. 210. et ſcripſiſſe, oſtendit *Mongitor.* 1) de rebus in quibusque oppidis Siciliae memorabilibus; 2) de medica origine, niſi id opus cum Veſſio de hiſt. graecis IV. 3. p. 501. alii *Andrae*, a noſtro diuerſo, adſcribere malis; 3) de iis, quae falſo creduntur, cuius libri mentionem iniicit *Athenaeus* libr. VII. c. 18. — 4) de iis, quae morſu venenata ſunt, ſive de ſerpentibus; — 5) de herbis ſ. de plantis; — 6) gloſſemata ad *Nicandrum*. — Apud *Galenum* variis locis antidota nonnulla, et ap. *Senecam* libr. II. controuerſ. 7. fragmentum, ſuperſunt. *Andreas* quidam Siculus de *Cardinalibus* in cod. *Vaticano*, teſte *Montſaucon.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 106. A. nr. 2658. *Mongitor.* ibid. p. 25-42. permultorum *Andrearum*, Siculorum, recentioris aevi vitam ſcriptaque, quae multa ſunt, perſequitur, inprimis copioſe agit de *Andrea de Bartholomaeo*, ſive *Barbatia*,

batia, ita dicto ex prolixae barbae cultu, Icto, post medium saeculum XV. celebri, et mortuo Bononiae circa a. 1476. Add. *Wharton* in adpend. ad Cauei hist. lit. SS. eccl. p. 180. ed. Basil. ad a. 1460. *Harl.*

Andreas *Paphlago* episcopus, in *Canticum canticorum* citatur a Nic. Commeno in praenotio- nibus myslagogicis p. 236.

Andreas *Pericopus*, Ictus graecus, cuius *Synopsis* iuris citat idem Comnenus pag. 182.

[Andreas *de Petra*, Colossarum et Rhodi archiepiscopus, graecus, pro Latinis pugnavit in conciliis Basileensi et Ferrariensi, v. *Fabricii* bibl. med. et inf. latin. I. p. 96. ed. Mansi, atque *Wharton* et *Gerium* in adpendice ad Cauei hist. lit. SS. eccles. ad a. 1432. p. 133. ed. Basil. Graeca eius scripta, Graecis opposita, et adhuc inedita, refert *Iac. Quetif.* tom. I. de scriptis Dominicanorum, p. 803. *Harl.*]

[Andreas, *Pracuatitanus* episcopus. v. infra vol. XI. p. 423. vet. ed. inter epistolas Hormis- dae, nr. 45. *Harl.*]

[Andreas *presbyter*, cuius acta apostolorum et epp. catholicae cum commentariis ex Chryso- stomo aliisque collectis et in ordinem ab eo digestis, in cod. *Coisl.* XXV. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 75. et 77. sq. *Harl.*]

[Andreas *presbyter*, ad S. Magnam Ratisbonensis. v. *Fabricii* bibl. med. et inf. latin. I. p. 96. *Mans.* atque *Adelung Fortsetzung* - - des *Iocher.* gel. Lexic. I. p. 825. *Harl.*]

[Andreas, *presbyter* Italus, auctor Chronici ab a. 568. vsque ad a. 874. et paullo ultra, quod cum notis Hermannii Philomusi edidit *Lud. Ant. Muratorius* in *Antiq. Ital. medii* aevi p. 40-52. v. *Saxii* *Onom.* II. p. 548. sq. *Harl.*]

[P] Andreas *presbyter*, cuius Catena patrum graecorum in Prouerbia et Esaiam MS. in bibl. caesarea et collegii noui Oxon. Vide supra volum. VII. p. 759. [vol. VIII. pag. 658. et 664. ed. nou. ibique not.]

Andreas *Rhodi* citatur ab Allatio contra *Creygthonum* p. 222. 224. Interfuit concilio Fer- rariensi a. 1438. [v. *Andr. de Petra.*]

Andreas *Samosatenfis* episcopus, cuius *epistolas* quasdam habemus ex latina veteri versione in collectione epistolarum Ephesinarum a Christiano Lupo edita: sex ad Alexandrum **) Hierapolitanum, vnam ad Theodoretum, *) et vnam *) ad oeconomos Alexandri. Idem scripsit contra *Cyrilli Alex. anathematismos*, orientalium episcoporum nomine, cui *Cyrillus* in *Apologetico* tom. VII. p. 157. seqq. respondit. **) *Cyrillo* etiam iniu- riam

I 2

riam

rr) In collectione Lupi epist. 43. 59. 90. 98.
101. 103.
ss) Epist. 62.

*) Epist. 106.
tt) Conf. *Assmann.* bibl. orient. tom. III. p.
202. not. I. 2. et tom. I. p. 198. et 403. *Harl.*

riam ab illo fieri, disputat Anastasius Sinaita in hodego p. 342. seq. vbi prolixam eius ἐξηγιν adducit. Ad hunc Andream plures exstant Theodoreti epistolae [Conf. Schroeckh. hist. eccl. christ. tom. XVIII. p. 227. sq. 298. Harl.]

Andrae Cretensis Scripta edita.

Inprimis recensere iuvat ea, quae iunctim cum SS. Amphilocho et Methodii lucubrationibus graece et latine, notis etiam ad calcem voluminis subiunctis et Onomastico peculiarium Andrae vocum, vulgavit *Franciscus Combesius* Paris. 1644. fol. ^{uu}) [Selectiores Andrae Orationes vndecim leguntur in Galland. bibl. PP. tom. XIII. pag. 93. sqq. Beck.] Sunt autem haec:

1. Ἐγκώμιον εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. In b. Mariae natalem. Incipit: ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν p. 1. e MS. regis Galliae n. 275. Emendatiorem deinde hanc homiliam dedit *Combesius* ex codice Mazariniano in auctario nouo bibl. patrum tom. I. p. 1289. Paris. 1648. fol. *Fabr.* V. supra in vol. X. pag. 277. de hac homilia, quae incip. ἀρχὴ μὲν, et de alia, a Riccio edita, cuius initium: ἄλλοι μὲν ἄλλας ἑορτῶν ὑποθέσεις. Haec est quoque in eod. *Coislin.* mox laudando. Prior autem gr. recusa est in *Patufae* encyclopaedia philologica, Venet. 1710. 8. vol. II. p. 341. sqq. Tres diuersae in cod. *Gali* XXXII. 1. nr. 5866. catal. — MS. *Florent.* in cod. *Laurent.* XV. nr. 1. plut. 11. et in cod. IV. nr. 1. plut. 4. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 510. et 519. — *Paris.* in bibl. publ. codicibus septemdecim, in cod. *Coislin.* CCLXXIV. sunt Andrae Cret. quatuor diuersae homiliae in Mariae natiuitatem. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 388. — *ibid.* pag. 422. in cod. CCCVI. nr. 3. ad d. 3. Sept. homilia: incipit: εἰ μετρήται γῆ etc. Oudin. l. c. p. 181. Andrae Cret. posse oratt. de Mariae virg. natiuitate et adfumptione adtribui negat, quia festi illi Mariae dies tempore eius nondum exstitissent. *Harl.* Apud Galland. p. 93. sqq.
2. Εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. In Adnunciationem. Incipit: Ἐπέση σήμερον ἡ πάντων χαρὰ p. 11. Saepius prodierat graece et latine cum alia versione *Marci Hopperi*, vt in *Micropresbytico* Basil. 1550. fol. et in *Orthodoxographis* vtriusque editionis 1555. et 1559. etc. nec non in tomo secundo auctarii bibl. patrum *Ducacani* Paris. 1624. et in bibl. patrum Paris. 1644. tomo XI. Ne dicam de editio-

^{uu}) Conf. supra, vol. VII. p. 264. not. f. — Plures autem sermones, interdum nullo singulorum indice addito, coniuncti reperiuntur, nr. 1. 7. 11. et sermo in b. Virginem in Sabbato τῆς ἀναστάσεως Σήμερον εὐφροσύνη, *Oxon.* in bibl. *Bodlei.* in cod. *Barocc.* CXC VII. *ibid.* nr. 2. 5. 6. 9. 10. 11. 12. et 21. *ibid.* in cod. CXCIX. — *ibid.* nr. 1. 2. et 21. in cod. CCXXXIV. — *ibid.* nr. 1. 7. 2. 6. 9. in cod. *Oliu. Cromwell.* CIV. f. nr. 283. cat. codd. *Augliae* etc. — *ibid.* *Sermones*, in cod. *Guil. Laud.* LXXXI. siue nr. 723. dicti

cat. et in LXXXIV. f. nr. 726. *decem Sermones.* — *ibid.* quatuor diuersae homiliae in natiuit. b. Mariae, item nr. 7. et 8. ac 2. in cod. V. *Bodlei.*, f. nr. 2500. catal. — sermo in natiuitatem Virginis Mariae in cod. *Selden.* LIII. f. nr. 3383. dicti catal. — *ibid.* homiliae quaedam Andrae et aliorum de b. Virgine, arabice, in cod. *Rob. Huntington.* LXXII. f. nr. 5818. eiusd. catal. — *Venet.* in codd. *Marcian.* CCCLIX. CCCLX. CCCLXII. CCCLXIII. — in codd. bibl. *Escorial.* v. *Plater.* itiner. per Hispan. p. 156. sq. *Harl.*

editionibus latinis in bibl. patrum Paris. et Colon. *Fabr.* Conf. supra, vol. X. p. 280. et alia eiusdem argumenti homilia, ib. p. 281. — MS. in cod. *August.* Vind. v. Reiser. notit. p. 8. — *Coisl.* CCLXXIV. v. *Montfauc.* l. c. p. 389. in decem codd. bibl. publ. *Paris.* — *Florent.* in cod. Laurent. XXXI. nr. 10. plut. 9. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 442. *Harl.* Ap. Galland. p. 98.

3. Εἰς τὴν περιτομὴν τῆ Κυρίε ἡμῶν Ἰησοῦ, καὶ εἰς τὸν ἅγιον Βασίλειον. *In circumfisionem CHRISTI, et S. Basilium.* Incipit: πάντα τὰ ὑπὲρ [P] ἡμῶν θεανδρικῶς pag. 28. Ex MSS. duobus, regio alteroque vetusto membranaceo codice. *Fabr.* V. supra, vol. X. p. 140. — MS. in cod. *Coisl.* CXXI. nr. 24. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 196. In cod. *Paris.* bibl. publ. MCLXXI^{ff}. nr. 24. *Harl.* Ap. Galland. l. l. p. 108.
4. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τῆ Κυρίε ἡμῶν Χριστοῦ. *In domini nostri transfigurationem.* Incipit: Ὅσοι τῇ κενώσει τῆ Λύγῃ pag. 38. *Fabr.* V. supra, vol. X. pag. 244. add. cod. *Coisl.* CVII. nr. 29. v. *Montfauc.* bibl. cit. p. 182. — *Paris.* in nouera codd. bibl. publ. — *Taurin.* in codd. LXX. et LXXX. v. cat. codd. gr. Taur. p. 166. et 175. — in cod. *Laur.* XXXIII. nr. 26. plut. 9. v. *Bandin.* cat. cit. l. p. 455. *Harl.* Gall. l. l. p. 114.
5. Εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον. *In Lazarum quatuoriduumm.* Incipit: Λάζαρος τὸν παρόντα συγκεκριμένη σύλλογον pag. 56. *Fabr.* Conf. supra volum. X. pag. 268. — *Paris.* in quatuordecim codd. bibl. publ. — Haec et sequens et secunda homil. in codd. *Coisl.* CVII. nr. 1. et 29. et CCLXXXV. CCCIV. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* pag. 181. 182. 401. 402. 419. — *Taurin.* in codd. LXX. CXV. et CCCXX. v. cat. cit. pag. 165. 217. et 399. — *Mosquae* in cod. synod. V. haec et seq. hom. v. *Matthaei* cat. codd. gr. Mosquens. p. 19. nr. 9. et 13. — in cod. *Ge. Wheler.* XVI. f. nr. 9087. cat. MSS. Angl. II. 1. haec et sequens hom. in cod. *Thom. Roe* XXVIII. f. nr. 274. cat. I. 1. *Harl.* Galland. p. 125.
6. Εἰς τὰ βῆλα. *In ramos palmarum.* Incipit: χρεὶς ἡμᾶς μετὰ τῇ Δεσπότῃ Λάζαρος. p. 75. Huius sermonis in Triodio mentio. In hac oratione ad Pseudeuangelium Iacobi auctor adludit p. 77. C. *Fabr.* Vide supra. vol. X. p. 302. et ad nr. 1. ac 5. — in codd. *Taurin.* CXV. CLXVI. atque CCCXX. v. cat. codd. gr. Taur. p. 217. sq. 253. et 399. *Paris.* in tredecim codd. bibl. publ. *Harl.* Galland. p. 135.
7. 8. Λόγος σχεδιασθεὶς εἰς τὴν παγκόσμιον ὑψωσιν τῆ τιμῆ καὶ ζωοποιῶ σαυροῦ. *In exaltationem S. Crucis.* Oratio prior. Incipit: σαυροῦ πανήγυριν ἄγομεν pag. 96. Oratio posterior, incipit: κινήσωμεν, ἀγαπητοὶ, σήμερον ὡς κινύσαν τὰ χεῖλη pag. 108. Vtramque hanc orationem dedit Combefisius cum recognita paucis in locis versione Iacobi Gretseri S. I. qui eas graece et latine vulgauerat tomo II. de Cruce pag. 94. et 108. Ingolstadt. 1600. 4. Opus Gretseri deinde recusum Ingolstadt. 1616. fol. Hae duae orationes, (siue potius vna in duas male distincta. Vide *Lambecium* VIII. p. 288.) [pag. 612. sq. Kollar.] etiam ex Gretseri versione plus simplici vice recusae sunt latine in bibliothecis patrum, Paris. et Colon. *Fabr.* Conf. supra, vol. X. p. 247. ibique not. d.

- d. et pag. 248. — *Florent.* in cod. Laurent. XXXI. nr. 2. plut. 10. d. 14. Sept. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. pag. 495. — *Paris.* in duodecim codd. bibl. publ. — in cod. *Coisl.* CXXI. nr. 1. et CCCIV. nr. 2. et CCCVI. ad d. 17. Sept. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 195. et 418. et 422. — *Venet.* in cod. Naniano LXIII. nr. 14. v. cat. codd. gr. Nan. pag. 103. — *Mosquae* in cod. *Synod.* XXXIX. nr. 1. v. *Matthaei* notit. codd. gr. *Mosq.* p. 50. — *Taurin.* in codd. LXXXVIII. et CCXXVI. vid. cat. codd. gr. *Taur.* p. 172. et 405. — in cod. *August.* *Vindelic.* v. *Reiseri* notit. MSS. *August.* p. 32. *Harl.*
9. *Εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου.* *In dormitionem b. Mariae.* Homilia prima. Incipit: ὅσοι τὸ σεπτὸν τῆτο τῆς Θεοτόκου. p. 115. Haec secunda est in codice MS. caesareo, de quo *Lambecius* VIII. p. 130. et in sacro itinere *Cellensi* p. 152. *Fabr.* V. supra, in vol. X. pag. 283. bis et 284. bis ubi init. prioris, οἱ τὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν, posterioris, ὅσοι τὸ σεπτὸν τῆτο. Sunt igitur quatuor *Andreae* homiliae in dormitionem *Mariae*. — In cod. *Coisl.* XXXI. duae homiliae; — in cod. CVIII. homil. quae inc. *μυστήριον* in cod. CCCVII. hom. cuius init. ὅσοι etc. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 84. 183. et 425. — *Paris.* in septemdecim codd. bibl. publ. — *Florentias* in cod. Laurent. XXXI. nr. 11. inc. *μυστήριον* etc. ac 12. siue quarta hom. quae inc. οἱ τὴν ἐν πνεύματι θεωρίαν τῷ αὐτῷ — in cod. XXXIII. nr. 36. 37. et 38. tres homil. — in cod. XI. nr. 1. plut. 60. inc. ὅσοι τὸ σεπτὸν τῆτο v. *Bandini* cat. codd. gr. I. p. 442. 456. et II. p. 600. *Harl.* *Ap. Galland.* I. I. p. 147.
10. Secunda, incipit: *μυστήριον ἢ παρῶσα πανήγυρις* pag. 131. Ex duobus regiis codd. (Antea tantummodo legebatur latine apud *Surium* 15. *Augusti* et *Laur.* *Cumidium* tom. IV. bibl. homiliarum patrum p. 631.) Haec prima est in codice caesareo.
11. Tertia, incipit: *καλεῖ πάλιν ἡμᾶς τὸ συνεχές.* pag. 143. Haec quoque, sed latine tantum apud *Surium* loco citato et *Cumidium* p. 633. *Andreae Cretensis* de dormitione b. *Virginis* ex versione *Ambrosii Camaldulensis* lucem viderat *Venet.* 1530. 8.
12. *Εἰς τὸν ἅγιον καὶ μακάριον καὶ πανεύφημον τῷ Χριστῷ ἀπόστολον Τίτον.* *In S. apostolum Titum.* Incipit: Ἀποστολικῶν ἐγκωμιῶν ἐφάπτεσθαι pag. 155. *Fabr.* Conf. supra, vol. X. p. 341. — *Florent.* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 41. plut. 9. v. *Bandin.* I. c. I. p. 457. — *Paris.* in quatuor codd. bibl. publ. *Harl.* *Galland.* p. 156.
13. *Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα Γεώργιον.* *In S. martyrem magnum Georgium.* Incipit: αἰεὶ μὲν λαμπρὰ καὶ πανεύφημα, pag. 175. [P] Legitur etiam in actis sanctorum tom. III. Aprilis pag. XX. c MS. Vaticano. Sed extrema pars huius homiliae, tantum latine exstat apud *Lipomannum* et *Surium* 23. April. *In plerisque*, inquit, *Combesius* p. 358. regio codice vltus, corrigimus *Lipomanni* interpretem, seu potius novam versionem adornamus, ut est ille reuera minus accuratus etc. *Fabr.* V. supra, vol. X. p. 230. — In cod. *Nanian.* CCXX. (qui continet canones, troparia, hymnos, lectt. et narrationes, recitandas die festo S. *Georgii*.) nr. 6. *Andreae* encomium in *Georgium*; sed incipit: ἡλῖος μὲν ἐκείνης ἀνίσχων ἡμέρας v. cat. codd. gr. *Nanian.* p. 412. — *Paris.* in cod. MCXCVII. nr. 2. bibl. publ. *Harl.*

14. Ἐγκώ-

14. Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἴσιον πατέρα ἡμῶν Νικόλαον, τὸν τῆς ἐν Λυκίᾳ Μύρης. In S. Nicolaum, Myrensem in Lycia episcopum. Incipit: ἀνδρῶπε τῷ Θεῷ καὶ θεράπων p. 188. Fabr. V. supra, vol. X. pag. 298. sq. — Paris. in quinque-codd. bibl. publ. — in cod. Coisl. CV. nr. 11. v. Montfaut. bibl. Coisl. p. 179. — Taurini in cod. CCCXX. fol. 44. v. catal. codd. gr. Taur. p. 399. Harl.
15. 16. 17. Εἰς τὸν μακάριον Πατάριον καὶ μερικὴ τῶν θαυμάτων αὐτοῦ διήγησις. In b. Patarium, cuius memoriam recolunt Graeci VIII. Decembr. Incipit: ὡς λαμπρὰν καὶ πνευματικὴν ὁρῶ τὴν πανήγυριν pag. 196. Eiusque miraculorum particularis narratio. Incipit: τὴν τῶν ἐγκωμίων τὰδε τῷ πατρὶ ἀποδώσαντες εὐφημίαν pag. 206. Aliud encomium eiusdem Patarii, ἀπὸ Φωνῆς Ἀνδρῆς ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, incipit: πάντα πιστεύειν ἄξιον τὰ ὄντως Θεῷ pag. 216. Fabr. V. supra, in vol. X. pag. 304. sq. Paris. in cod. bibl. publ. MCCCCLVIII. nr. 13. et 14. Harl.
18. Λόγος εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον, καὶ εἰς τὰς κοιμηθέντας. In vitam humanam et defunctor. Incipit: ἔδεν ὡς ἀληθῶς τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει τὸ γάσιμον pag. 229. Hanc homiliam primus graece vulgauerat Io. Mourfius in variis diuinis, Lugd. Batav. 1619. 4. p. 39. Legunt Graeci Sabbato τῆς ἀπόκρυφου, quod Quinquagesimam proxime antecedit. Fabr. Conf. supra, vol. X. p. 218. Paris. in octo codd. bibl. publ. In bibl. Bodlei. in cod. Th. Roe, XXVIII. siue nr. 274. cat. codd. Angliae etc. — Venetiis, in cod. CCCLXII. v. cel. Morelli bibl. MS. gr. et lat. I. p. 235. sq. — Monac. in cod. Bauar. LXVI. v. cl. Hardt. in Aretini Beytrāgen etc. a. 1804. part. 3. p. 34. Harl.
19. Canones siue hymni sacri, triodia ac troparia Andreae Cretensis ex variis Graecorum libris ecclesiasticis eruta.
- IX. Dec. Canon in conceptionem sanctas ac dei auias (θεοπρομήτορος) Annae pag. 252. Fabr. V. supra, vol. X. p. 196. Harl.
- VIII. Sept. In Natalem sanctissimae Deiparae p. 258.
- Magnus ^{vv}) Canon, 250. tropariis constans, qui feria quinta quintae ieiuniorum hebdomadae a poenitentibus recitatur, pag. 265. Inferto canone in Mariam Aegyptiacam, cuius ἀκροστιχίς haec est: σὺ ὦ ὁσία Μαρία βοήθει, idque disertis verbis notauit Combefisius pag. 268., licet in Actis sanctorum tom. I. April. pag. 70. a Papebrochio notetur veluti qui hoc neglexisset. Obseruabis autem ab aliis Graecis iunioribus post Andreae aetatem passim esse addita, quibus Andreae ipsius auxilium atque intercessio precibus expetitur. Vt pag. 268. [P] ἱκεσίαις σε ἡμᾶς, Ἀνδρέα, ῥῦσαι παθῶν αἰτίμων, καὶ τῆς βασιλείας νῦν Χριστοῦ κοινωνῆς τὰς πίσεις καὶ πόθῳ ἀνυμνῶντάς σε, κλεινὲ, ἀνάδειξον δέομαι. Pag. 272. Ἀνδρέα ταῖς λιταῖς, Σῶτερ, ἐλέησον ἡμᾶς. Pag. 275. Ταῖς αἰῶς λιταῖς δώρησαι καί μοι τὴν λύσιν τῶν ἰφλημάτων, ὦ Ἀνδρέα Κρήτης πρόεδρε, μετανοίας σὺ μυσταγωγός γάρ εἰσις. Et p. 280. Ἀνδρέα, πατρῶν κλέος, εὐχαῖς σε μὴ ἐπιλάθῃ καὶ δικετεύων παρεως Τριάδα τὴν ὑπέρ-
- vv) Confer. acta sanctor. tom. II. April. pag. 69. 70. Cangium in glossario graeco p. 583.

ὑπέρθεον, ὅπως λυτρηθῶμεν τῆς κολάσεως οἱ πόθῳ προσάτην σε θῆον, πάμμακαρ, ἐπικαλῶντες, σὸ Κρήτης ἐγκαλῶπισμα. Pag. 282. Ὡς ποιμένων ἄριστος, Ἀνδρέα σοφὲ, πρόκριτον ὄντα σε, πόθῳ δέομαι πολλῶ καὶ φοβῶ, σαῖς πρεσβείαις τῆς σωτηρίας τυχεῖν καὶ ζωῆς αἰώνις. Pag. 284. Τῆς Κρήτης σε ποιμένα καὶ πρόεδρον καὶ οἰκμένης πρεσβευτὴν ἐγνωκὼς προστρέχω, Ἀνδρέα, καὶ βοῶ σοι· ἐξελεῖ, πάτερ, βυθὸ τῆς ἀμαρτίας. Et pag. 292. Τῆς πίστεως ἐν τῇ πέτρᾳ ταῖς πρεσβείαις σε ζηρίζον, πάτερ, φόβῳ με τῶ ἐν θεῷ τευχίζων καὶ μετάνοιαν, Ἀνδρέα, παρῶσχα μοι, δυσωπῶ σε, καὶ ῥυσάί με παγίδος ἐχθρῶν, τῶν ἐκζητῶντων με. Pag. 296. Ὡς παρρησίαν ἔχων πρὸς Κύριον, Ἀνδρέα Κρήτης σεπτὸν κλέος, δυσωπῶ, πρέσβευε τῷ δεσμῷ με τῆς ἀνομίας λύσειν νῦν εὐρεῖν εὐχαῖς σε, ὡς τῆς μετανοίας διδάσκαλος, ὁσίῳ δόξα. Nouam editionem huius Canonis magni debemus Cheuillierio, bibliothecario Sorbonico, Paris. 1699. 12. *Fabr.* Gallice scriptus est liber: Le grand canon, ou hymne de l'Eglise grecque qui contient la priere de l'Office Grec, ou l'ame sollicite le pardon de ses pechez et s'anime à la vertu, avec le canon du pecheur qui a recours à la S. Vierge; version paraphrasée sur le Grec, par *André Cheuillier*, Paris. 1699. 12. — *Andrae Cret.* orationes, selecti canones et triodia, in bibl. max. patrum. — Canon in agentes animam, Florent. in cod. *Laurent.* XVII. nr. 13. plut. 5. inc. Δεῦτε συνάχθητε. v. *Bandin.* cat. codd. Laur. I. p. 40. — ibid. in cod. VI. nr. 8. plut. 86. inter S. S. et patrum auctoritates de praedeterminatione et praescientia dei est locus ex *Andrae Cretens.* triodio τῆς μεγάλης δευτέρας, s. in feriam secundam maioris hebdomadis. v. *Bandin.* libr. cit. vol. III. p. 295. — *Mosquae* in cod. synod. II. magnus canon cum interpretatione satis ampla et copiosa: definit in interpretatione troparii 255. Post hoc legitur aliud troparium. v. *Matthaei* notit. MSS. Mosq. p. 12. seq. ed. in 8.

Canon in Lazarum, ad vespervas parasceues, ante ramos palmarum p. 301.

Triodium in dominica in ramis palmarum p. 311.

Magna secunda feria p. 315. *tertia* p. 318. *quarta* p. 322.

In diem festum mediae pentecostes p. 326. [v. cod. Florent. *Laur.* citat.]

Idiomela in Christi natiuitatem p. 334. *in occursum domini* ibid. *In exaltationem S. crucis* XIV. Sept. p. 335. *In Natalem Iohannis praecursoris* ibid. *Sticharium idiomelon in apostolos Petrum et Paulum* p. 336. *In S. Ignatium* 20. Dec. *Fabr.*

[*In zonam b. Mariae.* v. supra, vol. X. p. 285. *Harl.*]

Hae omnes haecenus enumeratae *Andrae* homiliae una cum hymnis latine recusae sunt ex *Combesfii* versione in tomo decimo bibliothecae patrum edit. Lugd. a. 1677. Pleraque etiam meliora edidit ipse *Combesfius* partim interpretationis suae recensione, partim collatione MSS. exemplarium, in bibliotheca concionatoria, quam Parisiis 1662. fol. octo voluminibus latine vulgavit.

Quae

[F] Quae praeterea lucem viderunt Andreae lucubrationes, hae sunt:

20. *Εἰς τὴν ἁγίαν γέννησιν τῆς ὑπεραγίας θεοτόκου ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας.* Sermo in natiuitatem b. Mariae. Incipit: *Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ.* Hic sub Germani patriarchae CPolitani nomine graece et latine exstat cum *Andreas Schotti* S. I. versione in Auctario bibl. patrum Ducaeano, Paris. 1624. fol. tom. II. pag. 450. et in bibl. patrum Paris. Morelliana a. 1644. tom. XII. Eundem *Allatius* pag. 312. de Georgiis tribuit *Georgio Nicomediensi*. Et codex regis Galliae MS. num. CCLXXV. refert ad *Iohannem Damascenum*. His omnibus sententiis praefert *Combesius* testimonium codicis Mazatiniiani, a quo Andreae Cretensi vindicatur, itaque sub huius nomine cum noua versione sua edidit p. 130. auctarii noui bibl. patrum, Paris. 1648. fol. Andreae etiam tribuitur in codicibus caesareis, de quibus *Lambecius* IV. p. 88. [p. 204. seq. Kollar.] VIII. 379. 380. [p. 515. Kollar.] et in codice bibl. Coislinianae p. 388. *Fabr.* Conf. supra in vol. X. p. 278. et infra, vol. X. vet. ed. p. 210. nr. 7. de Germano. — *Florent.* in cod. Laurent. X. nr. 92. plut. 5. — cod. XXXI. nr. 3. plut. 9. et cod. XXXXI. nr. 1. plut. 10. v. *Bandin.* cat. codd. graec. Laurent. I. pag. 30. 441. (vbi ex cod. finem homiliae edidit,) et 495. *Harl.*
21. *Εἰς ἀποτομὴν Ἰωάννου τοῦ προδρόμου.* In Iohannis praecursoris decollationem. Incipit: *πῶς καὶ γῆρας ὡς τὰ ποταμῶν.* Ediderat latine Lipomaneus interprete minus adcurato; itaque *Combesius* cum noua versione sua graece et latine in lucem extulit in eodem auctario nouo tom. I. p. 1327. Hunc, quemadmodum et alia Andreae huius pleraque, MStum seruat etiam bibl. caesarea, vide *Lambecium* VIII. p. 530. *Fabr.* [f. p. 463. ed. Kollar. de cod. XIV. nr. 72. in quo eod. nr. 12. 30. 31. 32. 65. sunt plures Andreae Cret. orationes, et aliae in aliis haud paucis codd. in eod. volumine. v. ind. p. 1108. sq. et indices ad reliqua volumina, quae notitiam multorum Andreae homiliarum in codd. Vindob. suppeditabunt. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXXIII. nr. 45. v. *Bandin.* l. c. I. p. 457. — In cod. *Barocc.* bibl. Bodlei. CLXXIV. CXCIX. cum multis aliis Andreae Cret. homiliis, et CCXXXIV. fin. — In cod. *Coislin.* CVII. nr. 32. et CCCIV. (in quo plures aliae Andreae sunt homiliae,) nr. 46. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 183. et 419. — *Paris.* in cod. bibl. publ. DCCLXXII. nr. 59. in quo plures aliae Andreae Cret. exstant homiliae. conf. supra, vol. X. p. 260. *Harl.*
22. *Idiomelon in adnunciationem b. Mariae.* In eodem auctario nouo tom. I. p. 1363.
23. *Carmen iambicum eucharisticum* CXXVIII. versum ad Agathonem, archidiaconum et chartophylacem ecclesiasticum CPol. pro communicatis ad describendum Actis sextae synodi, editum graece et lat. a *Combesio* in auctarii noui bibl. patrum tom. II. siue Historia Monotheletarum Paris. 1648. fol. p. 235-240. Idem carmen etiam in tomis conciliorum editionis Labbeanae exstare scribit *Oudinus* pag. 191. de Script. eccles. ¹⁰⁰⁷)

Sed

¹⁰⁰⁸) In ed. Lips. 1712. fol. tom. II. p. 182. non legitur, hoc carmen exstare in tom. concilior. bibl. MSS. librorum etc. Paris, 1653. 4. part. 2. ed. Labbeanae; sed alia tria opuscula Andreae pag. 82. commemorantur. *Harl.*

Vol. XI.

K

Sed illud in tom. VI. Labbei, vbi acta sextae synodi habentur, perinde vt in tertio edit. Harduinianae tomo incassum quaesui. De codice MSto caesareo, in quo hi iambi continentur, vide sis *Lambesium* VIII. p. 500. *Fabr.* siue p. 1042. sqq. ed. Kollar. de cod. LIX. ibique Kollarii not. conferes. *Harl.* Leguntur hi iambi cum noua et planiore versione lat. in Galland. bibl. PP. XIII. 167. sqq.

24. *Computus* siue *μέθοδος πῶς δὲ εὐρεῖν τὸν κύκλον τῆ ἡλίου, φιλοπονηθεῖσα ἀκριβῶς χάριν τῶν φιλομαθῶν. Methodus inuestigandi Cycli Solaris (et Lunar, nec non paschatis) in studiosorum gratiam [P] adcurate elaborata. Graece et lat. edita a *Dionysio Petauio* ex apographo Andreae Schotti, qui ex codice bibl. Vaticanæ descripserat. *Vranologium Petauii* ²²), in quo plura graeca scripta astronomica veterum exstant, lucem vidit Paris. 1630. fol. et Antwerp. (siue Amstelodami potius,) 1703. fol. in qua posteriore editione computus Andreae Cretensis pag. 211. et 212. implet.*

25. In Catena graeca patrum ad Lucam, quam Niceta collectore MStam euoluit in codice Mazariniano Combesius, praeclara nonnulla referuntur sub nomine τῆ ἱεροπολυμίτου, quae ad Andream nostrum referre non dubitat, et earum pleraque latine dedit in bibl. concionatoria. *Fabr.* In Nicetae cat. patr. in euang. Lucae in cod. *Coislin.* CCI. ex Andrea Cretensi excerpta repetiri, testatur *Montfau.* in bibl. Coislin. p. 251. — Praeterea loca Andreae Cret. citantur a Io. Cantacuzeno contra Palamam, et in thesauro orthodox. fid. in codd. Laurent. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 347. et 432. *Harl.*

[*Cantabrig.* in cod. coll. S. Benedicti CXLIV. siue nr. 1421. cat. MSS. Angliae etc. I. 3. est historica expositio *Andreae* (huiusne Cretensis? an potius presbyteri, supra memorati?) super Pentateuchum, libr. regum, paralipom. parabolas, et ecclesiasten. — Ibid. in cod. CLXXIII. siue nr. 1450. cat. cit. Andreas super librr. regum, Macchabaeorum et Danielis. *Harl.*]

[In cod. *Taurin.* CCCXX. tribuitur *Andreae* Cretensi sermo in b. Mariae ingressum, cuius initium: Καλὰς ἡμῖν ἀπαρχὰς ὑποθέσεως qui gr. ac lat. sub nomine *Georgii*, metropolitae Nicomediensis editus est a *Combesio* in tomo I. Auctarii noui, p. 1091. v. cat. codd. gr. *Taurin.* p. 398. seq. *Harl.*]

[Encomium *SSorum martyrum Cretensium*: inc. ἐπωθεῖται τάχα τὴν ἡμετέραν ἐπαύροdon: in cod. *Taurin.* LXX. v. cat. cit. p. 174. *Harl.*]

[Insuper in codd. bibl. publ. *Paris.* secund. cat. MSS. bibl. regiae, vol. II. sunt *Andreae Cretensis homiliae*.

In laudem *Sergii martyris*, in cod. DCCLXXI. nr. 36. cum nonnullis aliis eiusdem homiliis.

In *St. Ioannem baptistam* in septem codd.

Carmen

xx) Alia scripta in *Vranologio Petauii* obuia recensui lib. 3. cap. 5. p. 69. seq. [c. 18. vol. IV. p. 29. not. *fff.* nou. edit.]

Cerameus in secundum Christi aduentum, in cod. CCCXCVI. nr. 26.

De imaginum Sctar. adoratione, in cod. MDCXXX. nr. 55.

De loco, in quem animas post mortem abeunt, in cod. MMCCCXIV. nr. 17. inc. καὶ θὰς Φη-
οι οὐ μὴ κελος. Add. Quatin. commentarior. sitt. tom. II. p. 182. qui etiam ex Caroli
du Fresno Glossario mediae et inf. graecitatis, ad calcem in indice auctor. ineditorum,
col. 24. refert, Eusebium Renaudotum habuisse gr. MS.

Andreas Cretensis Ἐγκώμιον εἰς τὰς αἰγλὰς καὶ καλῶν δίκαι μάρτυρας, ὅτε ὑπὸ τῆς τῆ
χειμῶνος βίας ἐξ ὑποσηφῆς τῆ πλοῦς ἐπιστὰς, τὸν παρὲντα ἐσχιδίασε λόγον.

Eiusdem hom. in silentium Zachariae et natiuitatem Ioannis, in cod. Coisl. ECCIV. (qui
praeterea sex alias Andreae Cretens. homilias continet,) nr. 40. init. Ἐν γενητοῖς γυ-
ναικῶν ἐδίδας Ἰωάν. — v. Montfaut. bibl. Coisl. p. 419.

Fabrie. infra vol. XIII. p. 806. not. memorauit Andreae Cretensis homiliam in natiuitatem
Christi, quae incipit: Χριστὸ τέκος ἀποτέλεσμα τῆς εὐφραδὸς τῆ Θεοῦ Φιλαυδρωπίας.

De libro MS. de musica ecclesiastica. v. supra, vol. III. p. 654. fin. Harl.]

[Oratio eis τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας δεσποῖνης ἡμῶν Θεοτόκῃ, μετὰ ἀποδείξεως, ὅτι ἐκ
ἐπέματος κατὰγεται τῆ Δαβὶδ, in natalem diem sanctissimae dominae nostrae Dispa-
rae, quae ostenditur, quod ex semine Davidis deducitur. (inc. Ἄλλοι μὲν ἄλλας ἐορτῶν
ὑποθέσεις — ab Angelo Maria Riccio primum edita, cum eius versione lat., in notis
subiectis passim emendata, in Galland. bibl. PP. XIII. p. 175. sqq. est repetita. Beck.)]

Vbiq. Andreas plane floridus scriptor magna loquitur¹⁹⁾, ac si quis aduerteret, Dio-
nyssianis, Methodianis, Gregorianis, Amphiloichianis, aliorumque veterum inferata, quae ver-
bis qua sententiis: excepta scriptura, quam totus, vere christianus orator, spirat. Nihil rhe-
toricis²²⁾ flosculis suauique compositione delicatius, nihil sensu plenius, nihil theologia solidius,
nihil mystico volatu sublimius.

Quum vero inter hymnorum auctores, quibus ecclesia graeca vititur, iam a longo
tempore illustre inprimis Andreae huius nomen existat, cuius καλίστησαν laudat Theopha-
nes Cerameus p. 207., placet hoc loco, indicem melodorum paulo pleniorē subiungere,
quam olim dedi ad calcem Allatii de libris ecclesiasticis Graecorum, atque publico simul no-
mine rogare seu. Urbanum Gotfridum Siberum, ecclesiastem et professorem Lipsiensem eru-
ditissimum, ut historiam Melodorum ecclesiae graecae, eorumque theologiae poëticae, quam
e Menaeis librisque Graecorum liturgicis se expositurum recepit in schediasmate edito Lipsi.
1714. 4. diutius nobis ne inuideat. [Num a promissis steterit Siberus, equidem ignoro.]

K 2

Melodi

39) Combessif. notis ad Andream p. 340:

22) Idem in praef. et *Ellies du Pin*. tom. VI.
p. 100. Les sermons de cet Auteur ne sont pas si
fort à mépriser que la plupart de ceux des non-
vieux Grecs: ils sont pleins d'esprit, de doctri-

ne et de morale, et ne manquent pas d'éloquence
et de noblesse. Son discours est plein de mots
composés et hardis, ses narrations sont libres,
ses réflexions justes, ses éloges éclatans, ses figu-
res naturelles, et ses instructions solides.

[P] *Melodi Graecorum*, de quibus liber *Allatii* p. 77. et 81. commentarii de libris eccles. Graecor. et in diatriba de *Georgiis* pag. 318. promissus, cum auctore intercidit.

Alexius, metropolita Nicaenus, auctor canonis in S. Demetrium martyrem. *Lambec. V. p. 283.* [p. 599. ed. Kollar.]

Amphilochius.

Anastasius.

Anatolius, patriarcha CPol. circa a. C. 450. cuius nonnulla leguntur in *Octoëcho*.

Anatolius, monachus Studita.

Andreas, monachus, Cretensis, circa a. C. 690. auctor magni canonis siue *ἀγιοπολιτικῆς* *εἰρηγῆς*, de quo supra.

Andreas Pyrrhus.

ANGELI *δοξολογῶντες*.

Angelus Matthaeus canone in S. *parasceuen* laudatur ab *Allatii* pag. 194. contra *Hottinger*.

Anthimus, patriarcha CPol. circa a. 535. *Anthimus* tropariorum poëta memoratur *Theodoro* lectori lib. I. p. 554. adde *Tillemont.* tom. XVI. p. 72.

Antonius Patarensis, fortissimus catholicae fidei athleta, in ecclési canonum siue odarum ecclesiae, citatur a *Nic. Comueno* p. 142. praenot. *mystagog*.

Apollinaris haereticus.

Arius haereticus.

Asenius, monachus.

Athanasius Alex.

Athanasius in monte *Atho*, cuius canones in SS. martyres *Theodoros* et in S. *Ioannicium* memorat *Allatii* de synodo *Phot.* p. 543.

Athanasii τῷ *Κατ'ὸν* in Io. *Damascenum*. *Cangius* in *Μεγαλυνάρια*.

Athenogenes martyr, de cuius hymno dixi lib. V. bibl. graecae pag. 195. seq. [pag. 95. not. k. vol. VII. in prius ib. p. 170. sqq. n. ed.]

Auxentius.

Babylas monachus.

Bardesanes, Syrus.

[P] *Bartholomaei* melodi canon in *Theodorum* martyrem laudatur ab *Allatio* p. 543. de synodo *Phot.*

Basilus, monachus.

Basilus Pegariota.

Beryllus.

Bryso.

Byzar siue *Byzantius*, monachus.

Cassia siue *Cassiana* siue *Itāsa*, virgo, in confiniis octavi et noni saeculi clara. Vide *Allatium* de libris eccles. Graecor. pag. 74. seq. et *Nic. Rayaei* S. I. diss. praeliminarem ad *Acta Sanctor.* tom. II. Iunii p. XXI.

CHRISTVS cum discipulis suis *ὕμνησας*.

Christo.

Christophorus Gangraensis.

Christophorus, proto a secretis.

Clemens Alex. de cuius hymno dixi lib. V. bibl. graecae p. 104. [pag. 122. cum not. a. nou. edit.]

Alins Clemens, ποιητὴς τῶν καπῶνων, de quo Papebrochius tom. III. April. 30. pag. 787. *Clemens Studita.*

Constantinus Porphyrogenneta, Leonis imp. filius, cuius exapostilaria leguntur in *Octoëcho*, *Fabr.* v. cat. codd. gr. *Taurin.* p. 260. seq. de eod. CLXXV. *Harl.*

Cosmas, de quo Menologia 14. Nou. monachus et Io. Damasceni praeceptor, Maiurnensis episcopus, melodus celeberrimus, circ. a. 743. sub μελωδῆ nomine laudatus *Cadreno* p. 456. de quo *Allatius* lib. laudati p. 73. 74. et de Georgiis p. 418. 419. 420. *) *Combesifus* ad vitam S. Theodori Grapti. *Cangius* in *Τερσαδίων*. Ex vita Cosmae melodi quaedam profert *Allatius* p. 740. de purgatorio. Cosmam Hierosolymitanum vocat *Suidas* in *Ἰωάννης ὁ Δαμασκηνός* ex Iohanne Hierosol. quem vide in vita Damasceni c. 10. seq. et 34. Eius expositio hymnorum eccles. MS. in bibl. Coisliniana p. 274. Eius hymni XIII. latine tom. XII. bibl. PP. Lugd. p. 737. sqq.

Cumular.

Cyprianus, monachus.

Cyrillus, Alexandrinus.

DAVID rex ac propheta, dininorum psalmorum auctor et modulator suauissimus. Μελωδῆ nomine et ipse venit Chrysostomo et Annae Comnenae: aliis ψαλμωδῆ, vt Antiocho homilia 2. De psalmis Davidis in ecclesia decantari solitis vide *Io. Guil. Ianum* p. 48. ad sermonem Eusebii Alex. editum Witebergae a. 1720. 4.

Demetrius.

Dorotheus, monachus.

[P] *Emmanuel Charitopolus* in ecclesi tropariorum ad troparia Simeonis Thaumastoritae. *Nic. Comnenus* p. 397. *Myrtagog.* praenot.

Emmanuel Palaeolaurita.

Emmanuel Palaeologus.

K 3

Emmanuel

a) Sed vide ipsum nostrum *Fabric.* infra in h. vol. p. 217. vot. ed. vbi is suam retractauit sententiam, et Cosmam Hierosolymitanum, Io. Damasceni praeceptorem, discreuit a Cosma monacho, cuius *Hymni* sunt *Paris.* in codd. bibl. publ. CCCXLIII. nr. 2. cum commentar. MCCLXXVII. 36. et MDCCXX. II. — *Taurini* in eod. CLXXVII. hymni, a Cosma compositi, explicantur. v. catal. codd. gr. *Taur.* p. 261. sq. — *Romae* in eod. *Vaticano.* — Cosmae poema ecclesiasticum cum punctis et modulatione Graecorum, in eod. *Escorial.* v. *Montfauc.* Bibl.

bibliothecar. MSS. p. 134. C. et 618. C. — Enarratio metrica singulorum Psalmorum totius Psalterii Davidici, *Vindobonae* in eod. CXCVII. v. *Lambec.* IV. p. 476. sq. ibique not. Kollarii, atque pag. 271. sq. de Cosma, episcopo Maiurnae. — In editione perantiqua, saec. XV. sine anni et loci nota, 4. sunt quidam Io. Damasceni, et Cosmae Hierosolym. tum Marci, episcopi Hydruntini ac Theophanis hymni, v. *Bandm.* cat. codd. gr. *Laurent.* II. p. 204. add. *Saxii* *Onoma.* litt. part. II. p. 25. *Harl.*

Emmanuel Phile, de quo volum. VII. p. 695. seq. [vol. VIII. p. 617. sqq. ed. n.]

Emmanuel, Peloponnesius rhetor, cuius diss. de cantico in b. virginem, quod incipit *Θεο-
χία νεύματι*, memoratur *Lambecio* V. p. 294.

Ephraem Syrus.

Ephraem Cariae, monachus, a Mylassae in Caria episcopo huius nominis diversus. vide *Nic.
Rayari* diss. praeliminarem ad Acta Sctor. Iunii tom. II. p. LXVIII.

Euphrates.

Eustathius Thessalonicensis scripsit expositionem hymnorum Ioannis Damasceni. *Commen-
tarios* in iambica carmina de Pentecoste laudat *Allatius* p. 319. sq. de Georgiis et p. 613.
de consensu.

Euthymius, monachus. *Fabr.* Prologus Euthymii, et eius vita, *Mosquas* in cod. synod.
XLI. nr. 3. et 4. v. *Matthaei* notit. MSS. Mosquens. p. 51. ed. in 8. — Conf. supra,
vol. X. pag. 285. *Harl.*

Gabriel, cuius canonem in S. Nicolaum laudat *Allatius* p. 179. contra Hottingerum.

Georgius siue *Gregorius*, metropolita Corinthi, qui scripsit expositionem canonum et Tro-
pariorum, *Allat.* p. 73. 280. de libris eccles. et de Georgiis p. 417. 418. 419. *Lambec.*
lib. V. p. 278. [p. 587. seq. Koll.]

Georgius Nicomediensis, de quo *Allatius* de Georg. p. 312. eius idiomela tom. I. Auctar.
noui Combesii. p. 1135. 1222. et latine tom. XII. bibl. patrum Lugd. p. 711. 722.

Georgius Pamphilus.

Georgius Rammata, de quo *Allatius* p. 339. de Georgiis. Huius troparia in S. Nicolaum
laudat idem p. 178. contra Hottingerum.

Georgius Scylitza, de quo *Allatius* p. 338. de Georgiis.

Georgius Siculus, de quo *Allatius* p. 337. seq. eiusdem libri.

Germanus, patriarcha CPol. hic primus est inter melodos, quorum dimidiatae icones ex-
[P] 2. Λόγος πρὸς τὸν μέλλοντα ἐξαγορεύσαι τὸν ἑαυτῷ πνευματικὸν οὖν. Instructio, qua non modo confitens de confessione pie et integre edenda instruitur, sed etiam sacerdos; qua ratione confessiones excipiat, poenitentiam imponat et reconciliationem praestet, informatur. Incipit: Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ μονογενὴς. Edidit graece et latine idem Morinus, laudato loco, vsus codice bibliothecae D. Caroli de Montchal, archiepiscopi Tolosani. An *Ioannes patriarcha* istius sermonis sit reuera auctor, an vero aliquis eum ex ipsius poenitentiali exprefferit, difficile dictu est. Cum vero codicis titulus *P. Ioannem ieiunatorem praeferat*, nullumque contrarii iudicium nobis praesto fit, illius auctor sit nobis *Ioannes patriarcha*. Haec Morinus, ^{ss}) cum cuius editione operae pretium fuerit conferre duos codices caesareae bibliothecae, de quibus *Lambecius* IV. pag. 196. [pag. 434. nr. 2. ed. Koll.]

catal. MSS. bibl. regiae, vol. II. in quatuor codd. — canon poenitentialis in totidem codd. — homilia de poenitentia in cod. DCCLXXXVIII. — quaedam de sacra liturgia: init. καὶ μετὰ τὴν γυνύσκων ἡμῶν. — Romae in cod. Ottobon. de sacramento poenitentiae, gr. et alia. v. *Montfaucon*. Bibl. biblioth. MSS. p. 184. C. — ibid. in bibl. patrum S. Basilii, varia *Io. Nesteutae*, teste *Montfaucon*. l. c. p. 197. B. — In bibl. Bodlei. cod. *Pocock*. armeniaco, f. nr. 5346. cat. MSS. Angliae etc. I. p. 247. Homiliae aliquot *Ioannis* et *Ephraemi*. — In cod. gr. X. *Abrah. Massad*, Maronitae, de sacrificio missae, interpretatt. v.

Asseman. bibl. orient. I. p. 602. — Reliquiae *Io. ieiunatoris* esse dicuntur in coenobio Ibero-rum, in monte Atho, sec. descriptionem etc. gr. quam publicauit *Montfaucon*. in Palaeogr. gr. p. 474. — *Augustae Vindel.* in cod. *Ioan.* canonē de diuersis perturbationibus, quae possunt incidere. v. *Reiser.* notit. MSS. codd. bibl. Augustanae, p. 29. *Harl.* De codd. Vaticanis variorum *Ioan.* opusculorum pluribus egit *Asseman.* Bibl. iur. orient. III. p. 524. 527. 530. seq. 537. seq. *Beck.* gg) Hunc quoque sermonem *Oudin.* l. c. longe recentiore esse temporibus *Ioannis ieiunatoris* censet. *Harl.*

Koll.] et V. p. 236. [p. 486. Koll.] In priore monetur, Ioannem ieiunatorem indulgentem nimis esse et *συγκαταβατικώτερον*, in quam sententiam Nicolaus patriarcha apud Har-
menopolum: *scriptum illud canonicum ieiunatoris, quod nimiam lenitatem adhibeat, complures perdidit, at qui quod bonum est norunt, corriguntur.*^{hh)} Aliorum Graecorum testimo-
nia, quibus Ioannes, licet severus admodum, tamen multum remississe videtur a priorum ri-
gore, produxit Morinus lib. VI. de poenitentia cap. 26. §. 4. In posteriore codice caesa-
reo notatu dignum est, quod Ioannes ieiunator idem esse traditur cum Ioanne, cui cogno-
men τέκνον ὑπακοῆς, filius obedientiae. Τῷ ἐν ἁγίοις Πατρός ἡμῶν Ἰωάννῃ Ἀρχιεπισκόπῳ
Κωνσταντινουπόλεως, τῷ Νησευτῷ, ἔτινος ἐπωνυμίου τέκνον ὑπακοῆς, διάφοροι διαφορά τῶν
ἐξομολογούμενωνⁱⁱ⁾). Nam ab aliis non sine causa diuersus habetur Ioannes τέκνον ὑπα-
κοῆς^{kk)} a Ioanne ieiunatore. Edidit ex codice Vaticano idem Morinus post illa Ioannis iei-
unatoris, scriptum cum latina versione hoc titulo: Ἰωάννης Μοναχὸς καὶ Διακόνος, μαθητὴς
τῷ ἁγίῳ Βασιλείῳ, ἔτινος ἡ ἐπωνυμία, τέκνον ὑπακοῆς, Κανονάριον, διαγορεύων περὶ πάν-
των [P] λεπτομερῶς τῶν παθῶν, καὶ τῶν τέτοις προσφόρων ἐπιτιμιῶν, περὶ τε τῆς ἁγίας
κοινωνίας, βρωμάτων τε καὶ πομάτων καὶ εὐχῶν λίαν συμπάθεσταιον. Ἰωάννης μοναχὸς
et diaconi, discipuli magni Basilii, cui cognomentum est filius obedientiae, canonarium, sigil-
latim explicans prauos animi adfectus morbosque, et poenitentias his conuenientes, nec non,
quae de communione, cibo, potu et oratione obseruanda sunt, clementer admodum definiens^{ll)}).
Hoc Κανονάριον haud puto multum diuersum esse ab eo, quod νομοκάνονον adpellatur in epi-
stola anonymi Graeci, quam adfert Lambecius VIII. p. 449. [p. 943. seq. ibique Kollar. not.
add. Oudin. l. c. p. 1478. sqq.] Ἐγραψάς μοι, πνευματικῇ ἀδελφῇ κύρι Λεκά, ἵνα σοι γρά-
ψω εἰδήσῃ τινα περὶ τῷ λεγομένῳ νομοκάνονος τῷ Νησευτῷ, καὶ ἕως οὕτως, ὅτι πολλὰ περὶ
τῆς ἐξερωνύσεως ἐκ ἡδονῆς εὐρεῖν ἐν ἀληθείᾳ τίνες ἐσιν. Ἐγὰρ συμφωνεῖσι ἀλλήλοις τὰ
ἀντιγράφα· ἀλλὰ τινὰ μὲν ταιάνδε φέρει τὴν ἐπιγραφήν, Νομοκάνονον Ἰωάννης πα-
τριάρχης Κωνσταντινουπόλεως τῷ νησευτῷ· ἀλλὰ Κανονικὸν Ἰωάννης μοναχὸς καὶ Δια-
κόνος, μαθητὴς τῷ ἁγίῳ Βασιλείῳ, ἡ ἐπωνυμία τέκνον ὑπακοῆς. ἐν ἑτέροις δὲ πάλιν
δείκνυται τις χαρακτήρ, ὅτι γέροντος ἐστὶν τινος πρὸς τὸν ἑαυτὸ μαθητὴν· τῷ λέγειν, ὅτι
ταῦτά σοι γράφω, καὶ ὅπως ποιεῖς, ἕως ἂν σε συντύχω ἀπὸ σώματος, καὶ ἐκ τῷ λέγειν,
ὅτι

hh) In cod. Naniano CCXXXI. exstat Nomo-
canon cum apologia Ioannis ieiunat. περὶ τῆς αἰ-
τίας συγκαταβατικώτερον τῶν ἄλλων δοκῶ. v. cat. MSS.
gr. N. n. p. 425. et p. 426. nr. 6. de cod. CCXXXII.
vbi eadem apologia reperitur. Harl

ii) V. supra de cod. Mosquensi. Harl.

kk) Distinguit etiam Allatius contra Hottinge-
rum p. 229. Praeter illa vero tria scripta Mori-
nus etiam alios Graecorum poenitentiales libellos
graece et latine publicauit, ut sunt; 1) ἀπολογία
τῶν ἐξομολογούμενων, siue enchiridion confessionis
edendae et excipiendae ritum, consentientis exami-
nandi et interrogandi formulam, absolutionisque
dandae rationem tradens, ex codice Barberinae
bibl. quem Thomas Basiliscus, graecus diaconus,
saeculo decimo sexto ex vetusto codice descripse-
rat. 2) Simeonis Thessalonicensis archiepiscopi

de poenitentia, ex eius dialogo aduersus omnes
haereses, de quo infra, suo loco. 3) Formulae
absolutionum ex Euchologio Allatiano, scripto
a. C. 1576. 4) Gabrielis Philadelpiae metropo-
litae libellus de sacramento poenitentiae, ex edi-
tione Veneta 1600. Fabr. Eundem esse Iohan-
nem ieiun. et illum qui Ioannes monachus filius
obedientiae, dicitur, e codd. mss. et testimoniis
Harmenopuli et Blastaris ostendit Asseman. bibl.
iur. orient. III. p. 532. sqq. Beck.

ll) De Ioanne alio diacono eccl. CPolit. circ.
a. 880. v. Oudin. comment. II. p. 335. sq. qui ci-
tat Acta S. S. ad III. April. — de aliis v. Af-
seman. bibl. orient. II. p. 58. sub fin. in quo et
III. voll. permulti alii Ioannes excitantur. v. in-
dic. ad illa p. 533. sqq. et p. 686. sqq. Harl.

ὅτι ταῦτα πάντα ἑμαυτὸν ἐκ τῶ ἐμὲ ἀναθρέψαντος λύχνῳ τῆς διακρίσεως. τῷ τε ἔχεν προ-
λόγους δύο, καὶ ἐξ ἄλλων πολλῶν δείκνυται, ὅτι γέροντος ἐστὶν τινος πρὸς τὸν ἑαυτῷ μαθητὴν
etc. Basilii magni discipulus dicitur, non, quod Basilii temporibus vixerit, est enim longe
iunior et ἡ θεία κλίμαξ Ioannis Climaci ab eo citatur; sed quod saepe laudat et in pluri-
bus sequitur S. Basilium.

3. Περὶ μετανοίας καὶ ἐγκρατείας καὶ παρθενίας λόγος. *Sermo de poenitentia, continentia et virginitate.* Incipit: ὁ μακάριος Ἀπόστολος Παῦλος ὁ τῶν ἐθνῶν Ἀπόστολος. Prodiit in Chrysostomo graeco Sauii tom. VII. p. 641. et graecolatino Ducaei I. pag. 807. [in ed. Montfaucon. tom. XII. v. supra, vol. VIII. p. 500. et p. 568. *Harl.*] In quibusdam codicibus Chrysostomo tribuitur, vt Coisliniano, quem memorat *Montfauconius* p. 132. [Cf. *Assermann. B. I. Or. III. 541.*]

4. Περὶ ψευδοπροφητῶν καὶ ψευδοδιδασκάλων καὶ ἀθέων αἰρετικῶν καὶ σημείων τῆς συντελείας. *De pseudoprophetais et falsis doctores et atheis haereticis et de signis consummationis.* Incipit: ὁδυνηρὸς ὁ λόγος καὶ ὁ καὶ ἐσχάτος. Dictus paullo ante discessum auctoris ex hac vita. Chrysostomo in quibusdam codicibus tribuitur, vt in *caesareo*^{mm}, ex quo graece edidit Sauius tom. VII. p. 221. Graece et lat. Ducaeus VI. p. 396. *Petrus Wastelius* tribuit Ioanni Hierosolymitano [P] p. 563. sed Gerhardus Vossius, qui cum Ephraemo Syro latine verbum edidit, adscribit Ioanni Nestutae. Vossio assentiunt Petavius et Caueus. [add. *Assermann. l. l.*]

[*Præcepta ad monachum* quemdam: in cod. bibl. publ. *Paris. MMDCCXLVIII. nr. 5.* incip. *τηρῶν μοναχῶν σωφροσύνης*, quae inedita esse dicuntur in catal. MSS. regg. II. pag. 547. *Harl.*] De *Blasphemia* (synopsi Nomocanonis Iohannis iei., aliis excerptis e Iohanne, et pluribus scriptis Ioh. cf. *Assermann. l. l. p. 535-540. Beck.*]

Desideratur huius Iohannis *liber epistolarum ad diuersos*, Trithemio c. 224. de script. eccles. memoratus, nec non libellus *de baptismo ad Leandrum* episcopum Hispalensem, de quo *Isidorus* cap. 26. [p. 56. ed. Fabr.] de script. eccles. *Ioannes sanctae memoriae alius Constantinopolitanus episcopus natione Cappadox, vir fuit inaeestimabilis abstinentiae et elemosynis in tantum largissimus, vt zelo auaritiae aduersus eum imperator Mauritius permotus vrbe pellendos pauperes ediceret. Hic graeco eloquio edidit de Sacramento baptismatis rescriptum ad beatæ recordationis dominum meum et praedecessorem Leandrum antistitem, in quo nihil proprium ponit, sed tantummodo antiquorum patrum replicat de trina merfione sententias. Fabr. De epistola quadam dubia v. supra not. xx. ad vol. I. p. 699. *Harl.* [*Assermann. p. 542.*]*

THALASSIVS, presbyter et hegumenusⁿⁿ), siue abbas monasterii in desertis Libyae, vir pius et sacrarum litterarum amans, ad quem S. Maximus confessor a. c. 662. defunctus

^{mm}) Corrupte ap. Sauium legi principium orationis, monet *Lambacius* comment. vol. IV. p. 201. in not. 1. et illam esse diuersam in cod. Vindob. CCXXXVII. nr. 6. ab ea, quam se Sauius indicat accepisse ex cod. quodam caesareo. — In *Montfaucon.* ed. Chrysostomi existat in

tomo VIII. p. 72. conf. supra ad vol. VIII. pag. 497. et *Io. Fabricii* Histor. bibl. Fabric. tom. I. p. 128. nr. 45. *Harl.*

ⁿⁿ) *Combesius* ad S. Maximum tom. I. pag. 674.

functus varias epistolae scripsit, librumque quaestionum in difficulta scripturae loca ei dicat, ut dixi volum. VIII. p. 730. [vol. IX. pag. 639. nr. 1. ed. nou. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 305. 390. et 412. *Harl.*] Exstant huius, ut credibile est, Thalassii *περί ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας καὶ τῆς κατὰ νῦν πολιτείας*, de caritate, vitae continentia et mactis regimine ad Paulum presbyterum, sententiarum hecatontades siue Centuriae IV. quarum postremam claudit doctrina perspicua de SS. Trinitate. Primae litterae in singulis hisce sententiis, si iunctim componantur, sensum et ipsae conficiunt, primae enim centuriae acrostichis est: Πνευματικῶ ἀδελφῶ καὶ ἀγαπητῶ Κυρίῳ Παύλῳ Θαλάσσιος, τῷ μὲν φαινόμενῳ Ἡσυχαστῆς, τῇ δὲ ἀληθείᾳ πραγματευτῆς κενόδοξος^{oo}). *Spiritali fratri et dilecto domino Paulo Thalassius, specie externa quidem Hesychnasta, et quietis monasticae sedicator, reuera autem uariae gloriae studiosus.* Secundae: εὐχαὶ ὑπὲρ ἐμῶ, ἀδελφὲ τιμώτατε, ὅτι μεγάλα κακὰ προσδοκῶ ἄξια τῆς ἐμῆς προαιρέσεως, λύπας τῇ ψυχῇ καὶ ὀδύναις τῷ σώματι. *Ora pro me, frater honoratissime, magna enim mala praestolor digna meis institutis, animae tristitiam et dolores corpori.* Tertiae: ἄλλ' ἢν κακὰ κυρίως ἐκ τῆς συνείδησιν λυπῶνται, τὴν δὲ ψυχὴν

oo) Ita legendum pro κενόδοξος. vide *Lambec.* V. pag. 11. et 70. *Fabr.* f. in cod. CCVII. nr. 2. p. 29. Kollar. ubi exstant quadriugenta capita; et in cod. legitur *Κενόδοξος* (*Lambec.* in nota l. citat Magnam bibl. vett. patrum graeco-lat. Parisin. tom. XI. p. 1179. et tom. XVII. p. 18. et 82.) et in cod. CCXXXIV. nr. 18. pag. 152. Kollar. in quo cod. legitur *Κενόδοξος*, probante *Lambecio* in not. 5. Sed *Kollar.* in Supplem. ad *Lamb.* comment. I. p. 268. (in recensione cod. Vindobon. XXXVI. in quo nr. 3. continentur *Thalassii* sententiarum centuriae quatuor, et legitur *Κενόδοξος*.) miratur, *Fabricio* h. l. probatam esse *Lambecii* opinionem, et, si quid hic quidem mutandum sit, homoeoptotigraia potius, uti est in cod. mem. CCVII. et in cod. CCXXXV. nr. 13. (de quo v. *Lambec.* V. p. 171. sq.) legerit *Κενόδοξος* πραγματευτῆς. — Tum in cod. *Vindobon.* CCXIV. nr. 18. sunt excerpta ex illis capitibus. v. *Lambec.* V. p. 94. Koll. et p. 198. de cod. CCXXXVIII. in quo nr. 2. reperiuntur *Thalassii capp. ascetica.* — Per hanc occasionem indic. aliorum codicum gr. subiungam. — *Monaci* in cod. CIII. secundum catal. gr. MSS. Banar. p. 40. *Thalassii Africani* centuriae II. de caritate et continentia ad Paulum presbyterum: enchiridion praeeptionum, 27. capp. constans. — *Augustae Vindel.* in cod. centuriae quatuor. vid. *Reiseri* notit. MSS. bibl. Aug. p. 56. — *Florentiae* in cod. Laurent. XXX. excerpta in collectione capitum asceticor. et cod. XIII. plut. 86. excerpta ex capp. *Thalassii.* vid.

Vol. XI.

Bandin. cat. codd. gr. Laur. I. pag. 495. et III. p. 335. nr. 1. — *Ventis* in cod. Namiano XCV. nr. 10. *Thalassii τῷ Μάρτυρι καὶ ἀφαιρετῷ* de caritate etc. centuria prima, et secunda, cuius tamen finis et centuriae III. et IV. desiderantur. v. cat. codd. gr. Nan. pag. 187. ubi notatur *Fabricius*, quod pro *Κενόδοξος* habeat *Κενόδοξος*. — Secundum catal. MSS. Angliae etc. tom. I. *praeeptia ascetica* in cod. *Barocc.* V. et LIX. in quo centuria quarta 108. capita habet. — in cod. XXXVI. *Guil. Laudi*, siue nr. 688. catal. — In cod. *Coislin.* CCCLXX. quatuor centuriae, et de *patientia.* — in cod. CLXVIII. scholia *Thalassii* et aliorum in margin. *Isaaci Syri* sermonum asceticor. vid. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 574. et 312. — *Ascetica* secundum *Montfauc.* Bibl. bibl. MSS. p. 12. *B. Romae* in cod. Vaticano. — ibid. p. 124. *B.* inter codd. *Claudii Stephani.* — ibid. p. 220. *D.* in cod. CCLXXVII. bibl. *Cassinenfis.* — in cod. *Escorial.* quatuor centuriae. v. *Plüer* itinerar. per Hispan. pag. 190. — *Mosquae* in cod. synod. CCLX. *Maximi* homoegetae responsa ad *Thalassium*, et *Thalassii* centuriae quatuor. — eadem in codd. CCCLXXVIII. nr. 9. et CCCXCVIII. nr. 25. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. p. 165. 243. et 255. — Add. supra, vol. IX. p. 525. nr. 3. et praeterea de *Thalassio* monacho conf. *Cause* hist. litter. SS. eccl. I. p. 584. ad a. 640. et *Oudin.* comment. de SS. eccl. I. col. 1620. ad a. 650. ubi quoque codd. *Vindobon.* memorantur. *Harl.*

P

καὶ καθαίροντα, ἀλλὰ τὰ τὴν συνείησιν λυπῶντα, τέρποντα δὲ τὴν σάρκα. Vere autem mala sunt, non, quae contristant conscientiam, animum vero purificant, sed quae contristant conscientiam et titillant corpus. Quartae denique: ὅμως [P] ἐν καὶ ἐν τῶν κυρίως κακῶν καὶ τῶν μὴ κυρίως, νομιζομένων δὲ, εὐχαί ἐκτενῶς πρὸς τὸν Κύριον τὸν Θεὸν ἡμῶν, αὐτῶν θῆναι ἡμᾶς. Attamen et a vere malis, et ab illis quae vere quidem non sunt sed existimantur, dominum Deum nostrum ut nos liberet, exire orato. Latine vertit Ioannes Oecolampadius, ediditque Augustae Vindel. 1520. 4. vnde recusa in micropresbyterico Basil. 1550. fol. et in vtraque orthodoxographorum editione a. 1555. p. 660. et a. 1569. p. 897. nec non in vniuersis patrum bibliothecis, vt Lugdunensi tom. XII. p. 337. [Paris. 1575. vol. III. col. 561. — ib. 1589. vol. V. col. 549. Colon. 1618. vol. VII. pag. 271. Harl.] Curauit etiam recudendas Ioannes a Fuchte, vna cum sententiis Sexti pythagorei et Laurentii Pisani. Helmst. 1635. 8. Graece primus edidit Fronto Dutaeus ex MSS. codd. regis Galliae in auctario bibliothecae patrum Paris. 1624. fol. tom. II. pag. 1179. Idem Oecolampadii versionem seruauit, nomine interpretis praeterito et oblitterato. Repetita haec graeco-latina editio in bibliotheca patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tom. XIII. p. 1184.

Io. Iacobus Grynæus, in praefat. ad Orthodoxographa scribit, Thalassium ex quorundam sententia floruisse in ecclesia Caesariensi a. C. 465. Verum a sententiarum auctore Hesychasta utique diuersus fuit Thalassius Caesareae Cappadociae episcopus, qui interfuit concilio CPol. et Ephesino a. 449. et Chalcedonensi a. 451. Thalassius vero episcopus Caesareae Palaestinae nullus fuit: nam in subscriptione concilii CPol. a. 381. pro Thalassio rectius alii codices habent Gelasium, quibus Theodoretus, Leontius et alii veteres apud Harduinum suffragantur. Fuere et alii Thalassii, sed quibus non magis tribui hae sententiae possunt, quam Thalassio praefecto praetorio sub Constantio a. 353. de quo Valefius ad Anianiani XIV. 1. Thalassius Alaius in Phoenicia episcopus, qui concilio Nicaeno interfuit a. 325. et qui concilio CPol. sub Mena a. 536. Thalassius Berytensis et Thalassius Nicomediae episcopi: Thalassius Dorylaeensis in Phrygia, qui subscripsit relationi ad Ioannem patriarcham factae a. 518. et Actis concilii sub Mena habiti insertae: Thalassius Parii in Hellelpono, qui interfuit conciliis Chalcedonensi a. 460. et Romano a. 503. Thalassius Romanus presbyter, qui subscripsit concilio Romano a. 721. Fabr. Caue l. c. „meminit, ait, Suidas in voc. Θεόφιλος Thalassii cuiusdam, qui Theophilo, episcopo ecclesiarum celeberrimo, admodum familiaris fuit, et miraculum eius quoddam litteris consignauit. Verum, an is Thalassius noster fuerit, parum liquet.“ Add. supra, vol. VI. p. 542. de Theophilo apud Suidam. Harl.

ISAAC, presbyter Antiochenae ecclesiae, scripsit syro sermone, longo tempore et multa: praecipua tamen cura aduersum Nestorianos et Eutychianos, Ruinam etiam Antiochiae eleganti carmine planxit, eo auditores imbuens sono, quo Ephraem diaconus Nicomediae lapsus. Moritur Leone et Maioriano imperantibus. Haec de Isaaco Gennadius cap. 66. de script. eccles. Ex iis vero quae [P] memorat Isaaci scriptis, nullum ad nos peruenit neque syriaca lingua, neque, quod Ephraemi contigit monumentis, ex syriaco graece versum. Exstat tamen latine in posteriore Orthodoxographorum editione Basil. 1569. fol. pag. 1626. atque inde in bibliothecis patrum vniuersis, vt Colon. 1618. tom. VI. et Paris. 1644. 1654. tom. V. col. 483-532. et nouissima Lugd. 1672. tom. XI. p. 1019. [etiam in Galland. bibl. PP. tom. XII.

p. 3. sqq. *Isaaci Syri presb. Ant. liber de contemptu mundi*, latine, nunc recensitus pluribusque in locis restitutus legatur, prolegg. autem p. 111. tribuitur Niniues episcopo B.] opusculorum suorum sermonum asceticorum farrago, nescio, an ex syriaco, an, quod magis crediderim, ex graeco versa, quae inscribitur, *S. Isaaci Syri et presbyteri Antiocheni de contemptu mundi, de operatione corporali et sui abiectione liber* ^{pp}). Io. Iacobus Grynæus in praefat. ad Orthodoxographa ait,

P 2

in

^{pp}) Conf. Lambec. qui in vol. V. p. 157. sqq. copiose recenset cod. CCXXXV. quo nr. 1. continentur *S. Isaaci Syri, abbatis et anachoretæ*, qui, (vt ait Lambec.) fuit episcopus vrbis Niniens, sermones ascetici octoginta septem. Horum priores, inquit idem, quadraginta et vnus, a reliquis separati, peculiarem suam olim habuerunt inscriptionem generalem miniatam: — primus eorum incipit: *Ψυχῇ. ἡ τὴν Θεὸν ἀγαπᾷσα, ἐν τῇ Θεῷ* etc. Eiusdem autem primi sermonis titulus in aliis duobus codd. caesar. antiquis est: *τὴ ὁδὸν πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ, τὴ ἀναχωρήσασθαι καὶ ἀσκητῶν λόγος περὶ ἀνομιῶν καὶ μοιχαλῶν πειρασμῶν, de renuntiatione et monastica viuendi ratione*; in hoc autem cod. CCXXXV. inscribitur atque incipit: *περὶ ὑπομενῆς τῆς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τῆς Θεῷ*, etc. Finito hoc sermone 41. sequuntur reliqui sermones 46. habentque peculiarem inscriptionem generalem miniatam: *Τὴ-Αββᾶ. Ἰσαὰκ τῷ Συρῷ καὶ Ἀναχωρητῇ, τὴ γνωμὴν ἀποστόλου τῆς φιλοχρηστίας πόλεως Νινυῖ* - - sermones ascetici reperi ab Abbate Patricio et Abbate Abramio etc. „v. Fabric. imox de iuniore Isaaco, Syro, et quae ibi ex Assemanno adscripsi. Tum animaduertit Lambec. existare quidem ex memoratis 87. sermonibus asceticis in Magna biblioth. patrum Paris. 1654. tom. V. col. 483. sqq. (aut tom. XI. edit. nouiss.) sermones quinquaginta tres; sed latine tantum, et mutile turbatoque et confuso ordine, atque instar capitum vnus continui libri, inscripti: *de contemptu mundi*; quum tamen manifeste adpareat, sermones istos, vt de diuersis materiis, sic etiam diuersis temporibus esse habitos, ideoque tam inscriptionibus et principiis, quam epilogis s. clausulis a se inuicem distinctos esse. Postea adnotat, perperam ibi eorumdem sermonum auctorem vocari, vti etiam a Io. Trithemio in libro de SS. eccles. et a Possesino in Adparatu sacro, abisque presbyterum Antiochenum, quem quidem Isaacum Syrum, constet, ab Isaaco Syro, primum episcopo vrbis Niniues, deinde autem abbate et anachoreta, plane diuersum esse. Idem copiose disputat de locis Trithemii, potissimum Genaa-

dii, quem corrigit, et de duobus Isaacis discernendis, notatque, Isaacum presbyterum Antiochenum non inclaruisse scriptis asceticis, sed *hareticomachieis* contra Nestorianos praecipue et Eutychianos, et illum obiisse inter Calend. April. a. 457. et VII. Aug. a. 461. alterum autem Isaacum, abbatem et anachoretam, auctorem 87. sermonum asceticorum, non multo post mortem prioris natum esse, de quo fabulas ex Gregorii M. narratione de S. Isaaci Syri, abbatis et anachoretæ aduentu in Italiam eiusque commoratione in eadem regione vsque ad mortem, in libro tertio dialogorum de vita et miraculis patrum italicorum etc. cap. 14. repetit, citatque martyrologium romanum die 11. April. — *Venetis* in bibl. Marci CXXXVII. eiusdem sermones, capita et interrogationes vtilissimae. Quae singula, eaque permulta, opuscul. in illo cod. insunt, copiose recensentur in cat. codd. Marc. gr. pag. 71. sqq. — Ibid. in bibl. MSS. S. Michaelis est cod. qui continet Isaaci Syri sermones, et eos, qui in illo cod. reperiuntur, curate recenset Bened. Mittarellus in Biblioth. MSS. illius bibliothecae p. 543. sqq. et obseruat, in bibl. vet. patrum Margarini de la Bigne, ed. tertiae, tom. V. p. 563. et alibi prodiisse inscriptas: *Isaaci Syri, presbyteri Antiocheni, de contemptu mundi*, et id opus primum editum esse Venetiis 1506. 8. editiones autem multum discrepare a cod. isto Veneto, in eoque plura legi, quam sint in impressis; inemendatiores quoque esse, ita vt vix exculpatur sensus, qui ope cod. illius clarior existat: praeterea notat, Ambrosium Venetum, a. 1492. reperisse Romae in pontificis biblioth. Isaaci Syri opuscula *de perfectione vitae religiosae*, ea autem parum differre a titulo codicis Veneti: *de contemplationis perfectione*: (version. italicam: *Isaac de Siria Abbate, Libro de la perfectione de la vita contemplatiua*, Venet. per Bonet. Locatellum, presbyter. 1509. 8. recenset Mittarell. in Appendice libror. saeculi XV. ad eiusd. bibl. cit. 220. —) Tum pag. 545. sq. Bibliothecae recenset codicem: *Libro dello abbate ysaac de Syria — como l'anima se deve posare in Deo et in* lo

in calce libri adscriptum fuisse, (sicut etiam in Orthodoxographis p. 1677. exhibetur,) vixit ao. Dni MCCCCVII. vnde colligit, vixisse Isaacum, quem ille monachum adpellat, eo tempore, quo in Occidente Rupertus, Palatinus princeps, imperii romani sceptrum tulit. Sed mihi non de Isaaco ipso, verum de latino eius interprete illa nota videtur intelligenda; Isaacus enim ipse longe antiquior. Et sunt, qui Gennadio memoratum, Isaacum auctorem esse existiment; ita enim post Possevinum aliosque *Franciscus Combefisius*, qui in bibl. patr. concionatoria tom. I. pag. 25. *Quum diserte*, inquit, *Gennadius presbyterum Antiochenae ecclesiae scribat, nec iste liber alio titulo praenotetur, fitque dignus homine, qui adfines Ephraemio indole atque genio moralia ac compungentia egregie scripserit, alii nulli illum adscripserim, quem nec satis ex illo opusculo monachum deprehendo.* Nec dubitare licet, Trithemium quoque Isaaco seniori Gennadiano librum de contemptu mundi tribuisse, licet sub aliis titulis et in plures libellos distinctum legerit. In utroque enim fallitur Combefisius quum ait: *Senioris illius (Isaaci) multa refert Trithemius, quae non exstant, in quibus librum hunc de contemptu mundi non adnumerat.* Nam si Trithemii caput 147. libri de scriptoribus ecclesiasticis consulatur, neque multa non exstantia Isaaci ab eo referri, neque librum de contemptu mundi ipsi incognitum fuisse adparebit. Ea tibi Trithemii verba! *Isaac ex monacho Antiochenae ecclesiae presbyter, vir in diuinis scripturis eruditus et in declamandis homiliis venerabilis, scripsit syro sermones ad imitationem sancti Effrem plura deuota opuscula, quorum lectio religiosis hominibus valde utilis iudicatur. E quibus inter nostra, subiecta reperi:*

Contra Nestorianos et Eutyehianos lib. II. 11).

[P] *Exhortatorium vitae spiritualis. lib. I. Anima quae Deum diligit 77).*

De pugna vitiorum lib. I. Mulum honorem de 22).

De accessu ad Deum lib. I. Quando aliquis in aliquam ruinam 22).

De difficultate virtutum lib. I. Quamlibet virtutem sine 22).

Dialo-

lo contempto dello mundo, quem librum alia, quae indicat, capita, continere notat, additque, vulgarem horum sermonum versionem sine l. et a. sed cum correctione dialecti in lucem exiisse, et auctores diarii litteratorum Italiae tom. XXXII. p. 544. laudare versionem horum sermonum sub nomine: *Collazione de Padri dell' abate Isaac*, factam tempore, quo vixit Dantes; idque fateari editores Florentinos, qui a. 1720. typis dedere hanc abbatissae Isaac collectionem, ibique multos codd. quibus vsi sunt, recensere. (De hac edit. Florentina plura scripsit *Paitoni* in bibl. degli autori antichi gr. et latini vulgarizzati, tom. II. p. 190.) Denique tradit *Mittarellus*, Ioannis Antiocheni excerpta in euangelium Matthaei extare in Catena graeca, cod. CXX. — Citatur *Isaac presbyter* in anonymi scholiis in Io. Clinaz.

cum. v. supra vol. IX. pag. 525. nr. 3. De aliis codd. vide paullo post de *Isaaco iuniore. Harl.*

gg) Hos ex Gennadio, vt solet, refert Trithemius, non ipse inspexit, alioqui prima eorum verba adpositurus.

rr) Haec prima libri de contemptu mundi verba sunt, atque hunc a Trithemio respici certissimum.

ss) Prima verba capitis vndecimi in eodem libro Isaaci. tom. XI. bibl. patrum edit. Lugd. pag. 1022. F.

tt) Prima verba capitis decimi quarti. id. pag. 1025. F.

uu) Prima verba capitis decimi sexti. id. pag. 1027. D.

Dialogum de profectu spiritali lib. I. Quo viaculo retinetur ^{vv)}.

De ordine monasticas vitae lib. I. Ex operatione violenta ^{ww)}.

De humilitate lib. I. Beatus homo qui scit. infir. ^{xx)}.

De tribus ordinibus proficientium lib. I. Tres sunt ordines in ^{yy)}.

De solitudine monachorum lib. I. Homo multae sollicit ^{zz)}.

De diuersis tentationibus lib. I. Virtutes inuicem sibi ^{a)}.

De informatione nouitiorum lib. I. Hic est ordo sobrius ^{b)}.

De poenitentia lib. I. Fortitudinem quam po. ^{c)}.

Carmen super Antiochias desolatione lib. I. ^{d)}.

Homilias plures ad populum habuit, sed in manus nostras minime venerunt. Claruit sub Theodosio iuniore. Fabr.

[De Isaaco presbytero v. *Caus* hist. litter. SS. eccl. I. p. 434. sq. ad a. 440. qui eum fuisse S. Ephraemi Syri discipulum, et circ. a. 456. obiisse statuit: eiusdem esse opinatur breuem libellum *de cogitationibus*, quem gr. et lat. edidit P. *Possinus* in *Asceticis*, pag. 318. nec non fragmentum illud, quod nobis conseruauit Nicephorus monachus libro de custodia cordis ibid. opusc. 17. pag. 420. Neque alium, suspicatur, Isaac illum, magni Arsenii discipulum, quem secum ad Poemenem abbatem deduxit Arsenius, eiusque mentionem fieri inter *apophthegmata patrum*, ibid. opusc. 9. p. 247. Quod vero scripsit Caue, eum fuisse Ephraemi discipulum, hoc ita intelligendum esse, Isaacum illum circ. a. 390. habuisse praeceptorem Zenobium, ecclesiae Edeffensae diaconum, S. Ephraemi discipulum, docet ex pluribus argumentis praecipue ex carmine illo, quo *ruinam Antiochias*, (quae accidit a. 459.) planxit, *Assmannus* in bibl. orient. tom. I. cap. XVI. p. 207. sqq. vbi de S. Isaaco, cognomento

P 3

Magno,

vv) Prima verba p. 1028. E.

ww) Prima verba capitis vigesimi. p. 1031. F.

xx) Prima verba capitis vigesimi primi. pag. 1032. A.

yy) Prima verba capitis vigesimi sexti. pag. 1033. G.

zz) Prima verba capitis trigesimi. p. 1035. E.

a) Prima verba capitis duodequadragesimi. p. 1038. E.

b) Prima verba quinquagesimi capitis, vbi male excusum p. 1043. C. *hic est ergo sobrius.*

c) Hoc in editis non reperio.

d) Hoc ex Gennadio cap. 66. Trithemius, neque enim ipse threnum Isaaci vsurpauit oculis, quo Antiochiae casum ille defleuerat, terrae motum quarta vice passae 19. Sept. a. C. 459. Antiocheno 506. anno Leonis imper. tertio. De hoc terrae motu Ioannes Malala in Chronico tom. II. p. 75. *Ἐν δὲ τῇ βασιλείᾳ τῶ Ἀντοχείου παύσαντος ἐκείνου ἡ Ἀντιόχεια ἡ μεγάλη τὸ τέταρτον αὐτῆς πάσαν μὴν σάπτεμβριον ἔχ', διαφάσης Κυριακῆς, ἔρας κατὰ τὴν αὐτὴν Ἀντιόχειαν χρηματίζοντες φε' ἐπὶ τῆς ὑπατάρας Παύλου. Fabr. conf. *Assmann*. l. c. I. de tempore, quo Antiochia terrae motu corruit, aliosque citat VV. DD. p. 210. sqq. vbi quoque ipse adnotat, in cod. Vaticano V. Syriaco hoc Isaaci carmen extare, et p. 220. fusius eum cod. recenset. *Barl.**

Magno, presbytero Antiocheno, eius patria, genere ac dignitate scriptisque, copiose agit, monetque, Isaacum presbyt. cum Isaaco *Nineuita* interdum, etiam ab antiquioribus confundi: et p. 210. contra Caueum annum mortis circ. in a. Ch. 460. collocat. Add. *ibid.* pag. 38. et p. 215. 405. in chronico Edeffeno. — *Doctor* autem et *Magnus* a Syris nuncupatur cum, vt ab aliis distinguatur Isaacis, tum, quia multa diuersi generis erudita, et sermone syro nitidissimo composita opera, etiam poemata, scripsit. *Harl.*

In Gregorii Abulpharai historia dynastiarum p. 91. *) Theodosii iunioris (a. 450. defuncti) temporibus floruisse traditur *Mar Isaac, discipulus Mar Ephraimi, sermonum rhythmicorum auctor*: quae verba de Isaaco Gennadii accipienda haud dubie sunt, et Ephraemus intelligendus celebratissimus ille et insignis sanctitate presbyter Edeffenus †), qui a. C. 375. [P] obiit: non, vt Tentzelio tom. II. diff. select. p. 145. placuit, Ephraemus Antiochenus patriarcha a. 546. defunctus. Nam Isaacus ille a Gennadio, Leone et Maioriano imperantibus mortuus fuisse traditur, qui a. C. 457. imperare coeperunt. *Fabr.*

[Cum Isaaco, presbytero Antiocheno, a multis confunditur *Isaac Senior*, quem vero ex auctore syro vitae S. Ephraem, qui huius discipulis illum Isaacum accenset, in cod. Nitricasi V. discernit *Assmann.* in bibl. orient. I. cap. VII. pag. 165. sqq. et contra Suffridum Petri

9) Conf. *Assmann.* l. c. p. 208. vbi et p. 234. etiam memorat, Ioannem Marc. in op. aduersus Nestorianos et Eutychiano ex Ioanne Antioch. quatuor producere testimonia: primum ex sermone eiusdem *de orthodoxa fide*, alterum *de symbolo fidei*, tertium *de curru Ezechielis*, et quartum *de incarnatione Domini*: duo posteriores sermones desunt in codd. syriacis Vaticanis, et ad paulo infra de *Isaaco ex Iudaeis*. — Idem recenset vberius pag. 214. sqq. Opera S. Isaaci, quae exstant in codd. *Vaticanis* syriacis, maxime in cod. V.

1) *De amore doctrinae*: ad cuius calcem posita est memorabilis amanuensis adnotatio.

2) *Ad monachos sermones* CXI. quos diligenter persequitur *Assmann.* et multa notatu digna ex illis adfert illustratque. Singulorum autem argumenta atque inscriptiones repetere, haud vacat; saepe tamen in duobus pluribusue sermonibus Isaacum vnam virtutem commendasse patet.

3) (nr. 55. *Assm.*) *Precationes tres*.

4) et 5. (nr. 58. 59. *Assm.*) *duo hymni*, sequuntur aliae orationes et paraeneses, et inter hasce

5) (nr. 62. *Assm.*) *supplicatio*, seu flebile carmen *de Terrae motu*.

6) (nr. 74. *Assm.*) *Deprecatio*: quod quidem scriptum in cod. Nitrensi XVII. adiudicatur Ephraemo; in cod. vero Vatic. V. Isaaco: verum neutrius esse videtur *Assmanno*, quum metro pentasyllabo constet, et probabilius *Balato Syro*, qui cuncta fere sua opera huiusmodi metro adligasset, tribuendum.

7) (nr. 75. *Assm.*) *de Adam et Eva* dialogus, s. sermo.

8) (nr. 76. *Assm.*) *de Abel et Cain*, siue dialogus Cain, Abel et Dei. — Sequuntur plures aliae oratt. et paraeneses.

In cod. *Mosquensi* synod. V. est sec. *Matthaei* Notit. MSS. gr. Mosq. p. 18. nr. 24. ed. in 8. τὸ αἶμα ἰσχυρὸν ἐξ ἰσχυρῶν, τὸ ὄργρον, τὸ ἰσχυρὸν τῶν ἀνθρώπων. in indice refertur ad *Isaacum monachum*. *Harl.*

f) Isaac. presb. Antiochen. fuisse genere Edeffenum, tradit Georg. Elinacius Normaidus ap. *Assmann.* in bibl. orient. I. p. 208. *ibid.* tamen Dionysius, Iacobitarum patriarcha, cum Anidensem facit, non Edeffenum, *Harl.*

Petri Leouardiensem, cui in notis ad Gennadium is floruisse videtur circ. an. 450. docet, cum floruisse circa a. 380. add. paullo infra de Isaaco ex Iudaeis. *Harl.*]

Alius iunior *Isaacs* Syrus laudatur a Gregorio magno lib. III. dialogor. cap. 14. vbi ait eum de Syriae partibus ad Spoletanam urbem venisse, et ad extrema paene Gothorum tempora ibi versatum esse, hoc est, ad medium vsque saeculum sextum; prophetiae quoque spiritu ac miraculis clarum refert, et hanc eius celebrat sententiam: *monachus, qui in terra possessiones quaerit, monachus non est* ^a). Huncce esse auctorem illorum, de quibus dixi, opusculorum, malunt Aubertus Miraens notis ad Gennadium, *Lambecius* V. p. 74. seq. ^b). Caueus, aliique. Sed non video, quibus argumentis *Lambecius* euiucat, *Isaacum* hunc Gregorii magni eundem esse cum *Isaaco episcopo urbis Niniues*, quem verum esse auctorem opusculorum illorum, non permittunt dubitare codices, qui adhuc supersunt, syriaci et graeci eorumdem MSti. Hebed Iesu in catalogo librorum Chaldaeorum pag. 29. *Isaac Niniuita septem composuit tomos de regimine spiritus, de diuinis mysteriis, de iudiciis et politia*. In codice graeco caesareo: Τῶ ἐν ἀγίοις πατέρος ἡμῶν Ἀββᾶ Ἰσαὰκ Σύρε καὶ ἀναχωρητῇ τῇ γενομένῃ Ἐπισκόπῃ τῆς Φιλοχείτης πόλεως Νινευὶ λόγοι ἀσκητικοί, εὐρεθέντες ὑπὸ τῶν ἰσίων πατέρων ἡμῶν τῷ Ἀββᾶ Πατρικίῃ καὶ τῷ Ἀββᾶ Ἀβραμίῃ, τῶν Φιλοσόφων ^c) καὶ Ἑουχαστῶν ἐν τῇ λαύρᾳ τῇ ἐν ἀγίοις πατέρος ἡμῶν Σάββα. Occurrunt ibi graece sermones ascetici septem et octoginta, ex quibus, *Lambecio* notante, sermones priores quinquaginta tres sunt, qui velut vnus liber de contemptu mundi latine sub *Isaaci Antiocheni presbyteri* nomine in bibliothecis patrum vtrunque legitur: quod elogium Antiocheni presbyteri ex *Gennadio* additum credibile est ab eo, qui eundem *Isaacum*, de quo *Gennadius*, auctorem esse non dubitat. Primi sermonis in graeco hic est titulus; Τῶ ὁσίῃ πατέρος ἡμῶν Ἰσαὰκ τῇ ἀναχωρητῇ καὶ ἀσκητῇ τῇ Σύρε λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας. Incipit: ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα ἐν τῷ Θεῷ καὶ μόνῳ τὴν ἀνάπαυσιν κεντήται. Προκατάλαβε λύειν πάντα σύνδεσμον etc. Quadragesimus primus inscribitur: Περὶ ὑπομονῆς τῆς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τῷ Θεῷ καὶ πῶς ἡ ἀντίληψις εὐρίσκεται ἐν αὐτῇ, λόγος μά. Incipit: ὅταν καταφρονήσῃ ἄνθρωπος τὰς τῷ κόσμῳ, καὶ σπαράσσῃ εἰς τὸν φόβον τῷ Θεῷ. In bibliotheca Coisliniana [P] p. 312. *Montfauconus* memorat codicem MStum *Isaaci Syri anachoretæ episcopi Niniues sermonum asceticorum XCII*. Initium primi est: ὁ φόβος τῷ Θεῷ ἀρ-

χῇ

g) Sermo *Isaaci* ipse est in cod. *Taurin.* CCCLI. fol. 201. v. cat. codd. gr. *Taur.* p. 478. *Harl.*

h) [P. 157. sqq. ed. Kollar. de cod. CCXXXV. nr. 1. et v. quae supra de hoc cod. adscripsi. *Harl.*]

i) In *Assmanni* bibl. O. tom. III. p. 104. vbi *Assm.* in notis 3. et 4. plura de eo adiutauit. Secundum illum igitur claruit exeunte saeculo sexto. Opera eius e syriaco sermones non modo in arabicum translata sunt; sed etiam in graecum a *Patricio* et *Abrahamio monachis* S. Sabae, qui tamen, vt ait *Assmann.* non integros septem tomos, (tot enim tomos ab *Isaaco Niniuita* com-

positos fuisse, scriptum est in catal. libror. syror. *Ebediesu*,) sed sermones duntaxat XCVIII. interpretati sunt; exstantque MSS. in bibl. Vaticana, ex quibus quinquaginta tres sub titulo, *libri de contemptu mundi*, latine prodierunt; (vt quoque supra e *Lambecio* ad *Isaacum Antiochenum* obseruauimus,) Tum adnotat *Assm.* ex memoratis septem tomis vnum syriace et quatuor libros arabice existare in MSS. bibl. Vaticanae. *Harl.* De *Isaaco Syro*, *Niniues episcopo*, cf. *Galland. Prolegg.* ad bibl. PP. XII. p. 111. sq.

k) *Philosophus* pro monacho. Vide *Cangii Glossar.*

χὴ ἀρετῆς. In marginibus scholia ex dictis vel scriptis Anastasii, Antiochi, Antonii, Arsenii, Athanasii, Barsanuphi, Basilii, Bulgari (Theophylacti) Carionis abbatis, Carpathii, Ioannis Chrysostomi, Ioannis Climaci, Copres, Cyrilli, Diadochi, Dorothei, Ephraemi, Hesaiac, Euagrii, Gregorii theologi, Hesychii, Ioannis monachi, Iosephi, Isidori, Longini abbatis, Macarii, Marci, Maximi, Nili, Nisitheri abbatis, Petri abbatis, S. Petri Alexandrini, Poemenis, Sisoës abbatis, Symeonis, Thalassii, Theodori noni, Zegadini, Zosimae. Etiam in bibl. Bodleiana inter codices *Baroccianos*, est Isaaci Syri de regimine novitiorum. Incipit: αὕτη ἡ σάφρων. Atque in aliis codicibus Isaaci Syri capita: ἀγάπῃ-
σον τὰ πενιχρὰ ἡμῶν ἐν ἐνδύματί σε. atque alia, quorum initium: ὁ κωλύων τὸ σῶμα. Alia item: ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπᾶσα ἐν τῷ Θεῷ μόνω. Et de motu angelico ac profectu animae; πρώτη ἐννοία. Homiliae asceticae XCIX. ex syriaco graece redditae a Patricio et Abramio, monachis monasterii S. Sabae. Vide catalogum MSS. Angliae p. 35. n. 256. et p. 44. n. 295. ubi male illi duo interpretes, quemadmodum et apud Caueum, vocantur Abramius et Isaacius. In eodem catalogo p. 155. homiliae tres Isaaci huius syriace seruari traduntur in codice Thomae Bodleii LXXII. Memorat etiam *Lambecius* IV. pag. 148. 1) fragmentum de baptismo ἐκ τῆς μεγάλης ἐπιστολῆς Ἰσαὰκ τῷ Σύρε. Incipit: ἰδὲ γὰρ εἰς τὸ βάπτισμα δαρεῖν συγχαρεῖ. Fabr. Homilias asceticas, arabice scriptas, et iam olim a Patricio et Abramio graece versas, *Nicephorus Theotokius*, hieromonachus, edidit et inscripsit: Τῶ ὁσίῳ πατρὶ ἡμῶν Ἰσαὰκ, Ἐπισκόπῳ Νινεὺ τῷ Σύρε, τὰ εὐρεθέντα Ἀσκητικὰ ἐπιμελείας Νικηφόρου, Ἱερομονάχου, πρώτου τύπου ἐκδοθέντα, Lipsiae, 1770. 8. Vfus est editor duobus codicibus. At non idem ordo est sermonum, qui in arabicis apud *Assemannum* ordo, nec omnes omnino insunt in graeca versione, qui in libris Vaticanis; plerique tamen reperiuntur. Dicendi genus esse dicitur metaphoris oppletum. Plura de iis et de editione leges in *Nouis actis eruditor.* 1770. Iun. pag. 283. et in *Ernesti* nouiss. biblioth. theolog. tom. I. part. 2. pag. 134 - 145. atque cl. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. tom. I. pag. 81. de cod. Venet. Marc. CXXVII. in quo seruantur *Isaaci Syri* Sermones ascetici; graece. — Isaacus Syrus laudatur a poeta quodam, qui iambos composuit in sermones SS. patrū, et quos publicavit *Anadutius* in anecdotis litterariis, vol. II. p. 23. sqq. et in vers. 29. sqq. dicitur nosse quieto e statu mentem in altum tollere ad feruidas preces fundendas; et in homilia quadam de silentio et vita solitaria, in cod. *Paris.* bibl. publ. MLXXVI. nr. 1. — De hoc Isaaco v. *Guil. Coue* l. c. vol. I. pag. 434. a quo tamen duo Isaacos esse mixtos, iam adnotatum est; *Oudin.* in comm. de SS. eccl. I. p. 1400. sqq. ad a. 540. qui non solum de eo multus est; sed etiam codd. qui in Vindobonensi et Anglicis bibliothecis exstant, et Isaaci opuscula comprehendunt, diligenter enumerat; *Saxius* in Onom. litt. I. pag. 507. sq. ad a. 440. nam hoc circiter ambitu eum inclaruisse suspicatur, et, epistolam, inquit, certe ad Symeonem Styli-tem eum scripsisse aiunt. Inprimis comparandus est *Assermannus*, qui in bibl. orient. tom. I. cap. 34. pag. 444 - 463. copiose persequitur vitam scriptaque Isaaci, Niniuitae. Primum particulam excerpfit ex illius vita, quam anonymus in praefat ad Isaaci Opp. quae arabico quidem sermone, litteris tamen syriacis exstant in cod. Nitriensi XX. descripsit. Tum inquit in

1) Sine p. 336. ed. Kollar. in cod. CLVII. nr. 7. Ibid. p. 331. sqq. nr. 21-23. cod. CLVI. sunt plura Isaaci capp. ascetica, graece. *Harl.*

in eiusdem aetatem, et ex Isaaci epistola, ad Simeonem Stylitam iuniorem, cognomento Thaumastoritam, mortuum d. 24. Maii a. Chr. 593. (quae epistola postremum locum occupat in cod. graeco CCCXCI. comprehendente nonaginta Isaaci sermones a Patricio et Abrahamio s. syriaco in graecum conuersos,) efficit, Isaacum nostrum sexto saeculo ad exitum vergente floruisse; et contra Lambec. et Caue, hunc Isaacum cum altero Ephraemi discipulo confundentes, ostendit ex epistola, nostrum Isaacum ex Mesopotamia non in Italiam, sed in Aegyptum perrexisse et in Scetenfi eremo animam piam efflasse. Tum de eiusdem scriptis et codd. paucis agit, in quibus existant sermones 98. graece versi, ab aliisque male tributi Isaaco Antioch. n. in Vindob. caes. ap. Lambec. in bibl. Vatic. codd. CCCXCI. (antea iam memorato,) DCV. DCCXXXVII. et regio Alexandrino XXIII. in specie vberissime recenset opera s. libros IV. sermonum ex codicibus syriacis, (qui vnum dumtaxat habent librum,) et arabicis, (in quibus sunt quatuor libri,) atque graecis Vaticanis: idemque, in quibus codd. singuli sermones reperiantur, vbique indicat. Continet vero liber I. sermones viginti quatuor; lib. II. sermones 45; lib. III. sermones 44; lib. IV. sermones 20. atque epistolam ad Simeonem Thaumastoritam. Denique pag. 461. sqq. persequitur eod. in bibl. collegii Maronitarum syriacum, inscriptum: *Liber generalis ad omnes gentes, seu de causa omnium couersarum*, in IX. tractatus diuisus, cuius auctorem nonnulli fecerunt Isaacum Nineuitam: sed dubitat Asseman. et ex praefatione auctoris docet, auctorem fuisse Isaacum, Edessenum episcopum, et hunc denique propter turbas, sede sua relicta, in proximos Edessae montes secessisse, ibique laudatum dictasse codicem. — In eodem vol. pag. 563. sqq. 568. 569. *Isaaci* sermones nominantur, qui sunt in codd. Nitriensibus in bibl. Vatic. et pag. 607. codd. IV. et V. quos Asseman. ex oriente aduexit. — Isaacus passim citatur a Syris scriptoribus, docente Asseman. in vol. III. p. 158. 183. 303. (vbi Bar-Hebraeus laudat 214. sermones Isaaci,) 306. 310. fin. 315. ibique not. (vbi tamen Isaacus Edessenus circa a. 450. innuitur, et Amidae obiisse dicitur.) — Codd. in quibus Isaaci Nineu. sermones occurrunt, et qui a Fabricio atque Oudinio iam excitati sunt, addi possunt *Mosquenses* CCXCIII. oratt. cum scholiis, CCXCIV. (in quo sunt septuaginta sex oratt.) CCXCV. (scripta cum prologo de Isaaci vita;) CCXCVI. excerpta ex quinque oratt. Isaaci Syri: in cod. CCCLXXVIII. septem illius opuscula: CCCXCIX. Isaaci Syri *regi Ayyroym* — denique in cod. IV. in 4. nr. 16. et 19. bibl. typographi synod. quaedam bis. v. *Matthaei*. notit. codd. gr. Mosq. pag. 190. 191. 192. nr. 3. p. 243. nr. 1. p. 255. nr. 14. et p. 301. — *Taurini* in cod. regio CCCLI. qui diligenter recensetur, et omnium, quae in eo continentur, scriptorum Isaaci tituli, atque initia subiiciuntur in catal. MSS. Taurin. gr. p. 473-480. in eoque cod. est fol. 224. Isaaci epistola ad amicum quemdam, et fol. 262. alia ad abbatem Symeonem. — *Florent.* in cod. Laurent. IX. nr. 13. plut. II. sermo de renuntiatione et monastica disciplina. vid. Bandin. catal. bibl. Laurent. I. pag. 504. qui vero hunc Isaacum non curate distinguit ab Isaaco Antiocheno, et eundem citari in expositione sacrorum praeceptorum, tum ab Ioanne Cantacuzeno contra Palamam, et in collectione capitulum asceticorum, docet ibid. p. 99. 348. et 495. — Ibid. in cod. XI. plut. 3. *Isaaci* vita et oratt. vndecim, quarum prima de Cleonymi hereditate, teste *Montfaucon* in Bibl. bibliothecar. MSS. I. pag. 251. D. — ibid. eod. teste pag. 386. B. epistola ad Simeonem. in cod. XIII. plut. 74. — in cod. *Escorial.* de ascetica conuersatione capp. diuersa, teste *Plüger* in Itinerar. per Hispan. pag. 178. — *Paris.* in bibl. publ. sermones ascetici

Vol. XI.

Q

modo

modo plures, modo pauciores, in septem codd. (v. indic. ad cat. MSS. regior. Paris. voc. *Isaac Syrus*. tom. II.) — interrogata et responsa de doctrina morum in cod. MLXXIV. in quo praeterea sunt eiusdem Isaaci de obedientia atque institutis, et sermones viginti octo, et in cod. MLXXIII. nr. I. (in Adpend. ad cit. tom. catal. p. 615.) de vita monastica opus, in varias homilias diuisum: inc. ἡ ψυχὴ τὸν θεὸν ἀγαπᾷσα. — Ibid. in tom. I. catal. pag. 52. et 53. in codd. syriacis X. et LXXI. sunt *Isaaci Niniuitae* et aliorum precesiones variae: et p. 120. in cod. arabico CLXVI. eiusdem de poenitentia: atque pag. 120. in cod. syriaco CLXVIII. *Isaaci Syri* homilia de peccatorum cauillis. — *Mediolani* in codd. bibl. Ambrosianae *Isaaci anachoritis* orat. tres in Sina monte de abrenuntiatione et vita monastica, — it. (sub nomine Isaaci presbyteri Antiocheni) sermones ascetici LXXXIX. et eiusd. interrogationes ac responsiones; — de contemplationis perfectione, v. *Montfaut*. Bibl. biblioth. MSS. I. p. 500. E. et pag. 518. D. — Idem codd. multos, in quibus adseruantur Isaaci Niniu. sermones ascetici, enumerat, n. *Romae* in bibl. Vatic. p. 9. E. vbi Isaacus vocatur *monachus Vrus*. — pag. 13. A. et p. 143. B. cod. MMMMMMCDLXXXVI. — p. 27. D. cod. DCXXXVI. olim reginae Sueciae. — p. 134. A. inter codd. Claud. Stephani, *liber de contemptu mundi*; — p. 184. D. et E. inter codd. Octobon. — pag. 201. D. *Isaaci Tyri* sermones. pag. 1313. D. in cod. Mazarin. de precesione, ecloga ex Isaaco aliusque. — p. 1320. A. in cod. Mazar. CIII. sermones et opuscula Isaaci Nin. ascetica. — pag. 1373. B. in cod. S. Victoris Paris. *Isaac abbas* de anima deum amante. — p. 293. C. *Florent*. in cod. Laurent. XV. plut. 27. il libro dell' abate Isaac di Siria della vita monastica. *Harl*.

Isaacus etiam est in Chronico Alex. p. 874., qui alius Ilychius et Helychius rectius adpellatur, patriarcha Hierosolymitanus, cui Zacharias a. C. 609. successit. Hunc cum Helychio presbytero Hierosol. a. 433. defuncto, sunt qui confundant, de cuius scriptis dixi vol. VI. pag. 243. sq. *Fabr*. S. pag. 548. sqq. vol. VII. ed. nou. ibique vide, quae in notis adscripti: add. ib. pag. 552. — In cod. *Vatic*. esse dicitur *Isidii presbyteri opusc.* in *Montfaucon*. Bibl. biblioth. MSS. p. 134. A. *Harl*.

Isaaci alterius ex Iudaeis libellis latine scriptis obsecurissimae disputationis et inuoluti sermonis (vt vere vocatur a *Gennadio* cap. 26. de script. sceles.) de S. Trinitatis tribus personis et incarnatione domini, in lucem protractus est a *M. Sirmondo* cum Leopoldi presb. Capreoli episcopi Carthag. et Victorini Afri lucubrationibus Paris. 1630. 8. reculus tomo primo operum Sirmondi pag. 401. Paris. 1696. fol. [rec. *Vesler*. 1729. fol.] Exstat etiam in tomo tertio bibl. patrum Lugd. [in *Galland*. bibl. PP. tom. VII. pag. 397. sqq. *Isaaci ex Iudaeo Liber fidei*.] et ad calcem codicis canonum veteris ecclesiae romanae ex biblioth. Petri Rithoci editi Paris. 1687. fol. pag. 362-365. vbi inscribitur *Fides Isaaci ex Iudaeo*. Sirmondus verisimili coniectura existimauit, Isaacum hunc paullo ante annum Christi 400. vixisse. *Fabr*. Conf. *Du Pin* hist. eccl. vol. III. p. 121. *Cate* hist. litt. SS. eccl. I. ad a. 450. pag. 415. sq. ed. *Basil. Affemann*. in bibl. orient. I. pag. 165. id opus de tribus personis Trinitatis et incarnat. domini potius adscribendum suspicatur *Isaaco seniori*, Ephraemi discipulo, additque, si Isaac, iudaica secta relicta, christianam fidem amplexus fuisset, id vtique Gennadium eiusque abbreviatorem, Honorium Augustodunensem fuisse in catalogo notaturos. — At *Isaacus Iudaeus de urinis* est in cod. *Escorial*. v. *Pluer* itin. per Hispan. p. 178. et *Dublin*. in cod.

in cod. Com. Clarendonii, v. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. part. 2. pag. 15. nr. 138. — et *Isaacus Iudaei*, filii adoptivi Salomonis Arabiae regis, *remedium purgandi capitis et stomachi* in cod. Vindob. caesar. XXV. nr. 7. v. *Lambec. VI.* part. II. p. 269. Koll. Sed de *Isaacis medicis* v. infra, vol. XIII. p. 294. 302. sq. vet. edit.

Isaac. protonobil. *Contostephanus*. v. *Montfaut*. bibl. Coislin. p. 104.

Isaacus, episcopus *Θύβεως*, a. 459. subscripsit concilio CPolitano sub Gennadio patriarcha, in cod. *Vindob. XLIV.* nr. 35. v. *Lambec. VIII.* p. 893.

Isaac metropolita Ephesin. sub finem saeculi XIII. v. *Le Quien orient. christian.* tom. II. p. 689. et cl. *Morell.* bibl. MSS. gr. et lat. I. p. 79.

Isaacus, proedrus Ephesi: ad hunc epistola Gregorii Cyprii, (de quo vide supra, vol. VIII. p. 57. sqq.) in cod. *Vindobon. LXVII.* v. *Lambec. VIII.* p. 1070. — Per multos alios *Isaacos*, episcopos aliisque viuendi generibus claros orientales commemorat *Assmann.* passim in bibl. orient. v. indices ad eius volumina, et aliorum orientt. codd. in bibl. MSS. regg. *Paris.* citatos reperies in cat. MSS. illorum, tom. I. v. ind. ad illum voc. *Isaac. Harl.*

[P] Vt illos vero Isaacos tantum hoc loco attingam, qui graece scripserunt, longe iunior fuit, qui iam commemorandus mihi venit, *Isaacus* magnae Armeniae catholicus ^{m)}, *Armenius* ipse et inter Armenios educatus atque eorum opinionibus innutritus ⁿ⁾, sed postea catholicae promachus ecclesiae, circa medium saeculi duodecimi ^{o)}, scripsit *λόγος σχολιαστικός* siue *inuestiuias duas contra Armenios*, idem sentientes cum Eutyche, Dioscoro, Timotheo Aeluro, Petro Fullone, Iuliano Halicarnrseio et Aphthartodocetis. [— Excerpta ex orationibus duabus inuestiuiis *Vindobonae* in cod. caesar. CCXIII. nr. 7. v. *Lambec. V.* p. 84. Kollar. — Orationes II. *Paris.* in bibl. publ. codd. DCCCLIV. nr. 34. et CM. nr. 13. — *Isaaci*, patriarchae Armenorum primi, canones de presbyteris, *Paris.* in bibl. publ. codd. Armenis, LVI. et LXXXIV. v. cat. MSS. bibl. reg. vol. I. p. 82. et 87. — atque ibid. p. 91. epistola eiusd. ad Mosem grammaticum, in cod. Armenio LXXXVIII. nr. 5. Pauca de eo prodiderunt *Cause* in Hist. lit. SS. eccl. II. p. 227. ad a. 1150. (at dubitat, num ad hunc annum

Q²

m) Catholici diœi metropolitani et archiepiscopi. Vide Cangii Glossar.

n) Isaacus inuestiuias 2. pag. 316. *ἡγεμόνως* καὶ κατὰ τὴν ἐν μίση τῶν αἰρετικῶν καὶ ἀδελφῶν καὶ διδασκάλων ἐν αἰσῶσι τῶν διδασκαλῶν αὐτῶν, καὶ ἐφ' ὅσον ὁ βροτὴς καὶ ἀντιτασσόμενος καὶ λουδοῦν τὴν τῶν χριστιανῶν καὶ ἐρδοδέξων θρησκείαν.

o) Videtur omnino esse hic Isaacus, de quo *Theorianus*, qui circa a. 1170. scripsit, in dialogo capta catholico Armeniorum Norfese pag. 120.

ἐκπλασθέντων ἐκλεονεῶν Ἰσαὰκ ἄκων· ἀπὸ τοῦ μὴ φιλονίκους ἀνίσταται τῶν ἐκθίτων κατὰ τῶν δύο διλημάτων τῷ Ἑρμαννέῳ. Isaacus ipse Norfesis p. 379. meminit, ut p. 374. Constantini magni baptismum, ait, contigisse ante octingentos annos. *Fabr. Theoriani*, legati ab imper. Manuele Comneno a. Chr. 1170. in Armeniam missi, disputatio cum patriarcha Armeniorum, *Vindobon.* in cod. caes. CCLIV. nr. 1. v. *Lambec. VIII.* p. 550. sq. Conf. supra, vol. VII. p. 750. — et infra in hoc vol. (siue sec. vet. edit. vol. X. p. 288.) §. XI. *Harl.*

Deinde graece et latine cum Quintini et Salmantiae versione prodierunt Paris. 1618. fol. vna cum constitutionibus apostolicis et gestis concilii CPol. sub Menſa a. 536. habiti. [cf. *Maittaire* annal. typogr. III. part. 2. p. 873. seq. ibique not. de codd. *Harl.*] Sed in hac editione [P] desiderantur, quae Zonaras in epistolas patrum canonicas composuit. Illa igitur demum graece cum Salmantiae versione lucem viderunt Paris. 1621. fol. ad calcem Gregorii thaumaturgi, Macarii Alex. et Basilii Seleuciensis. Denique vniuersa haec Zonarae commentaria, graecis ad codices Amerbachianum, Bodleianum duosque Parisienses castigatis, latinisque versionibus prioribus passim emendatis, vtraque lingua leguntur in pandectis canonum *Guil. Beueregi*, Oxon. 1672. fol. *) vna cum commentariis *Theodori Balsamonis*, qui Zonaram sacpiſſime ſequitur, aliquando etiam emendat, nec non Alexii Ariſtēni, quem poſt Zonaram ſcripſiſſe, ante Baſamonem, ſub Manuele Commeno, idem Beueregius obſeruat, licet Zonara etiam antiquiorem faciat *Allatius* de conſenſu p. 419. Ex vetuſtiſſimo cardinalis Bramatii iunioris codice nonnulla, Maximo Planudae etiam lecta, quae in editis Zonarae commentariis deſunt, adfert *Nic. Comnenus* p. 4. ſeq. praenotionum myſtagog. *Fabr. Oudin.* in comm. de S. eccl. II. p. 985. ſeq. paucos memorat codd. in quibus exſtat illa *expoſitio*, at multo plures ſuperſunt eiſmodi codd. quorum, mihi quidem ex catalogis cognitorum, breuem faciam mentionem. — *Monaci* in codd. Bauar. XLV. et XLVI. quos fuſius recenſet cl. *Hardt* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 5. pag. 41. ſq. et 43. add. *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSS. p. 588. D. et p. 589. D. in cod. Bauar. CXIII. Caſafilae et Zonarae quaedam. — *Vindobonae* in cod. caeſar. XLVIII. nr. 16. et cod. XLIX. nr. 2. atque cod. LI. nr. 34. vid. *Lambec.* VIII. pag. 966. 968. vbi ſecundum cod. in primis laudat, et pag. 999. ſq. add. eundem et *Kollar.* de loco quodam Zonarae in vol. III. p. 45. ſq. — Ibidem in cod. XLIV. canones 85. apoſtolicos vna cum *Io. Zonarae* et *Theodori Baſamonis* comment. v. *Kollarii* ſupplement. I. ad *Lambec.* p. 302. ſqq. — *Paris.* in octo codd. bibl. publ. canonum interpretatione. v. ind. ad vol. II. cat. MSS. regg. — In cod. *Coislin.* XXXIX. *Baſamonis* et *Zonarae* canones. v. *Montfaucon.* bibl. *Coislin.* p. 113. ſq. conf. eundem in Bibl. biblioth. MSS. p. 1059. B. et D. in duobus codd. *Coislin.* et p. 1051. D. E. de cod. XXXIX. — in cod. *Eſtorial.* *expoſitio* in epistoſas canonicas etc. et in Photium, v. *Plüer.* itinerar. per Hiſpan. p. 178. — *Venetii* in bibl. Marc. cod. DLXXV. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 301. — ibid. in cod. *Napiano* CCXXVII. v. cat. codd. gr. Nap. p. 418. — *Florentiae* in bibl. Mediceae Laurent. cod. II. plut. 5. collect. canonum cum expoſitione *Zonarae*, *Baſamonis* et anonymi, in cod. XI. plut. 5. *Zonarae* collectio et expoſitio canonum etc. quos codd. fuſius recenſet atque cum editis comparat *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. tom. I. pag. 1. ſqq. et p. 70. ſqq. — *Leidas* inter codd. Voſſian. *Zonarae* quaedam de ſynodis: v. cat. bibl. *Leidens.* pag. 402. nr. 12. — *Oxon.* in cod. Barocc. CLVII. *expoſitio* etc. et in cod. CXCIV. *Zonarae* et *Baſamonis* in canones apoſtolorum. — ib. in cod. *Guil. Laudi* LXXXIII. f. nr. 725. cat. MSS. Angliae etc. vol. 1. *Zonarae* canones antiqui feſtiuales cum hymnis patrum. — In *Montfaucon.* Bibl. bibliothecar. MSS. multi, (praeter eoſ, quorum iam ſuperius mentio facta eſt,) codd. *expoſitionis* etc., in aliis variis bibliothecis adſeruati, enumerantur; e. gr. pag. 28. A. *Romae* in cod. reg. Sueciae, nr. 639. et pag. 500. C. *Mediolani* in bibl. Ambros. expoſitio in SS. canones;

o) V. infra vol. XI. p. 54. ed. vet. *Harl.*

nes; de loco animarum post mortem; comment. in canones musicos Damasceni; epitome historiarum, (de Romanis,) bis. — p. 622. *E.* in cod. *Estorial*. Photii Nomocanon. cum expositione *Io. Zonaræ* et *Theodori Balsamonis*. — pag. 959. *D. Paris.* in cod. Colbertino MMCCCXIII. expositio. — pag. 1319. *A.* nr. 10. in cod. *Mazarin*. synopsis ac tituli canonum. — p. 1402. *C.* in cod. *Taurin*. comment. in canones. — *Mosquæ* in cod. synod. XXXIV. collectio canonum cum interpretat. *Io. Zonaræ*, ut putat el. *Matthæi* in not. codd. gr. *Mosquens.* p. 48. ed. in 8. at p. 58. ed. in fol. ubi is cod. copiosius recensetur. *Harl.*

3. Λόγος πρὸς τὰς τὴν φυσικὴν τῆς γυναικὸς ἐκροὴν μίανσμα ἡγούμενες. *Oratio ad eos, qui naturalem feminis effluxum, immunditiam existimant.* Graece et lat. in Leunclau. et Freheri iure graeco-romano tom. I. lib. V. p. 351. Prædierat etiam antea in iure orientali *Enimundi Bonifidii* apud H. Steph. 1573. 8. libro tertio graece p. 216. et latine p. 247. *Fabr. Florentiae* in cod. Laurent. II. nr. 76. plut. 5. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. p. 8. — *Vindobon.* in cod. caesar. LI. nr. 8. v. *Lambec.* VIII. p. 985. *Harl.*

4. Ἐκ προσώπου τῶν ἀρχιερέων περὶ τοῦ μὴ δεῖν δύο δισεξαδέλφους τὴν αὐτὴν ἀγαγεῖν πρὸς γάμον. *Ex persona Pontificum, quod non debeant duo sobrini eandem in matrimonium accipere.* Graece et latine in *Cotelerii* monumentis eccles. graecae tom. II. pag. 483-492. *Parisi.* 1681. 4. *Fabr. Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCXIX. nr. 31. *Harl.*

5. Prooemium in tetraſtica Gregorii Nazianzeni, graece prodiiſſe Venetiis a. 1563. tradit Caueus, in quod scriptum necdum incidi. At Zonaræ expositio MS. in *Nazianzeni tetraſtica* memoratur in *Alex. Baruoëtii* catalogo codicum graecorum bibl. Scorialensis; apud *Labbeum* p. 177. bibl. nouae MSS. Vide et *Lambecium* IV. p. 17. *Fabr.* Siue pag. 34. 199. ed. Kollar. de cod. Vindob. CII. in quo continentur anonymi cuiusdam auctoris paraphraſes triginta tres in totidem Gregorii Nazianz. carmina: quas *Lambec.* adtribuendas esse suspicatus est vel *Nicetae*, cui *Dauidis philosophi* nomen est, vel potius *Io. Zonaræ*; at *Kollar.* in not. *A.* et diſſenſit, et refutauit *Oudin.* v. quoque *Bandin.* cat. codd. Laurent. I. pag. 257. Sed plura in hanc rem ſcripſi ſupra ad vol. VIII. pag. 433. Addere tamen iuuat, in cod. *Bernenſi*, chartaceo quidem ſaeculi XV. liquido etiam praescriptum legi nomen auctoris: *Io. Zonaræ, monachi, in tetraſtica LIX. ſiue ſententias ſpirituales Gregorii theologi* (i. e. *Nazianzeni*) *commentarius.* v. *I. R. Sinner.* catalog. codd. MSS. bibliothecae *Bernenſis* etc. *Bernae* 1760. 8. p. 270. *Harl.*

6. Ἐξηγήσεις τῶν ἀναστασιμῶν κανόνων τῶν τοῦ Δαμασκηνῶ, *Expositio canticorum anastafimorum Ioannis Damasceni*, MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* III. pag. 39. [siue p. 103. ed. Kollar. de cod. XXV. add. vol. V. pag. 574. sq. in cod. CCCIX. et pag. 577. sq. in codd. CCCXII. CCCXIII. et CCCXIV. *Harl.*] — et in *Coisliniana* bibl. p. 273. seq. [conf. ſupra ad vol. IX. p. 743. not. I. et ſupra in hoc vol. inter *melodos graecos*, voc. *Ioannes Zonaræ*. Add. cod. *Voffian.* in bibl. *Leidenſ.* *Io. Damasc.* canones anastafimi ſ. cantica cum prolegomenis et commentariis *Cyri Theodori* et *Io. Zonaræ*, quae agunt de incarnatione, paſſione et reſurrectione domini, latine: v. cat. bibl. *Leidenſ.* p. 396. nr. 27. — *Oxon.* in cod. *Barrocc.*

rocc. CXXIX. *Zonarae* expositio canonum Damasceni; idem de *psalmis gradualibus*, et *cur Spiritus S. vocetur ἐνοειδὴς αἰτίας, uniformis causa*. — Eadem duo diuersa opuscula sunt in cod. *Bavar.* LVIII. v. *Hardt* in Aretini Beyträgen a. 1804. part. 1. pag. 35. sq. In cod. *Esco-rial.* *Zonarae* expositio canonum Damasceni ad resurrectionem pertinentium. v. *Plüer*. itiner. per Hispan. p. 178. — *Romae* in cod. Vaticano DCCCLXVII. bibl. reg. Sueciae; Damasceni canones anastasis cum prolegomenis et commentariis archiepiscopi Thessalonic. ac *Theodori Prodrumi* vel *Io. Zonarae*, secund. *Montfauc.* Bibl. biblioth. pag. 32. A. — ibid. pag. 34. D. in cod. CMXXXVIII. eiusdem bibl. *Zonarae* expositio canonum. etc. *Harl.*] Apud *Allatium* in Symmictis pag. 453. memoratur Ioannis Zonarae in *offateuchum Io. Damasceni expositio pulcherrima*: lege, in *offateuchum*. *Iacobus Gretserus* libro quarto de Cruce vulgavit explicationem quorundam ecclesiasticorum vocabulorum ex MSS. commentariis Zonarae in anastasimos Damasceni canones.

[P] 7. *Lexicon* spissum foliis CCCCXVIII. in fol. MS. in bibl. caesarea. Vide *Nesselium* parte IV. pag. 24. 89. 155. *Ioseph. Scaliger* epistola 48. ad Isaacum Casaubonum: *Ego quoque videor mihi non inutiliter posse Zonarae Lexicon tractare, quod est in libris sacerdotum* (H. Stephani) *si per te et affinem tuum Paulum Stephanum eius usus brevis mihi contingat*. *Fabr.* Conf. supra ad vol. VI. p. 634. et cel. *Morelli* bibl. MStam gr. et lat. tom. I. pag. 86. sqq. de huius Lexici auctore, quem esse Zonaram docet, et de aliis codicibus, in quibus interdum nomen auctoris desideratur, uti in cod. Marciano CXL. quem late eruditeque recenset, laudatque *Io. Alberti*, sub nomine Gratiani de Scto Bauone, in *Miscellan.* obss. *Batauis* tom. IX. p. 149. *Valcken.* in *Ammon.* p. 72. *Ruhnken.* ad *Timaei Lexic. Platon.* p. 90. ed. secundae, etc. *Harl.*

8. *Epistolas Zonarae theologicas*, rarum sibi carumque opus, quod ex oriente secum adtulerat, seruare se et editurum scripsit *Theodorus Doufa* in limine notarum ad historiam Georgii Acropolitae, vulgatam Lugd. Bat. 1614. 8. A Doufa acceperat *Bonau. Vulcanius*, qui in notis ad Cyrillum Alex. contra anthropomorphitas Lugd. Bat. 1605. 4. graece et latine edidit epistolam XIII. *de homine ad imaginem Dei creato*, et epistolam XXXII. *de sacrae eucharistiae ratione non curiose nimis rimanda*, et partem Epistolae X. *quare temporibus nouissimis incarnari verbum voluerit*. Ex his decimam et decimam tertiam eandem exstare video in codice epistolarum quinquaginta, quae sub *Michaelis Glycae* nomine exstant MStae in bibl. caesarea, et recensentur a *Lambecio* IV. pag. 152. seq. *) sed tricesimam secundam, quae incipit, οὐδαμὲν ἔν, ἀγαπητὲ, inter illas non reperiō. Est autem

p) Siue p. 343. sqq. ed. Kollar. in cod. caesar. CLIX. nr. 2. add. supra, vol. I. p. 703. et in cap. anteced. h. volum. de *Mick. Glycae*. — *Mosquae* in cod. XVIII. sub nomine *Zonarae* supersunt XLVII. epistolae, quae quidem conueniunt cum epistolis, quae exstant ibid. in cod. XXII. at *Michaelis Glycae* adscribuntur, ex quibus epistolae 1-16. et 58-88. leguntur in cod. XVIII. teste *Matthaei* in notis. codd. gr. Mosquens. ed. in 8. pag.

312. coll. pag. 273. sqq. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXVIII. nr. 5. Anonymi ep. ad Nestarium, monachum, qui ipsum interrogauerat, vtrum Christi corpus in eucharistia corruptibile sit, an incorruptibile; quam in aliis codd. *Zonarae* tribus, animaduertit confessor catal. MSS. *Paris.* regg. in vol. II. p. 256. — in eodem cod. nr. 6. adscribuntur *Zonarae* epistolae vndecim, quarum auctorem ferri in nonnullis codd. *Michaelis*

tem eadem, quam inter Zonaræ epistolas ineditas Casaubonus testatur se legisse (XVI. 49. in Baron.) hoc titulo: *εὐφρατὴ ἐστὶν ἡ ἀγία τῆ Χριστῆ μεταλήψις, ἔτε καὶ ἀφρατος.* Allatus quidem passim Glycam siue Zonaram in epistolis laudat, ut de libris ecclesiasticis Græcor. pag. 127. 130. 139. 254. 325. 326. 327. Zonaræ epistolam XV. ex aduersariis Casauboni ad Baronium ineditis laudat Seldenus II. 7. 2. de synedriis p. 179. Excerptum ex Ioannis Zonaræ epistola *περὶ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου de obdornitione sanctissimæ dei genitricis*, MS. Lambec. IV. pag. 149. seq. [f. p. 338. ed. Koll. in cod. CLVII. nr. 16.] Incipit: *ὅτι καὶ δίκαιοι πολλοὶς ἡ ἱκανὸν τῶνδε μεθίστανται, ὅπτασις ἀγίων τεθέανται καὶ θεῶν ὕμνων ἐν ἑρανοῖς αὐτῆκοι γίνονται.*

9. *Κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, In sanctissimam Deiparam canon siue hymnus*, cuius acrostichis: *ὑσατος ἦχος ὑσατον πλέκεται μέλος.* Postremus tonus postremum adornat melos, aduersus hæreses Arii, Sabellii, Macedonii, Apollinaris, Nestorii, Marcionis, Eunomii, Eutychis, Manetis, Origenis, Euagrii, Nouati, Encratitarum, Messalianorum, Aëtii, Pauli Samosatensis, Sergii, Pyrrhi, Apellis, Leonis Isauri, qui imaginum cultum prohibuit, Bogomilorum, Italarumque, processionem Spiritus S. ex patre et filio docentium. Græce [P] et latine primus vulgavit Cotelierius tom. III. monumentor. p. 465-472. Paris. 1686. 4. Latine, sed extrema parte, quæ Italos siue romanam ecclesiam respicit, truncum dederat Gilbertus Genebrardus, ex cuius versione legitur in bibliotheca patrum Paris. vol. VI. col. 132. 1589. Colonienſi a. 1618. p. 1191. tom. XII. part. I. et in Parisienſi a. 1654. tom. XII. pag. 358. et in Lugd. a. 1672. tom. XXIII. pag. 633. De MSto codice caesareo vide Lambecium V. pag. 161. [Siue p. 339. ed. Kollar. in cod. CCLIII. nr. 13. — Paris. in bibl. publ. cod. Radulphi teste Montfaucon Bibl. biblioth. MSS. pag. 772. E. Harl.] Ad hunc a Genebrardo versum truncatumque canonem respexisse videtur Iacobus Pontanus S. I. præfat. ad Ioannem Cantacuzenum: *Zonaram fuisse schismaticum, testari possunt eius poemata aculeatissima de processione S. Spiritus, et alia aduersus Latinos composita, quas Genebrardus dum conuerteret, se criminationes illas omisisse narrat.* Certe nulla alia vsquam Zonaræ a Genebrardo versa comparent.

10. *Homiliae*, quales MStas euoluit Allatus, memoratque in libro de Simeonum scriptis.

Ff 2

a) In

lem Glycam, idem confector adnotat. — ibid. in cod. MMMXLV. Zonaræ quidem XXXII. epistolæ adseruntur; sed idem confector etc. ibid. p. 601. ex similitudine nominum eorum, ad quos citatos ab illo, scriptæ sunt epp. colligit, genuinum illarum epistolar. auctorem esse Mich. Glycam. — Leidæ in bibl. publ. Zonaræ epistola ad Cyrum Esaiam, si ad imaginem dei mens nostra facta est, gr. et lat. item epistola 32. græc. ac lat. — ibid. epistolæ XIII. gr. manu Bonauent. Vulcanii descriptæ: — ibid. epistolæ IX. quæ

agunt de Adamo, qualis fuerit ab initio gloriæ et splendoris; et epistolæ X. de aduentus Christi tempore, latina versio a Bonau. Vulcanio. vid. cat. bibl. Leidenſ. p. 344. nr. 5. et 15. ac p. 345. nr. 39. — In cod. Mazarin. LXXXVII. 14. Zonaræ epistola Alypio monacho inclusio, aliaque eius de diuersis rebus ecclesiasticis; et in cod. CXXIV. nr. 3. epistola Isaia monacho, quod fiat animabus, corpore exutis, quoque abeant; et de translatione SS. deiparae. vid. Montfaucon. Bibl. biblioth. MSS. p. 1319. B. et p. 1322. D. Harl.

α) *In Christi praesentationem in templo.* Incipit: πάλιν τοῖς εὐσεβέσι πανήγυρις. [v. supra, vol. X. p. 241.]

β) *In crucis venerationem.* Incipit: ἤγετο μέ τις πρόβλημα. [v. supra, vol. X. pag. 246.]

γ) *In laudem Siluestri I. episcopi rom.* Incipit: οἱ μὲν σεπτοὶ καὶ θεόπται Ἀποστολοι. Latine exstat apud Lipomannum et Surium 31. Dec. sub nomine Simeonis Metaphrastae. [v. supra, vol. X. p. 322.]

δ) *In laudem Sophronii, episcopi Hierosol.* Incipit: οἱ τοῖς θεαῖς καὶ μακαρίοις πατεράσι. [v. supra, vol. X. p. 326.]

[Interpretationes graecae aliquot D. Basilii M. epistolarum, in cod. B. Basileus. v. Montfaucon. Bibl. biblioth. MSS. pag. 615. A. Harl.]

[Ad Manuel. Comnenum quinquaginta quaestiones, cum earum solutione, (nisi haec pars sit epistolarum,) in cod. Vossiano, secundum catal. MSS. Angliae etc. vol. II. pag. 61. nr. 2246. Harl.]

[Io. Zonarae et Nicephori, patricii, cantica, in liturgia Graecorum vsurpari solita, Paris. in bibl. publ. cod. MCCCX. nr. 8. Harl.]

II. *Paraphrasin MS. in Logicam Aristotelis* memorat Gesnerus in bibl.

III. IOANNES TZETZES *) grammaticus CPoli, Isaacii Tzetzae, (sub cuius nomine *) commentarium in Lycophronis Cassandram edidit,) frater, aetatem suam prodit

q) *Zezem* vocant Politianus, Parrhasius, Crinitus, Gyraldus: Volaterranus *Zezium*, Theodorus Gaza et Aldus *Caecum*. Vide Nic. Gerbellii praef. ad Chiliades.

r) Confer, si placet, quae ex Tzetzae Chil. IX. hist. 206. et epistola ad Basilium Acridenum notauit Potterus prolegom. ad editionem Lycophronis a. 1702. relata a me libro III. huius bibliothecae cap. 16. §. 3. Fabr. Siue in vol. III. p. 752. seq. nou. edit. et p. 752. de quibusdam codd. comment. in Lycophronem sub nomine Ioannis Tzetzae: de quo Ioannes praeterea consuli possumus G. I. Vossius de historic. graecis libr. II. cap. XXVII. p. 232. — G. Cane in historia lit. SS. EE. tom. II. p. 233. ad a. Chr. 1160. — Oudin. in comment. de SS. eccl. II. col. 1467. sqq. ubi, quoniam Ioan. Tzetzes in Hesiodum Chi-

liad. XI. historia CLXXXV. p. 218. se viuere, dicit, annis centum post Mich. Psellum, qui Pulicis encomium scripsit, inde colligit, Ioann. Tzetzem vixisse circa a. 1160. vel etiam 1180. et plures codd. enumerat. Idem locum ex eius comm. in Hesiodi E. καὶ 'H. de insulis Britannicis excitat illustratque, et ex eo efficit, vtrumque Tzetzam, tam Ioannem quam Isaacum, scripsisse, *Elysios campos seu Paradisum* haberi in insulis Britannicis, quas ob hanc causam *fortunatas insulas* appellari velint. — J. G. de Chauffepié nouv. Diction. histor. et critique, h. v. tom. IV. p. 535. seq. qui, si opusc. in cod. Paris. (bibl. public. MMDCXLIV. nr. 2. *monodia de imperatore occiso*, versibus politicis,) pertinet, vti suspicatur, ad mortem Andronici Comneni, interfecti a. 1185. inde colligit, Io. Tzetzem circ. annos nonaginta et forsan plures in viuere fuisse, quum iam intra ann.

dit ipse, quando centum se post Michaellem Psellum annis *) scripsisse significat, et allegorias suas Homericas obtulit *Irenae* Augustae, Manuelis Comneni imper. coniugi, quae illi a. C. 1143. nupta, obiit a. 1158. *) Patrem *Michaellem* [P] Tetzem habuit, matrem *Eudociam* *), auum paternum *Ioannem* Tetzem, genere Byzantium, litterarum quidem rudem, sed eruditorum amantem et opulentum *). Auus eius maternus, genere Graecus, auia materna Abasgis siue Ibera. Quum adoleuisset, Michael pater domi suae salubribus praeceptis filium erudiit *), inter alia monuit, ut prae sapientiae studio contemneret opes, nihili faceret potentiam, minimeque audius esset τῆς πρωτοεθρίας, nec alios honoribus praecurrere cuperet. Quindecim natus annos *) praeceptoribus traditur, a quibus non tantum artium illum orbem et ἐγκύκλιον παιδείαν, sed etiam hebraeam, syramque linguam edidicit: vnde et loco quodam Syrum se et Ἰσναεῖτῆν adpellat *). Excultus liberalibus disciplinis, et lectione assidua poetarum, oratorum, historicorum omnis aevi, geometrarum etiam et philosophorum cuiusque generis subactus, eruditionem sibi comparauit, nequitiam vulgarem ac multiuariam, ut ex scriptis eius licet cognoscere. Sed ex iisdem etiam acerbus reprehensor ac contemtor aliorum, et vanus nimium ac saepe ridiculus ostentator sui adparet. Vt Chiliad. I. v. 275.

Οἶδας δὲ, πάντως ἀκριβῶς *) πῶς πᾶσαν οἶδα βίβλον

Ἐκ τῆθους τε καὶ σώματος ἔτῳς ἐτοιμῶς λέγων.

Οὐδὲ γὰρ μνημονέστερον τῷ Τζέτζε Θεὸς ἄλλον

Ἄνδρα τῶν πρὶν τε καὶ τῶν νῦν ἐξέφηνεν ἐν βίῳ.

Ὅθεν τὸ δῶρον ἀληθῶς εὐχαριστῶ τῷ δόντι

Κἄν τρεῖσω βίον πενυχρὸν σειρᾶς ὧν γένετ' πρώτη.

Ff 3

Scis

ann. 1143. et 1158. allegoricam interpretat. Homeri composuisset. Huc forsitan pertinet *Monodia in Andronicum* imper. inc. Ἀπολλωνε μέχρι μὲν, sine nomine auctoris, in cod. *Barocc.* CXXXI. Atque *Hamberger.* in Nachrichten von den vornehmsten Schriftstellern, part. IV. pag. 278. sqq. de Io. Tetzta, hunc, scribit, adhuc vixisse ann. 1185. *Saxius* autem in Onom. lit. II. p. 242. sq. ad a. 1150. „quum, ait, Io. Tetztes ad *Bertham* s. *Irenem*, Manuelis Comneni imper. vxorem Augustam, quae ipsi a. 1145. nupta, a. 1158. e viuis excessisse dicitur, *Allegorias Homericas* miserit, (conf. *Pagium* in Crit. Baron. a. 1180. III.) eius nominis claritas non multo serius hoc aunorum circuitu poni debuit, quantumvis *Pagius* in Crit. Baron. ad a. 561. VII. p. 202. tom. X. Tetzzen sub finem saeculi duodecimi vixisse censuerit. *Chiliades* enim circa 1170. scripsisse, et vitam eum vltra a. 1180. vel 1185. produxisse, verisimiliter sumi possit.“ Add. si placet, quae scripsi

in Introd. in hist. L. Gr. II. part. I. pag. 510. sqq. et in Supplementis ad illam part. II. p. 56. atque 355. sqq. *Harl.* Tetztae Comment. in Lycophr. nuper e codd. emendauit et auxit et cum Lycophr. edidit *Leopold. Sebastiani*, Rom. 1803. 4. *Beck.*]

s) Tetztes Chiliad. XI. v. 719.

t) Vide *Cangii* Historiam Byz. familiarum Augustanum p. 186.

u) Tetztes Chil. V. vers. 611. seq.

v) Id. v. 615. seq.

w) Id. Chiliad. III. 157. seq. IV. 566. seq.

x) Chil. IV. 570.

y) Id. Chiliad. VI. v. 282.

z) Grauius acerbiorque de eo iudicat *Olaus Borrich* dissert. de poet. graecis pag. 28. nr. 67. *Harl.*

*Scis autem, quomodo exacte omnino omnem noui librum
Ex memoria atque ore sic promte dicere;
Neque enim memorantiozem, quam Tzetzen, Deus alium
Virum eorum, qui olim fuere, et nunc sunt, produxit in vita.
Vnde donum quum sumserim, gratias ago danti,
Quamuis dego vitam pauperem, ex catena qui sum generis primi, (aurei)*

Chiliad. III. v. 160.

Ὅτω παιδεύει με πατήρ-ὡς τὸν υἱὸν ὁ Κάτων.
Εἰ δέ τις καὶ τὸν Κάτωνος χεῖρες μανθάνειν, εἶς,
Ἐμὲ βλέπῃ Κάτωνος ἔμφυχον ζωγραφίαν,
Καὶ Παλαμῆδες τῷ σοφῷ παῖδὸς τῷ Ναυπλῆι etc.

[C] *Sic erudit me pater, quemadmodum filium Cato.
Si quis autem et Catonem vult discere, qualis fuerit,
Me respiciat, Catonis animatam picturam
Et Palamedis sapientis, filii Nauplii.*

Chiliad. I. 545.

Τέως τὸν Τζέτζην ἀψευδῆν ἐν τοῖς τοιούτοις νόμοις
Ὡς ἀκριβέστερον εἰπεῖν ἱστορικῶν ἀπάντων,
Καὶ πάντων μνημονέστερον τῶν ὄντων ἐν τῷ βίῳ.
*Tamen Tetzem non mentiri in talibus existima,
Sed exactius dicere omnibus historicis,
Et omnibus memorem magis, quotquot sunt in vita.*

Chiliad. X. v. 681.

Ὁλέκληρον βιβλίον γὰρ ἐκάστην ἱστορίαν
Ὁ Τζέτζης αἶθεν ἀκριβῶς, ἢ εἷχον, εἴτε δύο.
*Integros libros per singulas historias
Tetztes nouit exacte, non modo unum versum vel duos.*

Subinde gloriatur, se ex memoria scribere VI. 407. 475. VIII. 182. IX. 752. X. 340.
364. XII. 13. iubetque facere periculum, ut, quaecunque aliquis velit scire, ex memoria
dicere

dicere ipsum iubeat. XII. 118. καὶ ὅσα ἄλλα ἕτερα ἐθέλοι τις μανθάνειν, εἰ ἀπὸ σῆθους οἰ-
 δαμεν λέγειν πειράσθω. Ait, se commentari properantem κατ' ἀσραπὴν εἰς τάχος, ful-
 guris instar celeriter, XII. 119. ταχυγέφων. VIII. 269. et 526. καὶ νόει τὸ ἐξύτατον τῆς
 Τζέτζε διαβολίας, et vide celerissimam ingenii Tzetzae vim; λέγων γὰρ ἐν τι, μύρια παρα-
 τρέχει, adferre unum aliquid, et infinita alia scientem omittere ac praetervehit. XII. 6. Τζε-
 τζικὸν τρόπον, modum scribendi Tetzizicum, et Τζετζικῶς ἐρευνᾶς, Tetzizitas inquisitiones,
 ponit pro accuratissimis, ἐν αἷσπερ ἡ ἀληθεία ἐκ χάσας ἀνατρέχει, quarum ope veritas ex
 caligine et chaos in lucem redit. XII. 75. seq. 126. Contemni se passim queritur, et indigna-
 tur, alios praeferrī sibi, se vero haberi pro rudi et indocto, vt XII. 97.

— — ὥσπερ ὁ Τζέτζης λέγει,
 Ὁ ἀμαθής, ὁ ἀδαής, ὁ ἄπορος ἐν λόγοις
 Ὁ ἐξελέγχων μηδαμῶς δυνάμενος ἀνδρώπεις.
 — — vt Tzetzes ait,
 Rudis ille, indoctus, imperitus in disceptationibus,
 Arguere [conuincere] nequaquam valens homines.

[P] XI. 219. 255. 363.

Τζέτζης δὲ ἀρητόρευτος ὁ ἀμαθής ἐπάρεχ' ὧ
 Tzetzes rhetoricae imperitus, indoctus Camateri eparchi iudicio.

Ex tam iniquo de studiis suis iudicio ominatur fore, vt CPolis tradatur barbaris et
 barbara tota euadat. XII. 993. seq.

Ἀνθ' ὧν πόλις ἀνάσσα τῶν πολισμάτων
 Οἰκτρῶς σε δισσᾷ καὶ τριπλᾷ κατασένω.
 Δέδοικα γὰρ, δέδοικα, μή πως βαρβαίρεις
 Δοθῆς αἰλατὴ καὶ γενήσῃ βαρβαίρεα,
 Ὅνος νεμηθῇ σοι καὶ χοῖρος τέτε
 Τὸς, ὅς ἐτίμας, εἰ κάτοιδα τῷ τρόπῳ.
 Propterea te vrbs regina urbium
 Flebiliter ter quaterque lugeo.
 Timeo enim, timeo ne forte barbaris
 Tradaris captiua et euadas barbara,
 Afriusque tunc depascat te et porcus,
 Quos honorasti, nescio quomodo.

Principium

Principum suae aetatis avaritiam adculat Chiliad. V. 941. deteriores eos arguens esse Phalaride, qui erga Stefichorum benignus ac liberalis fuit: se vero ex sola librorum transcriptione vitam tolerare profitetur:

Οἱ χρηστοὶ δ' ἄρχοντες νῦν ἀμφοτέρω μέγας
 Μὴ μόνον προῖκα μηδαμῶς μηδὲν ἡμῖν δίδοντες
 Σεμνοῖς δ' ἀνδράποισι δωρεὰς αἰεὶ δίδοντες πόσας;
 Ὡς Ἀρπυιαὶ τὸ πρότερον ἐκ γέροντος Φινέως
 Καὶ βρῶσιν ἀφαρπάξουσιν σώματος ἡμετέρου,
 Προῖκα τὰς συγγραφαὶς ἡμῶν λαμβάνειν ἐξαυτῶντες,
 Ἐξ ὧν ἡμεῖς τρεφόμεθα πολλῶν μεταγραφέντων.
 Ὡς εὐρυσῆχθων γὰρ ἐγὼ ταῖς θυγατρῶσι ταύταις
 Ταῖς παντευμόρφοις τρέφομαι, πλὴν ἐχὶ πορνεύσας,
 Ἀπόρνοις δὲ καὶ καθαῶς αἷς τρέφομαι καὶ μόναις
 Ἀλλοθεν ἢ δεχόμενος ἢ δ' ἀφ' ἐρμηνευμάτων.

*Belle autem morati principes nunc utriusque partis,
 Non solum gratis nihil umquam nobis largiuntur,
 Bellulis autem hominibus quot quaeso adfide dant illi dona?
 Velut harpyiae quondam a sene Phineo
 Et cibum rapiunt ex ore nostro.*

[P] *Gratis scripta nostra accipere expetentes,
 Ex quibus nos alimur, dum multa transcribimus.
 Velut Euryfichthon enim ego filiabus his
 Formosis alor, non sane fornicantibus,
 Sed castis et puris, quibus solis nutrior
 Aliunde non recipiens, neque ab interpretationibus,*

Sine mercede scriptorem esse poenitet Chiliad. IX. 369.

Εἰ λίτρας κλεπταββάσι δὲ καὶ τζεριοαγίοις
 Ἐπὶ ἐνὶ δὲ μῆλῳ τε δωρεῶδε καὶ τῇ ῥόῳ,
 Ἀνδράποισι συγγραφεῦσι δὲ μεταφρασταῖς βιβλίων
 Λέγεται, μεταφράσαι μὲν μῆκος τοσαύτης βίβλου,
 Καὶ τότε δοῖητε αὐτοῖς, ὅπερ ὑμῖν δοκῇσιν.

Μὴ

Μὴ αἶν, ἄπω, συγγραφεὺς, μηδὲ ἐμός τις φίλος,
Εἰ πόνοις τέσσοις μὲν ἔδεν ὁ συγγραφεὺς λαμβάνει.

*Si magna dona falsis abbatibus et sanctulis hypocritis
Pro uno pomo datis et malo punico,
Homines autem historicos atque metaphrastas librorum
Iubetis interpretari prolixa volumina,
Et deinde datis iis, quod vobis videtur.*

*Ne sim ita inquam ego scriptor, neque ex amicis meis aliquis
Si pro laboribus tantis nihil auctor accipit.*

Tamen idemtidem ingerit, se esse abstinentissimum, atque, vt XI. 23. seq. ait, ὠδωρότατον, atque a sola Augusta praemia accipere XI. 48. Nimirum ab Augusta Irene pro singulis quaternionibus allegiarum, quas ei obtulit, Homericarum, capientibus centenos versus, ait, initio se accepisse duodecim aureos, quod deinde praemium aucto quaternionum numero, imminutum fuit ab iis, qui dispensandis imperatoris pecuniis praefecti erant, ac denegatum, vt queritur IX. 282. seq.

Πρῶτον μὲν τετραδίσκῃα τῶν μικροτάτων γράφων
Ἔως ἐκάστῃ ἀπ' αὐτῶν μὴ πλέον τι χωρῆντος
Ὅκτ' καὶ ἐγδοήκοντα εἰχὼν σὺν διηκάδι (leg. δωδεκάδι)
Τῷ καθ' ἐνὶ ἐλάμβανον δώδεκα τῶν χερσίνων.
Χερσίνων νομισμάτων δὲ πλὴν ἐκ λευκῆ χερσίς ^{αα}).
Ἐπεὶ πυκνῆν δὲ μηνυθεὶς τὰς χάρτας πρὸς ὀλίγον
Τῷ ἐπὶ δικιήσεων τελευτῇ τῆς Αὐγῆσης,
Λαβὼν δὲ τι τετραδίδιον μέγιστον ἐγγράφει
[P] Τριπαγισμοῖς ἐν εἰχισμοῖς τετραδία ὡς δέκα,
Ὅ δὲ καὶ τὸ δεκάπλασμα ἴσον ἀπλῶ ἔδκει.
Καὶ μᾶλλον δὲ καὶ ἔλαττον ἔτε καὶ ὡς ἔδεν τι,
Λαβὼν γὰρ ταῦτά μοι, ἔδεν ἐκῶτος ἀπεσάλκει.
Γράφει δὲ, γράφει, συνεχῶς ἐμήνυε, καὶ μόνον.
Καὶ μετὰ τὴν συμπλήρωσιν σχῆς δωρεὰς ἑποίει.
Πρὸς τὸ αὐτῷ κληρόψυχον (leg. σκληρόψυχον) θῆκεν τὰ γραφέντα.

Aliquando

αα) Ex argento, gülden in silber.

Vol. XI.

Gg

Aliquando iactat se συγγραφέα πόνων, quod *librorum scriptorem*. Chil. V. versf. 580. et Chiliad. XI. v. 261.

Ὁ λογιστὴς τῶν παλαιῶν ^{bb)}, ἔ δι' ἰάμβων βιβλος,
 Τῶν λογισμῶν, γραμματικῶν, ῥητέρων, φιλοσόφων,
 Τῶν μετρικῶν ἱστορικῶν, μηχανικῶν, τῶν ἄλλων.

*Ille censor antiquorum, cuius est iamborum liber,
 Rationalium, grammaticorum, rhetorum, philosophorum,
 Metricorum, historicorum, mechanicorum, aliorum.*

Idem XI. 987. τοιαῦτα γράψας καὶ τοσαῦτα βιβλία. *Tales qui scripsi et tot libros.*

Iamborum libri saepius facit mentionem, vt Chiliad. XII. v. 719. ὡς καὶ αὐτὸς μὲν γέγραφα χρονογραφεῶν ἰάμβοις. Vt ipse alicubi scripsi chronographiam componens iambis. et XII. v. 255.

Καὶ μετρικῶς συνέγραψα τῇ κόσμῳ ἱστορίᾳ
 Ἰάμβῳ μέτρῳ τεχνικῷ, καὶ ἀτελῇ καὶ ταύτῃ
 Ἀφῆκα, βλέπων σύμπαντας τὸ τεχνικὸν μισῶντας
 Τὰ βαρέβαρα δὲ γέγοντας. ὧ συμφορᾶς ἐσχάτης.

*Et metricè scripsi in mundi historia
 Iambo metro artificioso, quamvis imperfectam et hanc
 Reliqui, videns, omnes artem odisse
 Barbaraque amare. O calamitatem extremam!*

Specimen iamborum Tzetzæ habes Chil. XI. Hist. 896. Iamborum in templum CPol. III. hist. 66.

2. De libro λογισμῶν Chiliad. XI. 361.

Καὶ πᾶσαν τέχνην λογικὴν ἀπλῶς μετερχομένους,
 Ὅν βιβλος ὅλη γέγραπται τῶν λογισμῶν τῷ Τζέτζῃ.

*Et omnem artem logicam simpliciter persequentes,
 De quibus liber integer ratiocinationum scriptus est a Tzetza.*

[vid. paullo post ad nr. 5. Tychsen. notit. Harl.]

3. *Allego-*

^{bb)} Ad calcem Chiliadum pag. 266. Τζέτζης λογιστὴς τῶν παλαιῶν καὶ νέων, *Tzetza censor antiquorum et recentium.*

[P] 3. *Allegorias Homericas ad Irenem Augustinam memorat Chiliad. V. vers. 7.*

Ἐγὼ δὲ ἀλληγόρησα τῇ βίβλῳ τῆς Αὐγύστης.

et v. 776.

Τὸ δ' ἀλληγορικώτερον περὶ κόσμογενείας
Τῆτο προῆπεν Ὅμηρος ἔρανοδρόμοις λόγοις
Αὐτὸς δὲ ὑπεφύεσσα γράφων ἀλληγορίας.

et Chiliad. IX. v. 282. seq.

Ἀνθ' ἧ γράφων ἐξηγήσιν Ὅμηρος τῇ Αὐγύστῃ
Ἐχυσαν καὶ μετὰφράσιν ἡμαξευμένοις " εἰχοῖς etc.

Et Chiliad. XIII. 625.

Τῇ τῆς Αὐγύστης βίβλῳ γὰρ τὰλλα μοι προεγράφη.

Scriptum hoc opus versibus politicis, idem superest adhuc manu exaratum variis in bibliothecis. Titulus est: ὑπόθεσις τῆ Ὅμηρος ἀλληγορηθεῖσα παρὰ Ἰωάννη Γραμματικῷ τῷ Τζέτζε, τῇ κραταιοτάτῃ Βασιλίτῃ καὶ Ὀμηρικωτάτῃ Κυρίᾳ Εἰρήνῃ τῇ ἐξ Ἀλαμάνων^{ad}). Initium operis:

Ἐπεὶ Φαιδρὰ πανσέληνε σελήνη σελασφόρε,
Οὐκ ἐκ ῥοῶν Ὀκεανῷ φαίνεσθαι λελεμένη
Ἀλλ' ἐκ πορφύρας τῆς κλεινῆς etc. Fabr.

[Metaphrasis allegorica Iliad. Homeri, versibus politicis, cum praefat. ad Irenem etc. Oxon. in cod. Barocc. XXIV. — Paris. in bibl. publ. codd. MMDCXLIV. nr. 9. coniecta sunt scholia ad marginem: — MMDCCV. et MMDCCVII. nr. 3. — Vid. supra ad vol. I. pag. 403. et quae paullo post adscripsi. Io. Tour in Emendatt. in Suidam et Hesychium, vol. II. Oxon. 1790. 8. p. 579. seq. culpat errorem et locum quemdam *allegoricae interpretationis*, tunc nondum editae; et Tzetzen nominat *futilissimum tenebrionem. Harl.*]

Habuit Ludolphus Neocorus, h. e. Küster. descriptum e codice Barocciano et collatum cum MSto regio Paris. atque nonnulla ex eo producit in notis ad Suidam tom. II. p. 683. Idem opus est *Pro Homericis, Homericis et Post Homericis*, de quo Huetius in epistola ad Graevium tom. II. dissertationum et epistolarum editarum a Io. Maria Marco Tilladeto Hag. 1714. 12. p. 244. *Est mihi Tzetzae cuiusdam poema de rebus Troicis sic inscriptum: Ἰωάννης γραμματικῷ*
Gg 2

cc) Ἠμαξευμένοι εἰχοῖ, sunt versus politici.

dd) Irene, Manuelis Comneni coniux, fuit filia Berengarii, comitis Sulzbacensis in regno

Teutonicorum tunc potentissimi, ut ex Guil. Tyrio notavit Cangius p. 187. Fabr. v. Kollar. in Supplem. iam ante laudatum. Harl.

ματικῇ τῇ Τζέτζε τὰ πρὸ Ὀμήρου καὶ τὰ Ὀμήρου καὶ μεθ' Ὀμήρου ἐν συντόμῳ καλῶς ἐκδοθέντα. *Adiecta sunt scholia non continentenda. Haec edere olim habebam in animo, sed aliis studiis ex transverso obiectis abreptus sum.* Eiusdem operis Tzetzae edendi spem fecit *Hermannus Tryllitschius* **), de quo plura dixi lib. 2. cap. 3. §. 14. [vol. I. pag. 403. seq.] vbi etiam mentionem feci allegoriarum mythologicarum physicarum et moralium, quas acceptas a Iano Rutgetio sub Tzetzae nomine edidit graece et latine *Federicus Morellus*, Paris. 1618. 8. *Fabr.* Conf. de hac edit. catal. bibl. *Leidenfis* p. 141. nr. 45. et *Maittaire* annal. typogr. tom. III. part. 2. p. 868. Attamen *La-Porte-du Theil* in censura etc. infra ad finem huius paragraphi laudata, adfirmat, carmen, quod edidit Morellus sub titulo *Allegoriarum mythologicarum*, nihil habere commune cum Allegoriis Homeric. neque ex iis esse excerptum. — *Augustae Vindel.* est in cod. gr. *Io. Tzetzae, grammatici, rerum ante Homeri tempora gestarum aliquod fragmentum*, et in alio eiusdem *Historia. v. Reiseri* indic. MSS. bibl. *August.* p. 79. et 80. Hic multa fuissent addenda; sed quoniam cum in *Introduct. l. c.* p. 511. sqq. tum inprimis supra ad vol. I. p. 403. sqq. plura, quae dicenda essent, iam adtuli; omnia paucis comprehendam. Ex cod. *Augustano*, (ex quo cod. *Dresdensis*, aut forsan vterque ex cod. bibl. regiae *Londinensis* descripti videntur;) τῇ Τζέτζε τὰ πρὸ Ὀμήρου, τὰ Ὀμήρου καὶ τὰ μεθ' Ὀμήρου ἐν συντόμῳ ἐκδοθέντα, *Ioannis Tzetzae carmina Iliaca nunc primum e cod. Augustano edidit Gottlob Benedict. Schirach.* Halae 1770. 8. *Schirachii* praemissa epistola ad *Klotzium* praeter alia lectu vtilia complectitur historiam litterariam Tzetzae: de qua edit. vid. *Nova Acta* erudit. mens. Martii 1770. p. 128. sqq. et *Klotz.* in *Actis litterar.* vol. VI. part. 3. nr. 10. p. 366. sqq. — *Lacunofam tamen et mancarn esse hanc editionem*, docuit cel. *Tychsen* in: *Bibliothek der alten Litteratur und Kunst*, part. 4. inedit. I. inprimis pag. 10. sqq. vbi *Ioannis Tzetzae carminum Iliacorum initium* e cod. *Vindobonensi* primus edidit, subiectis notis criticis, et in *Praemonendis* historiam Tzetzae eiusque scriptorum egregie illustravit; idemque correxit *Fabricium nostrum*, ab eoque hoc loco de Tzetza, quaedam esse confusa et perperam dicta, saltem non satis perspicue tradita, monuit. Missis iis, quae ad vol. I. p. 404. sqq. ex his *Praemonendis* iam adtuli, hic tantum scriptorum Tetziano-
rum, quorum plurima in variis bibliothecis ipse tractavit, et multos in quibus inedita adser-
vantur codices laudavit, notitiam ad supplendam emendandamque *Fabricii nostri* notitiam
paucis repetam, et quaedam adiiciam. Illo igitur auctore duceque, edita sunt 1) *Chiliades*;
2) carmen iambicum, de filiorum educatione; 3) scholia in *Hesiodum*; 4) scholia in *Lycophronem*; 5) breve carmen, quod sub titulo: *Allegoriae mythologicae, physicae et mo-
rales* edidit *Fr. Morell.* Paris. 1616. 8. *Inedita* sunt, saltem non integra, (de quibus singulis
copiosius disputat cel. *Tychsen*.)

1) *Scholia in Oppiani Halieutica*, in cod. *Escorial.* sub nota I. Σ. 17. [v. etiam *Plüer.* itinerar. per Hispan. p. 177. et in cod. bibl. regis Angliae, teste *Montfaucon.* in *Bibl. biblioth.* MSS. p. 632. C.]

2) *Expositio Isagoges, seu libri de V. vocibus Porphyrii, versibus politicis*, in cod. *Vindobon.* VII. nr. 2. v. *Lambec.* VII. p. 140. *Kollar.*

3) *Epi-*

**) Vide *Diarium Lipsiense* cui titulus: *Neuer Bücher-Saal* a. 1716. parte LVIII. p. 735.

3) *Epitome rhetoricorum Hermogenis*, versibus politicis, ibid. nr. 3. [secundum cat. MSS. Angliae etc. vol. II. nr. 2181. in cod. *Vossiano* LXX. inesse dicuntur: *Hermogenis opera rhetorica* et *Io. Tzetis rhetorica contra Hermogenem*; atque ibid. nr. 3347. in cod. gr. *Norfolkiano*, *Hermogenes de inuentione*, cum scholiis *Tzetis*. Conf. supra, vol. VI. p. 69. seq. et 72.]

4) *Ἑξηγήσεις* siue *Metaphrasis Homerica*: est idem opus, quod *commentarii in Homerum* titulo laudat Fabric. nostro loco. [*Paraphrasis Homeri*; inc. *ἐπεὶ Φαίδρα*, in cod. Barocc. CXXXI. et in cod. CXCIV. *expositio historiarum* et vocum quarumdam: *ἐπιφυλλίς, σμικρότατον βοτρυδιον ὑπάρχει* add. *Iriarte* l. c. p. 277. nr. 341. et *Plüer*. itiner. p. 177. — *Expositio Iliad. Romae* in cod. Vaticano. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 6. C. tum pag. 620. A. atque 621. C. et p. 624. E. de codd. *Escorial*.

5) *Λογισμῶν βιβλος*, quem laudat Chil. XI. 361. porro *de urinis*, cod. Barocc. LXXXVIII. [et *Paris*. bibl. publ. cod. MMCCCXX. nr. 3. item *Leidæ* inter codd. Vossian. v. catal. bibl. Leid. p. 395. nr. 1. vbi dicitur, *Τζέτζε λογισμῶν τῶν παλαιῶν καὶ νέων*, in versibus contra Hermogenem. Is idem esse videtur cod. quem paullo ante ad nr. 3. ex cat. MSS. Angliae etc. citavi.] — *de Belisario* cod. reg. *Paris*. MMMXXV. add. fin. huius capituli.

6) *Allegoriae Homericae*. [add. cod. *Vindobon.* CXXII., in quo nr. 2. legitur *ὑπόθεσις τῆς Ὀμήρου ἱλιάδος ἀλληγορηθεῖσα* etc. (v. supra, vol. I. p. 404. ibique not. *bb.*) quem cod. vberius recensuit *Kollarius* in *Supplementis*, col. 696. sqq. monuit, opus non esse integrum, sed desinere in argumento XVI. *Homeri rhapsodiae*, docuitque in epigraphe quidem legi *Εἰρήνη τῇ ἐξ ἀλανῶν* sed legendum esse *ἀλαμανῶν*. Idem adnotat, in ead. bibl. exflare aliud integrum et praestantius exemplum. A *Nesselio* in catal. codd. *Vindob.* part. IV. duo laudantur codd. caesar. qui continent *Tzetzae* allegorias in *Homerum*, n. pag. 72. cod. CXVIII. et p. 82. cod. CKLII. sed non obseruatur, quodnam sit plenius, cuius recensionem promiserat *Kollarius* in continuatione supplementorum, in poetarum classe.]

7) *Iliaca* siue carmen de rebus *Troianis*, versibus hexametris, [vid. supra ad vol. I. pag. 405. seq. In hisce *Tetzianis* recensendis substitit diligentia cl. *Tychsenii*, qui reliqua, quae *Fabric.* h. l. iam commemorat, omisit. Posthaec cl. *Frider. Jacobs*, cui *Tychsen* suas permisit chartas, *Ioannis Tzetzae Antehomerica, Homerica, et Posthomerica e codd. edidit et commentario*, amplo eruditoque, *instruxit*, *Lips.* 1793. mai. 8. Primum de *Tzetza*, eiusque carmine, ingenio, doctrina et fontibus riuiisque, ex quibus iste hausit, de codd. atque *Schirachii* edit. perite acuteque iudicauit. Comparanda tamen est *F. I. G. La-Porte-du-Theil* censura illius editionis in *Millin Magazin encycl.* a. VI. nr. 21. p. 27. sqq. Ab eo quatuordecim inedita nominantur. Excerpta ex illa censura leguntur in cel. *Christ. Dan. Beckii* commentariis societatis philolog. *Lipsiensis*, vol. II. *Lips.* et *Plauiae* 1802. 8. pag. 286. seq. — Fragmentum *Antehomericorum* a v. 147. vsque ad v. 295. pag. 23-43. ed. *Jacobs* esse illud carmen, quod *Morellius*, cui auctor ignotus fuit, edidit et inscripsit: *Iliacum carmen epici poetae graeci, cuius nomen ignoratur, ingenium proditur hoc eleganti fragmento, nunc pri-*

*num prodit cum scholiis ex vett. MSS. membranarum bibliothecae V. C. Isaaci Casauboni-Fed. Morellus. — Latinis heroicis expressit et notis illustravit. Paris. ap. Feder. Morellum, sine anni nota, in 4. me docuit Villosion in litteris, e quibus plura de hoc opusculo perraro excerpta dedi in Supplementis etc. part. II. p. 355. sqq. vbi quoque Villosif. memorat cod. Antehomeri-
corum in bibl. quondam Vaticano, nunc in bibl. publ. Paris. illatum. — In codd. bibl. regis Angliae Io. Tzetzae de bello Troiano; eiusdem Antehomerica, Homerica et Posthomerica, teste Montfaut. in Bibl. biblioth. MSS. p. 632. D. et B. Harl.*

4. Diuersa ab his est ἐξηγησις siue *Commentarius Tzetzae in Homerum*, cuius partem seruat codex insignis MStus bibl. Lipsiensis Paulinae, [P] nimirum prolegomena longiuscula, per duodecim folia, ex quibus nonnulla de patria et genere Homeri adtuli lib. II. cap. 1. §. 8. [in vol. I. pag. 330.] et partem priorem commentarii ipsius in librum primum Iliados, vsque ad versum 102. Vide Acta Eruditorum a. 1719. p. 307. vbi notitia adcuratior codicis illius MSti traditur, in quo Moschopoliana etiam quaedam in Homerum et, quod in primis iucundum debet esse antiquitatis et graecae linguae studiosis, scholia illa antiqua in totos libros sedecim priores Iliados; qualia in Iliad. IX. vulgavit *Conradus Horneius* ff), et quibus comparata scholia vulgata plerumque sordere videntur, vt notatum in iisdem Actis eruditor. a. 1712. p. 316.

5. In *Hesiodum*, Chiliad. VI. v. 842. ἀλγογήσας δ' ἔγραψα πρὶν ἡσιόδῳ ταῦτα. De his Tzetzae in Hesiodi ἔργα καὶ ἡμέρας, scutum Herculis et in Theogoniam editis pridem commentariis dixi lib. II. c. 8. §. 10. 13. 16. et 20. ^{es}) quamquam in Theogoniam quae habemus

ff) De illis dixi lib. 2. c. 3. §. 12. [vol. I. pag. 395. seq. ed. nou. add. cl. *Hardt* in Aretini Beyträge etc. a. 1803. part. II. p. 45. seq. atque ibid. part. III. p. 3. *Harl.*]

gg) Supra in vol. I. p. 575. seq. p. 582. §. XIII. p. 588. seq. ibique v. not. ss. p. 591. p. 595. inter codd. Hesiodi, pag. 602. seq. de edit. Heinsiana. Add. quae scripsi in Supplementis, part. II. p. 56. Subiiciam memoriam codd. quorundam, quorum supra ad vol. I. II. citat. nondum inieceram mentionem. *Oxon.* in cod. Barocc. LX. Hesiodi O. et D. cum scholiis Tzetzae. — in cod. *Th. Gale* CXXIX. siue nr. 5963. cat. MSS. Angliae etc. *Io. Tzetzae* comment. in Hesiodum, collatus cum aliis MSSis. — *Venetis* in bibl. Marc. codd. CDLXIV. et CDLXXX. *Hesiodi* scutum Herculis, cum scholiis et technologia *Io. Pediasimi*, atque O. et D. subsequuntur expositiones *Man. Moschopuli*, *Io. Protopatharii*, *Io. Tzetzae* et *Procli Diadochi*, et alia. v. cat. codd. gr. Marc. p. 246. et 252. — *Taurini* in cod. bibl. publ. CXII.

Tzetzae commentarii in Hesiodi O. et D. commentariis insertus est Hesiodi textus, et supra textum sunt aliae expositiones. v. cat. codd. gr. *Taurin.* p. 216. — *Florentiae* in cod. bibl. *Laurent.* XXIV. nr. 4. ex *Io. Tzetzae* enarratione (ἐξ ἐξηγήσεως) excerptum de differentia poetarum et vita Hesiodi; ibid. nr. 5. in Hes. Theogoniam scholia quaedam particularia antiqua: v. *Bandin.* cat. codd. gr. *Laurent.* II. p. 95. qui primum repetit Heinsii iudicium de auctore horum scholiorum; tum addit: „Enimvero in Theogoniam existant commentarii graeci duplices, quorum vnus inscribitur τὰ Ἰωάννη διακρίνα τὰ Γαλήνη ἀπὸ τῆς Ἡσιόδου Θεογονίας ἀλληγορίας, alter vero, vt ex nostro cod. patet, Σχόλια ἀπὸ τῆς Ἡσιόδου Θεογονίας παλαιὰ, quorum auctorem Didymum existimasse videntur *Natalis Comes* libr. VI. cap. 18. *Mythologiae* p. 633. *Ioan. Alexander Brassicanus* a. 1530. praefat. ad Saluianum testatus est, se habere *Io. Philoponū*, cognomento grammatici, commentarios in Hesiodum, non alios intelligens, quam quos sub *Io. Galeni* nomine habemus, vel commentarios

habemus, non solius Tzetzae esse, sed ex Tzetza et antiquioribus excerpta, putat *Dan. Heinsius* ad Hesiodum p. 225. Confer *Lambecium* VII. p. 233. [pag. 501. seq. Kollar. et supra ad vol. I. p. 589. in nota.] quo iudice Ioannes Galenus diaconus, cui commentarius in Theogoniam tribuitur, idem est cum Ioanne Pediasimo. [vid. supra ad vol. I. p. 582. 588. seq.]

6. *Paroemias* suas memorat Chiliad. VIII. 933. 935. 943.

7. *Encomium in mortem*. Chiliad. XI. 749.

Καὶ Τζέτσης Ἀλκιδᾶμαντι ἐπίσης Ἐλαίτῃ
Καὶ ἔγραψε καὶ γράφει δὲ καὶ λέγει καθεκάστην
Ἐγκώμια εἰς θάνατον μυρία ὑπὲρ πάντας.

8. *Epistolae CVII.* MStae in codice regis christianissimi DCCCCII. et MCCCL. et MMDLXV. teste *Labbeo* p. 100. 110. bibl. nouae MSS. et Kustero ad Suidam tom. II. pag. 473. ^{hh)} Ex his prima ad Ioannem Lachanam grammaticum τῷ Ζαβαρτί ⁱⁱ⁾ exstat in Tzetzae Chiliade IV. vers. 467-780. Eadem citatur III. 2. 31. 38. 400. 893. 988. IV. 800. 313. 389. 394. Caeterae post Chiliad. V. vers. 201. memorantur quidem et V. 188. seq. IX. 357. 967. XIII. 43. 55. sed in editis desiderantur. Vicesimam primam ad patriarchicum notarium *Basilium Acridenum* dedi supra lib. III. cap. 16. §. 3. ex qua Ioannem, non Isaacium, Tzetzem auctorem esse commentarii ad Lycophronem notarunt post Küsterum excellentes viri ingenio atque doctrina, *Potterus* in secunda Lycophronis editione, atque *Rich. Bentley* ad Horatium p. 45. [add. supra vol. I. p. 703.] Exstant et *epistolae* Tzetzae *quatuor* subiunctae eius *Chiliadibus*: prima ad metropolitam Πατρῶν, *Patrarum* Achaiae: [P] secunda ad episcopum

rios in ἔργα καὶ ἡμέρας, sed qui Tzetzae sunt, non Philoponi: add. supra, vol. X. p. 649. — *Matriti* in cod. regio VIII. fol. 1. *Isaaci* (sic in hoc cod. nominatur,) Tzetzae explanatio in Georgica Hesiodi et de vita Hesiodi, breue exordium, et aliorum de Hesiodo opuscula, v. *Iriarte* cat. codd. gr. Matrit. pag. 24. ibid. in cod. CIII. *Io. Tzetzae* expositio O. et D. Hesiodi: continuo sequuntur versus iambici et dorici ad Proclum, qui prius Hesiodum explanauit: quos versus, ineditos, *Iriarte* l. c. p. 407. seq. adposuit. Tum sequitur expositionis prooemium, quod illius, quod Io. Tzetzae nomine inscriptum occurrit in *Vict. Trineauelli* ed. Hesiodi, dissimillimum, ac magnitudine fere triplum esse, ait *Iriarte*. in cod. cod. fol. 9. Hesiodi O. et D. cum scholiis, quae *Procli*, *Moschopuli*, Tzetzae esse dicuntur. — *Geneuae* in cod. bibl. publ. *Isaaci Tzetzae* scholia in Hesiodum. v. *I. Senebier* catalogue — des

MSSs, conservés dans la Bibl. — de *Geneue*. *Geneuae* 1779. 8. p. 49. — *Leidae* inter codd. *Vossian*. Tzetzae expositio Hesiodi O. et D. vid. cat. bibl. Leid. p. 397. nr. 32. — Eadem in cod. *Bavar*. CLVIII. in quo prooemium ab initio magis integrum et fufius est, quam in edit. *Veneta* 1537. 4. teste *Hardio* in *Arctini* Beyträgen etc. 2. 1804. part. 11. p. 20. *Harl*.

hh) In catal. MSS. bibl. *Paris*. vol. II. duo tantum codd. epistolarum adducuntur, n. codd. MMDCXLIV. nr. 4 p. 533. et MMDCCL. nr. 4. p. 548. addita obseruatione, maximam illarum partem nondum esse editam. *Harl*.

ii) Collegium quoddam, cuius meminit iterum IV. 559. καὶ τῷ προσκυρομένην οἱ τάχα τῷ Ζαβαρτί, et adiunctum se esse ordini *Zabarti*.

pum quemdam, tertia ad grammaticum, quarta ad Nicephorum Seruilium, mysticum ^{kk}), cui tamquam oculo senatus blanditur. Fabr. Supra in vol. III. p. 753. edidit Fabricius Tzetzae epist. ex cod. Parisinae bibl. In Musei Oxoniens. litterarii conspectu et speciminibus, Oxon. 1792. mai. 8. inter Specimina p. 47. sqq. primum publicata est epistola ad Epiphanium diaconum, „quae, ut inquit editor, eandem rationem habet cum viginti et tribus historiis chiliadum priorum. Absolutis historiis CXLI. quae primam epistolam enarrant, prima illa edita, quae in nostro cod. ab hac altera excipitur, quam tandem in lucem produximus.“ Tum p. 49. seq. idem editor ita pergit: „Continuo in eodem MSS. sequuntur historiarum dictorumque enarrationes, quae in epistola innuuntur. Absolutis vero enarrationibus, hic epilogus, qui plerumque ineditus est, subiicitur,“ atque l. cit. versus eduntur. Atqui in cod. Barocc. CXCIV. sunt 1) Tzetzae Chiliades, farrago historiar. CXL. versibus; 2) eiusdem epistolae duae; 3) eiusd. expositio historiarum et vocum quarundam; 4) idem de diversis poetarum generibus; inc. ποιητικῶν μέλεσιν ἀρχεσθαι λόγων 5) idem de metris: τὸν περὶ μέτρων ἀκριβῶς βεβλόμενον 6) Homerus allegorizatus ad imper. Irenem. — Florentias in cod. Laurent. XXXII. nr. 3. Tzetzae epistola versibus politicis varias continens historias, quae exstat in eius Chiliad. IV. v. 467-780. v. Bandini cat. codd. gr. Laur. II. pag. 384. Harl.

9. Gratiarum actio ad patriarcham, Lamentatio de imperatore occiso [v. ad initium huius §.] et alia plura carminibus scripta politicis MSS. In iisdem codicibus regiis. Fabr. Vindobonae in cod. CXXIV. nr. 1. Io. Tzetzae varia opuscula et epigrammata, versibus politicis scripta, a Chiliadum historiis diuersa atque inedita. Lessus inter haec Kollario, qui in Supplementis 1. p. 704. sqq. illum cod. vbertim recenset, haud diuersus esse videtur a lamentatione de imperatore occiso: nr. 2. versus XXXIV. de Chatzice quodam; nr. 3. Naenia ad Augustam vel reginam; nr. 4. Tzetzae de animalium proprietatibus opusculum, versibus politicis scriptum, atque Kollar. animalium indicem, siue ea, quae auctor tractat, alphabetica serie exposuit: 5) eiusdem carmina varia, maximam partem epigrammata, cum sacra, tum profana ad patronos praesertim, opis quaerendae gratia conscripta; atque Kollarius nomina eorum, de quibus aut ad quos scripta sunt, alphabeti serie subiecit. Vtrum vero illa omnia Ioanni Tzetzae tribui debeant, Kollar. copiose inquit, de aetate quorundam adlatorum carminum, comparando ea cum Tzetzae aetate, disputat, et tandem declarat, ea omnia carmina esse Tzetzae, verisimillimum sibi videri, ideoque hunc multo recentiore fuisse, quam a Fabricio memoriae proditum sit. — Paris. in bibl. publ. cod. MMDCCCL. Tzetzae 1) chiliades, cum carmine iambico, ad illud opus pertinente; 2) carmen iambicum de liberis educandis, cum scholiis marginalibus; 3) alii versus, partim heroici, partem iambici. — Isaaci Tzetzae prolegomena in poetas, in cod. Mazarin. CXXXVI. teste Montfaucon. in Bibl. biblioth. MSS. p. 1323. A. — Selecta ex Tzetza, Romae in bibl. Vatican. v. Montfaucon. l. c. p. 34. nr. 935. Harl.

To. Com-

kk) De Mystici dignitate in aula CPol. vide Cangii vtrumque Glossarium, et Goari notas ad Cedreni paginam 599.

10. Complura carmina de differentiis poetarum, iambi technici de comoedia et tragodia, de metris omnibus, quae in versibus reperiuntur. Hypotheses in Culitzén et Gregorium grammaticum regium. MSS. in iisdem codicibus regiis, teste Labbeo pag. 134. Fabr. Conf. supra, vol. VI. p. 302. p. 352. et 371. — Secundum cat. MSS. bibl. publ. Paris. vol. II. in cod. MMCDIII. nr. 3. versus iambici de variis poëseos et poematum generibus. — in cod. MMDCXLIV. nr. 6. de comoedia et comicis, versibus politicis; nr. 7. de variis metrorum generibus, eiusmodi versibus: — in cod. MMDCLXXVI. et MMDCLXXVII. de metris; — in cod. MMDCCCLXXXI. de variis metrorum generibus, versibus politicis; epilogi tamen et prooemium carminae heroico; — idem in cod. MMCMLXXII. nr. 6. — in cod. Barocc. CXXXI. sub fin. de metris. — Mediolani in cod. bibl. Ambros. Io. Tzet. ars metrica; carmine heroico; de pedum paritate; nota in epigrammata; in quosdam libros Homeri; comm. in Lycophron. v. Montfaucon. Bibl. biblioth. MSS. p. 500. B. — Venetiis in bibl. Marc. cod. CDLXXXIII. de omni versuum genere, et de metris Pindaricis. — In volumine quodam MSS. Vossian. Leidae est secundum catal. bibl. Leidens. p. 400. nr. 1. fragmentum, quod praefert aliquid doricum, de variis rebus, vt *περὶ ἀγῶνῶν καὶ κακῶν* etc. et ambigitur, an sit Tzetzae; notaturque in margine, esse excusum in Diogenis Laertii fine. — Romae in cod. Vaticano de versibus politicis et heroicis; v. Montfaucon. l. c. p. 8. C. — In cod. Matrit. VIII. supra ad nr. 5. laudato, sunt Isaaci (huic adscribuntur ea, quae in illo cod. occurrunt,) Tzetzae de poetarum diuisione, ex eius prolegomenis scholior. in Lycophronem; et de septem poetis, breue excerptum. — Florentiae in bibl. Laurent. cod. XIV. nr. 2. plut. 69. carmina quaedam; 1) iambicum, in quo indignatur Tzetzes, in locum poëseos metris adstrictae, politicorum versuum inualuisse usum; 2) iambicum de filiorum educatione; 3) heroicum; et 4) iambicum: de quibus v. Bandin. cat. codd. gr. Laur. II. pag. 638. — Alios codd. iam antea ad num. 8. et 9. etc. commemoravi. — De Tzetzae comment. in Oppian. v. supra vol. V. p. 593. in nota o. Harl.

11. Superest, vt dicam de opere Tzetzae celeberrimo, *Chiliadibus*: licet in Chiliades versuum non auctor ipse, sed, qui graece illud cum Pauli Larissi Veronensis versione, ad calcem Lycophronis, graecis Tzetzae commentariis illustrati, Basil. 1516. fol. ") ex Io. Oporini

cura *Theodorici Adamaci Suallenbergii* lucem vidit Parisiis apud Christianum Wechelum 1540. 4. Latine vertit D. *Bernhardus a Rey* Colon. 1547. 8. apud Martinum Gymnicum, et ex secunda recognitione ibid. apud Gualtherum Fabricium 1556. 8. Et cum enchiridio vsuum feudaliū per interpretem addito, 1566. 8. Adcuratius deinde et elegantius, additis etiam scholiis, *Ioannes Mercerus*, cum praefatione ad *Michaelē Hospitalium* Lugd. 1656. 4. et Lausannae, apud Franciscum le Preux, illustr. D. Bernensium typographum 1580. 8. Hinc graece et latine cum Merceri versione et scholiis, et paratidis *Dionysii Gothofredi* et *Varia rum* Lectionum libello ex codice MS. Iacobi Leclii: et nomenclatore graecarum dictionum iuris ad Harmenopulum, Geneu. 1587. 4. [*Constantini* selectae praecceptiones de agricultura, latine, per *Ian. Cornarium*, Basil. 1538. 8. (in cat. bibl. Leidens. pag. 142.) Posthac edituri erant Harmenopuli Promptuarium *Henr. Ernestius*, *Abr. Haverkampius*, qui edidit Specimen iuridicum ad Constantini Harmenopuli Promptuarii lib. II. tit. IV. §. 34. Lugd. Batau. 1738. postea a *Gerh. Oelrichs* Thes. diss. iurid. vol. I. tom. III. p. 43. insertum; et *Dau. Ruhnkens*. Sed horum conatus fuerunt irriti. Quo facto *Ger. Meermann.* persuasit *Gul. Otton. Reitzio*, ut curam nouae editionis susceperet, eique, operam suam ad hunc laborem profligandum pollicito, suppeditauit, quotquot ipse collegerat in graecum interpretem, subsidia tum codd. mss. tum collationum, tum animaduersionum, ab eruditis viris profectarum. Reitzius igitur duobus codd. MSS. aliisque subsidiis vsus textum graec. restituit atque emendauit, novam eamque elegantiorē versionem confecit et nomenclatorem graecum Gothofredi editioni adiectum auxit. Quia vero Reitzius quum vix ad finem opus perduxisset, et praefationi ultimam admouisset manum, animam efflauit: eius filius, Carolus Conradus, a Meermannō rogatus, secundum schedas paternas opus absoluit, quod post mortem Ger. Meermannī tandem huius filius Io. L. B. de Meermann edidit *Supplemento noui thesauri civilis et canonici*, Hagae Comitum, 1780. fol. init. cum inscriptione: *Constantini Harmenopuli Manuale legum, item leges agrariae, ex variis codd. MSS. emendauit atque auxit; noua versione latina adornauit; notasque et obseruat. complurium eruditorum, tam editas (n. Bern. a Rey, Io. Mercerii et Dion. Gothofredi,) quam ineditas, ut et suas, adiecit, nec non I. G. Sammet diatribam de Hypobolo subiunxit Gul. Otto Reitzius.* Textui gr. a pag. 1. subiecit lectionum varietatem, scholia vetera atque eruditorum animaduersiones; in praefatione autem vberius recenset subsidia, quibus ad emendandum aequae ac illustrandum Manuale vsus est. Ea autem fuerunt duo codd. Meermanniani, ineditus commentar. Eman. Soarez a Ribeira; obss. et collationes ad codd. anecdotae A. Penae, Ant. Contii, Gerh. Falkenburgii, Iac. Cuiacii, Ios. Scaligeri, Claud. Salmasii, Abr. Hauerkampii et Io. Dan. Ritteris, quorum ultimus lectiones varr. et loca lctorum exscripsit ex Harmenopulo Cuiacii, quem seruat bibliotheca Senatus Lipsiensis, iisque suas addidit obseruat. Pag. VI. praefat. ex cod. Meermann. integro vetus *Πρόλογος νόμων* in XL. tributum titulos continente, locum, ad initium *Προθεωρίας* Harmenop. §. 18. pertinentem, cum tabula titulorum, gr. et lat. cum Vauassoris, illud edituri, suisque notis inseruit, et pag. IX. animaduertit, hoc *Πρόλογος* non aliud esse, ac cuius titulos *I. H. Maius* in bibl. Vffenbachiana P. I. p. 522. exhibuit, in quibusdam tamen differre. Tum pag. XIII. sqq. repetuntur superiorum editionum dedicationes ac praefationes. *Sammeti* diatriba excipiunt p. 386. sqq. *leges agrariae*, ex quatuor codd. Meermannianis emendatae, gr. et lat. cum notis Reitzii et aliorum, Ex indice nominum propriorum de *Magistri Papou-*

Πρωτοδικαίς, citatis ab Harmenopulo in Prolegom. p. 6. adhuc observo, Gothofredo in nota aliisque videri, illum fuisse eundem cum *Cosma*, officiorum magistro sub Romano seniore, et a *Πρωτοδικῶν* scriptore diversum, sed iam dissensit Salmasius et ita iam Sussemlberg. in epist. dedicat. p. XIV. sq. ed. Reitz iudicavit, et Reitzio verosimile est, huius *Magistri* nomen non honoris titulum sed *κρίσιν ὄνομα* familiae fuisse: etc. — Fabricius noster infra in vol. XII. p. 429. sqq. recudi fecerat partem praefationis Harmenopuli, qua rationes, ob quas post Basilii Constantini et Leonis manuale legum aliud ipse novum composuerit, exponit. Illa quidem pars h. l. rectius resumenda fuerat; at, quoniam in Reitzii edit. p. 6. sqq. et emendatior et notis multis instructa legitur, eam et h. l. et infra in vol. XII. excludendam esse duxi. *Harl.*] — Germanice Harmenopuli *Hand-Buch und Auszug Kayserslicher und Burgerlicher Rechte*, D. Iusto Goblero interprete Francof. 1566. 1576. fol. MStum hoc opus in variis bibliothecis, ut caesarea [P] *Lambec.* VI. pag. 45. ²²) Coisliniana pag. 218. etc. Privata quidem auctoritate sed singulari studio concinnatum fuit ab Harmenopulo hoc Promtuarium, compendiumque iuridicum, supplens et emendans defectus veteris *πρωτοδικῆς*, quod in XL. tributum titulos auspiciis Basilii Macedonis, Constantini Porphyrogenetae et Leonis sapientis pridem compositum ipse commemorat: *) explanationibus etiam succinctis, quibus

²²) Siue p. 85. sqq. ed. Kollarii, in cod. XI. nr. 2. et nr. 3. exstat eiusd. Harmenopuli *Ecloga legum georgicar.* ex iure Iustiniano: Ibid. p. 91. nr. 8. cod. II. et p. 40. nr. 15. cod. III. ac p. 71. nr. 5. cod. VII. p. 84. nr. 5. cod. XI. pag. 99. nr. 2. cod. XII. vol. VIII. pag. 962. nr. 7. cod. XLVIII. sunt eadem *leges georgicae*. Ibid. pag. 45. vol. VI. nr. 22. cod. III. ex titulo quarto libri secundi Promtuarii §. 31. de *ἀμυνδύπλες* s. *oleariis*, ubi *Lambec.* et *Kollar.* de significatione voc. graec. barbari *Ἀμυνδύπλες* plura adferunt. add. Reitzii ind. graec. ad Promtuar. h. voc. et not. ad II. 4. §. 20. p. 122. — ibid. pag. 56. nr. 7. cod. VI. (vbi consules *Kollar.* notam,) excerpta quaedam miscell. de officiis magistratuum ac iudicum; ibid. p. 76. nr. 1. cod. X. p. 83. nr. 2. cod. XI. ac p. 99. nr. 2. cod. XII. ac vol. VIII. pag. 1007. nr. 12. cod. LIII. *Promtuarium* — Locus quidam de formula loquendi *ἐν αὐτῇ* apud Harmenopulum a *Lambecio*, rectius vero praefectus tribunali dicasterioque a *Kollario* in vol. IV. pag. 79. sqq. explicatur. — In vol. II. p. 922. nr. 4. cod. CDXLIX. *Georgii Crittonii* seu *Crittonei*, olim professoris Parisiens. praefat. in *Harmenopuli titulum de iudiciis*. — *Venetiiis* in bibl. Marc. cod. CLXXXII. et CLXXXIII. est *Promtuarium*; adiecta donatione *Constantini M.* item *ecloga legum georgicarum* et alia Harmenopuli opera. — (Ead. opusc. in cod. *Barocc.* CXLIX.) — in cod. DXXV. et DLXXX. *Prom-*

tuarium. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 105. 284. et 305. — *Matriti*, in cod. reg. LXXXV. cum legib. georgic. et aliis Harmenop. libris. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. pag. 347. sqq. — In cod. *Io. Mori* CCLXXXI. siue nr. 9467. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. Epitomes iuris civilis liber primus, latine. — *Paris.* in bibl. publ. codd. duodecim est adseruatum Harmenop. Promtuarium. v. indic. ad vol. II. cat. MSS. regg. Paris. — Secundum *Montfaucon.* in Bibl. bibliothecar. MSS. exstant pag. 12. *D.* in bibl. Vatic. Harmen. Hexabiblos, bis, et officia palatii. — pag. 644. *E.* in bibl. *Bodleiana*, Manuale legum. — *Florentiae* in bibl. Laurent. codd. XIX. nr. 1. plut. 21. et LXXXV. nr. 2. promtuarium ac nr. 7. *leges georgicae*: quos codd. copiosius recenset *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. III. pag. 250. et 417. — *Mosquae* in bibl. typographi synod. in 4. *Promtuarium* in codd. XLI. XLIV. et XLV. cum appendice quatuor legum, et legg. georgicis v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosquens. in 8. p. 322. 323. et 324. — Ibid. p. 84. nr. 7. in cod. CLI. sunt quaedam capp. excerpta ex scriptis Harmenopuli. *Harl.*

*) Conf. *Pohl.* ad *Suareffii* notitiam Basilis. p. 7. sqq. p. 14. sqq. praecipue p. 15. not. d. ubi Harmenopuli verba §. 20. *Πρωτοδικῆς* explicantur. et pag. 39. sqq. Id editum esse a Reitzio in *Meermaani* supplem. iam memorauimus. *Harl.*

bus leges adductas Principum et Ictorum veterum responsa illustrat, illud locupletavit, quas Mercerus atque inde Godofredus et minori typorum charactere et praeposito σχολίς vel ἐπεξηγήσεως titulo solent distinguere.

2. Ἐπιτομή τῶν θείων καὶ ἱερῶν κανόνων. *Epitome diuinorum et sacrorum canonum*, (tributa in sectiones sex, 1) de episcopis, 2) de presbyteris, diaconis, subdiaconis atque ephorcistis, 3) de clericis, 4) de monachis et monasteriis, 5) de laicis, 6) de mulieribus.) Πρόχειρον iuris canonici vocat *Nic. Comnenus* p. 219. praenot. mystagogicar. Cum scholiis *Citrensis* τῷ Κίτρης, qui p. II. nominatur, et *Philothei*, (qui patriarcha CPol. fuit a. 1354. et ab a. 1362. ad 1376.) graece et latine prodiit in *Marquardi Freheri* iure graeco romano lib. I. p. 1-71. ex graeco Io. Sambuci codice, adiuncta latina Io. Leunclauui versione. Francof. 1596. fol. Haec Epitome in aliquot codicibus caesareis exstat manu exarata, teste *Lambecio* V. p. 160. et VI. pag. 35. ac 37. *) quos cum editis conferri, postremum praecipue operae pretium fuerit. Ex eodem, [p. 87. sqq. Koll.] et nota *Philothei* adiecta non licet de aetate Harmenopuli dubitare, quam ideo hic etiam adscribere haud grauebor. Τὸ παρὸν ὅλον τὸ βιβλίον τῶν τε θείων καὶ φιλευσεβῶν νόμων καὶ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων συντέθειται πολλῶν πόνῳ, καὶ ὅπως ὀργάνῳ παρὰ τῷ πανσεβάστῃ νομοφύλακῳ τῷ εὐαγγεῖ βασιλικῷ σεκρέτῃ καὶ κριτῇ τῆς θεοσώσε πόλεως Θεσσαλονίκης κυρῷ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ τῷ ΑΡΜΕΝΟΠΟΥΛΟΥ ἐπὶ τῆς βασιλείας τῆς εὐσεβεστάτης καὶ φιλοχρίστῃ Δεσποίνῃς ἡμῶν καὶ Αὐτοκρατορίσσης κυρᾷ ΑΝΝΗΣ τῆς Παλαιολογίνης, καὶ τῷ ἐρασμιωτάτῃ ταύτης υἱῷ, τῷ εὐσεβεστάτῃ καὶ φιλοχρίστῃ Βασιλεῖς ἡμῶν καὶ Αὐτοκράτορσι Ρωμαίων κυρῷ ΙΩΑΝΝΟΥ τῷ Παλαιολόγῃ, ἐν ᾧ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἔσονται ἡδικοῦντες γ'. Hoc est: Praesens hic totus liber diuinarum ac piarum legum et sacrorum atque diuinorum canonum multo labore compositus et ita instructus est ab admodum venerabili nomophylace sacri imperatorii secreti et Iudice a deo seruatae urbis Thessalonicae, domino CONSTANTINO HARMENOPVLO, sub imperio piissimae et Christum amantis dominae atque imperatricis, dominae ANNAE Palaeologinae et dilectissimi [P] filii ipsius, piissimi et Christum amantis regis nostri atque imperatoris romanorum, domini IOANNIS Palaeologi, anno a creatione mundi 6853. Indictione decima tertia, siue anno Christi 1345. Huic suffragatur, quod idem Philotheus in ἀνατροπῇ τῶν γεγραμμένων παρὰ τῷ Ἀρμεναπέλῳ ἀναθεματισμῶν, quam in codice regio MMXXIII. lectam sibi laudat etiam Cangius glossario in Κριτῆς, Harmenopulum velut adhuc spirantem adloquitur his verbis: ὁ περὶ ταῦτα σοφὸς, σεβάστῃ νομοφύλαξ καὶ καθολικὴ κριτὴ

*) Siue p. 337. vol. V. nr. 8. cod. CCLIII. ed. Kollar. — in vol. VI. part. I. p. 79. nr. 4. cod. IX. pag. 85. nr. 5. cod. XI. a *Philotheo*, vt *Lambec.* arbitratur, suppleta et scholiis margin. illustrata; sed conf. Kollarii notam. it. in vol. VIII. p. 995. nr. 24. cod. LI. ibid. pag. 1010. nr. 20. cod. LIII. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XIX. nr. 2. plut. 81. et cod. LXXXV. nr. 4. plut. 89. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. tom. III. p. 232. et 418. — *Venetii* in bibl. Marc. cod. CLXXXII.

et cod. DLXXX. v. cat. codd. gr. Marc p. 105. et 305. — *Taurini* in cod. CCLXXVIII. I. v. cat. codd. gr. Taur. p. 380. — *Paris.* in octo codd. bibl. publ. v. indic. ad vol. II. cat. MSS. regg. Paris. p. VIII. — *Mosquae* in cod. typograph. synod. XX. nr. 4. et cod. XII. nr. 10. et cod. XLIV. nr. 3. v. *Matthaei* notit. citatam p. 313. 322. et 323. sq. — *Oxon.* in cod. Barocc. CXLIX. — *Matriti* in cod. reg. LXXXV. fol. 203. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 350. sq. *Harl.*

κρίτα Ἀρμενόπλου, πῶς ἐ καὶ αὐτὸ τοῖς γεγραμμένοις προσέθηκες; cum peritus sit huiusmodi rerum, venerabilis nomophylax et index generalis Harmenopule, cur non hoc quoque scriptis adieceris? etc. Vnde iam in edito a. 1650. opere de Synedriis lib. I. cap. 10. pag. 213. sq. Io. Seldenus monuit, de Harmenopuli aetate aliter esse omnino decernendum, quam viris doctis fuerat hactenus receptum, qui retulerunt ad saeculum duodecesimum, vt Marquardus Freherus in Chronologia iuri graeco-rom. praefixa, Iosephus Maria Suarezus in notitia Basilicorum, Iac. Gothofredus in manuali iuris, Philippus Labbeus et Casimirus Oudinus, et Lud. Ellies du Pin de scriptoribus ecclesiasticis, Tho. Ittigius praef. ad librum de haeresiar. chis p. 18. Io. Doulatius praenot. canon. p. 428. aliique.

3. Περὶ ὧν οἱ κατὰ καιρὸς αἱρετικοὶ ἔδοξαν. De opinionibus haeticorum, qui singulis temporibus exstiterunt. Incipit: Οἱ περὶ τὸν Ἀρεον. Sine ordine temporis disserit breuiter 1) de Arianis, 2) Macedonianis, 3) Sabellianis, 4) Apollinari, 5) Euryche et Dioscoro, 6) Paulo Samosateno, 7) Nestorianis, 8) Sergio, Pyrrhoque monothelitis, 9) Origenianis, 10) Petro Fullone, 11) Marcionitis ac Manichaeis, 12) Marcello, Photino et Sophronio, 13) Eunomianis, 14) Nouatianis, et 15) Sabbatianis, 16) Montani sectatoribus, 17) Donatistis, 18) Massalianis, qui etiam Enthusiastae et Valentiniani, (ita dicti, quod Valentini et Valentis imp. temporibus pullulauerint:) denique de Eleutherio Paphlagone atque 19) Bogomilis, ἔπερὶ περὶ τῆς κατὰ ἡμᾶς γεγενης, non diu ante nostram memoriam. Prodiit ex Io. Sambuci codice graece cum latina Io. Leunclauui versione ad calcem legationis Man. Comneni ad Armenios Basil. 1578. 8. p. 557-576. et in iure graeco-rom. Freheri pag. 547. Francof. 1596. fol. et in auctario bibl. patrum Ducaeano Parisi 1624. tomo I. et in bibl. patrum, Morellianae edit. a. 1644. 1654. tomo XI. Latine saepius in ceteris bibliothecae patrum editionibus, et ad calcem Honorii de haeresibus, Helmst. 1676. 4. Fabr. Codd. huius libelli exstant Florentiae in bibl. Laurent. cod. XIX. nr. 3. plut. 81. et cod. LXXXV. nr. 6. plut. 89. vid. Bandini cat. codd. gr. Laur. p. 233. et 418. — Venetiis in bibl. Marc. codd. CLXXXII. et CLXXXIII. cui adiecta est nota de aetate Harmenopuli, quae a Fabricio ad sect. 2. adfertur: v. cat. codd. gr. Marc. p. 105. — Paris. in bibl. publ. cod. MCCCLV. nr. 22. — in cod. MCCCLXI. nr. 6. et duobus sequent. — Vindobon. in cod. caes. CCLIII. nr. 2. — in cod. X. nr. 6. et in cod. LI. nr. 26. v. Lambec. vol. V. p. 334. VI. part. I. p. 79. atque vol. VIII. p. 696. Harl.

4. Περὶ πίστεως ὁρθοδόξου. De fide orthodoxa. Incipit: πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως Χριστιανόν. Libello de haeresibus subiicitur graece et latine [P] in prima editione p. 576-583. et in omnibus caeteris iam memoratis similiter recusum. In codicibus autem caesareis haec expositio fidei libello de haeresibus instar propemii praemittitur, vt notat Lambecius VI. pag. 35. 39. *). Eandem bis memoriter recitasse dicitur Harmenopulus morti vicinus eo ipso die,

c) Siue p. 79. nr. 5. cod. IX. et p. 86. sq. ed. vbi v. Köllar. et in vol. VIII. p. 696. nr. 25. cod. Köllar. in cod. XL nr. 6. it. pag. 99. nr. 3. cod. LI. — Florent. in bibl. Laurent. cod. LXXXV. XII. neq. nou in vol. V. p. 333. nr. 1. cod. CCLIII. nr. 5. plut. 89. praemittitur quoque libello de haeresibus, Vol. XI. L I

die, quo CPoli obiit sub Manuele Palaeologo, Kalendis Martii anno aetatis LXIII. Christi 1380. vel 1383. vt accuratius a Coreffio fupputari notat *Comnenus* pag. 144. In hac Eccliefi *Allatius* II. 2. de confenfu §. 8. pag. 493. monet contra Harmenopuli mentem addita ab editoribus iuris graeco-romani pag. 552. verba: καὶ τὴν υἱὴν, ac *Filio*, vbi de Spiritus S. proceffione fermo eft. Quod facile crediderim, licet futilem coniecturam Nic. Comnenus adpelleret. Certe in prima Leunclauui editione a. 1578. pag. 578. tantum legitur: Τὸ συναιδώς ἐν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ ἐκπορεύόμενον.

5. *Donatio Constantini magni* Silueftro papae, vt aiunt, facta, quam ex graeca Harmenopuli verfione dedi volum. VI. pag. 5. *) vulgauerat e graeco codice regio Parifiensis *Iul. Caefar. Bulingerus* lib. II. de imperio rom. c. 6. Exftat etiam in codicibus caefariis, de quibus *Lambecius* V. pag. 244. et VI. pag. 35. 38. nec non in Barocciano bibl. Bodleianae codice CIL.

6. *Tomus contra Gregorium Palamam* graece et latine editus fine nomine auctoris ab *Allatio* in Graecia Orthodoxa tom. I. pag. 780-785. Rom. 1652. 4. Harmenopulo vindicatus a Nic. Comneno pag. 144. praenotionum myftagogicarum. Incipit: Ἡ μὲν παρὰ τῷ Κυρίῳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστῷ.

Scripta Harmenopuli inedita.

7. *Difertatio de ieiunii quadragefimalis, aliorumque nonnullorum foennium ieiuniorum origine ac ratione.* Incipit: Ἰστὸν, ὅτι τὴν ἀγίαν καὶ μεγάλην τεσσαρακοσὴν νηστεύομεν ὡς

refibus, nr. 6. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. III. pag. 418. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCCLV. cum libello de haereticis et aliis operibus Harmenopuli: in cod. MCCCCLX. et tribus fequentibus, in quibus etiam praemittitur libello de haereticis. Praemittitur quoque in cod. *Barocc.* CXLIX. et cod. *Matrit.* reg. LXXXV. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 351. in quo cod. si recte intelligo verba Iriarti, leguntur verba καὶ τὴν υἱὴν. — *Mosquae* in cod. XLI. nr. 11. teste *Matthaei* in not. codd. gr. Mosq. p. 322. *Harl.*

d) Siue vol. VI. p. 698. fqq. nou. ed. vbi in nota f. iam plures citauit codd. mss. — Conf. etiam *Fabric.* infra in vol. XI. p. 352. fq. vet. ed. Editionibus ibid. memoratis addantur: *Constantini donatio* e graeco in latium conuerfa a *Bartholomeo Pincerno de monte arduo*, sine l. et a. 4. v. *Panzer.* A. T. IX. pag. 170. nr. 87. atque:

Donationis, quae Constantini dicitur, priuilegium: Barthol. Pincerno de monte arduo ad Iulium II. pont. max. interprete. *Laurentii Vallae.* — contra ipsam, vt falso creditum et ementitum priuilegium declamatio; cum *Vlrichi Hutteni*, equitis Germani, ad Leonem X. Pont. Max. praefat. *Nicolaus de Cusa* Tit. scilicet Petri ad viacula, de donatione Constantini: *Antonius* archiep. Florentin. de eadem re. *Hieron.* *Paulus Cathalanus*, I. V. D. ac cubicularius Alexandri VI. Pont. Max. de eadem donatione: sine a. l. et typogr. nota, in 8. Hutteni praefat. subscripta est: *ex arce Steckelberg. Cal. Decembr. 1517.* — codd. autem laudatis adde *Mosquens.* XLI. teste *Matthaei* in notit. codd. gr. Mosq. pag. 322. et cod. *Meermann.* ex quo lect. a Fabriciano textu in vol. VI. cit. diuerfas excerpfit et posuit *Reitzius* in Supplem. ad *Meerman.* nouum thes. iuris civil. et can. p. 374. *Harl.*

μὲν ὡς τῇ χροῖα ἔλα ἀποδεκάζουσιν. MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* VI. pag. 37. sq. *Fabr.* Siue p. 84. Kollar. nr. 4. cod. XI. *Harl.*

8. Ταὶ ὁφθίαι τῆ παλατίᾳ. Ταὶ ὁφθίαι τῆς μεγάλης ἐκκλησίας. *Catalogus officiorum aulae imperatoriae et magnae ecclesiae CPolitanae S. Sophiae.* id. p. 36. et 49. *Fabr.* In cod. Vindob. VII. nr. 10. *officia magnae eccles. CPolit. S. Sophiae* sine nomine auctoris. v. *Lambec.* VI. part. 1. pag. 72. sq. qui, hunc catalogum, censet, diligenter conferendum esse cum aliis eiusdem generis catalogis in *Georg. Codini* libro de officiis magnae ecclesiae et aulae CPolitanae, gr. et lat. edito, cum obseruat. et notis *Iac. Gretseri* et *Iac. Goar.* Paris. 1647. fol. et Kollar. adnotat, hoc opusculum *Constantino Harmenopulo* tribui inferius in cod. X. nr. 9. In hoc scilicet occurrit nr. 7. *Const. Harmenop. catal. officiorum aulae CPol.* nr. 9. autem ejusd. catal. officiorum magnae ecclesiae CPol. v. *Lambec.* VI. part. 1. pag. 80. atque 81. Kollar. autem in nota et monet illos catalogos in bibl. caesar. pluribus occurrere exemplis, et iudicat, eos mereri, qui non modo cum aliis conferantur, sed etiam separatim efferantur in lucem. — Idem duo catalogi in cod. LI. nr. 28. v. *Lambec.* VIII. pag. 996. — ibid. p. 961. nr. 4. cod. XLVIII. cat. officior. magnae eccl. CPol. sed nomine Harmenopuli omisso. — Bini catal. in cod. *Barocc.* CXLIX. et *Paris.* in bibl. publ. codd. MCCCCLX. ac tribus sequentibus, et MCCCCLXXXVI. — *Venet.* in bibl. Marc. codd. CLXXXII. et CLXXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. p. 105. *Harl.*

9. *Narratiuncula de tribus tomis synodicis* sub imp. Constantino Porphyrogenneto, sub imp. Manuele Comneno et Mich. Palaeologo compositis, in quibus anathemate percutiuntur, quicunque contra imperatores seditionem excitant, et per vim aut insidias imperium [[P]] invadere nituntur vel eorum adiutores et conficii. Incipit: ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πορφ. id. p. 35. *Fabr.* *Venet.* in bibl. Marc. CLXXXIII. v. cat. cit. p. 105. — *Vindobon.* in cod. IX. nr. 3. et cod. LIII. nr. 13. v. *Lambec.* VI. pag. 78. sq. et VIII. pag. 1008. vbi inscribitur. *Harmenop. epitome decretorum imp. Constantini Porphyrog. etc. contra deficientes, et, adfectata tyrannide, insidias vel mortem imperatoribus molientes:* atque citatur Ius graeco-romanum tom. I. p. 118. In eod. cod. nr. 14. subiicitur *Philothei, patriarchae CPol. commonitio de anathematismis ad Constant. Harmenop. qua probat, decreta illa de tyrannis et insidias imperatori struentibus, excommunicandis esse abolita.* v. not. Kollar. qui addit, exstare gr. et lat. in *Freheri* Iure graeco-romano, libr. IV. p. 288. sqq. Eadem *Philothei* refutatio anathematismorum supra scriptorum exstat in cod. Meermann. cuius praecipuas ab ed. Leunclau. ap. *Freher.* l. c. diuerfas lecit. enotauit *Reitzius* in *Supplem. ad Meermann.* nouo thesauro etc. pag. 374. — *Harmen. narratiuncula Venetiis* in bibl. Marc. cod. CLXXXIII. v. cat. cit. p. 105. — *Taurini* in cod. CCLXXVIII. ex quo confector cat. codd. gr. *Taur.* pag. 381. illam gr. et lat. euulgauit; sed eandem emendatiorem ex cod. *Matrit.* LXXXV. *Iriarte* in cat. codd. gr. *Matrit.* pag. 350. et *Reitzius* in *Supplem. ad Meermann.* l. cit. p. 374. gr. ac lat. ex cod. Meermann. ediderunt, et *Reitzius* adnotauit, primam partem, quantum ad *Const. Porphy.* iam a *Leunclau.* tom. I. p. 118. esse promulgatam, at lectiones interdum differre. *Harl.*

10. *Lexicon*, τὸ σεβαστὸν καὶ κριτὸν Θεσσαλονίκης τῷ Ἀρμενοπύλῳ λεξιπὸν κατὰ στοιχεῖον περιέχον τὰ κοινῶς γραφόμενα ῥήματα. Cuius pars MS. in bibl. caesarea *). Nescio, idemne, an aliud, quod septem folia in quarto implens exstat integrum in alio codice, atque inscribitur: λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον περιέχον τὰ πολυώνυμα τῶν ῥημάτων. Incipit: ἀγαπᾷ, φιλεῖ. Vide *Nesselium* I. p. 398. et IV. p. 120. Quod vero ab *Dapino* tom. IX. bibliothecae scriptor. eccles. p. 200. memoratur *Harimenopuli* Dictionarium, *Dictionaire du Droit Civil*, haud diuersum est ab eius *Promptuario* siue *Prochiro iuris*, de quo supra dictum. Vide *Baslii* respons. ad quaestiones hominis e Prouincia cap. 53. tom. I. p. 482. seq.

11. A Nicolao Comneno in praenotionibus myslagogicis praeterea subinde citantur *Harimenopuli scholia in pandectas*, vt p. 235. 238. 239. 268. 282. 400. in *codicem* p. 320. 321. in *Nouellis* p. 322. 388. in *Nouellam Leonis* ibid. et 197. *Libellus de testibus* p. 403. *Libellus de testimonio quomodo fiat*, quem in suam synopsis iuris retulit Thomas Diplomatatus id. 384. *Epistola* 21. ad *Sclerum* p. 226. 362. Idem Comnenus obseruat, *Harimenopulum* libenter insistere vestigiis Icti inter Graecos celebris *Tipuciti*, p. 884. et canonum interpretis *Theodori Prodromi*, p. 364. Multus etiam in eo *Comnenus* est p. 144. et 251. vt *Harimenopulum* *Balsamoni* praeferat, et a schismate *Photiano* alienum fuisse probet, insultetque *Maximo Margunio*, *Balsamonem* prae illo extollienti. Eundem *Margunium*, *Harimenopuli orationes* citantem, refellit pag. 272. negatque, orationes vllas aut dixisse viuum, aut fato functum reliquisse. Ipse enim, inquit, initio *commentariorum suorum in Digestum* se infandum et tardioris pronuntiationis hominem fatetur, eamque causam adfert, ob quam a dicendis causis impendendisque clientibus patrocinio se transtulit ad quietiorem legum meditationem.

Alii Constantini.

Constantinus quidam, cuius mores laudat, fortunam deplorat *Aeneas Gazaeus* Sophista epist. IX. *Fabr. Constantini*, (neque tamen additur, quis ille fuerit,) et *Vesti Grammatici* versus in laudem *Dioptras* et auctoris eius, *Philippi*: inc. ὁ τήνδ' ἀναγνὼς εὐπρόσδεκτον τὴν βιβλον. *Vindobon.* in cod. caes. CCXIII. nr. 6. v. *Lambec.* V. pag. 84. *Harl.*

Constantinus Acropolita, *Logotheta*, *Georgii Acropolitae* F. de quo vol. VI. p. 449. [siue vol. VII. p. 766. fqq. ed. nou. *Harl.*]

Constan-

e) Conf. supra ad vol. VI. pag. 949. fq. et p. 633. quibus add. cod. *Venet.* bibl. Marc. DXXV. (v. cat. add. gr. Marc. p. 284.) — In *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. I. pag. 623. E. inter codd. bibl. *Scorialens.* sic citatur: *Scholarii Armenopuli* prooemium de verborum constructione: item *Lexicon* ordinae litterarum: et p. 642.

E. inter codd. bibl. *Bodlei.* nr. 63. *Harimenopuli* lexicon: in catal. autem MSS. Angliae etc. 1. pag. 7. in cod. *Barocc.* LXVIII. inesse dicuntur *Harimen.* *Lexicon.* verborum synonymor. et eiusdem *Lexicon* verborum transitiuorum et intransitiuorum: — eadem et *Harimen.* prooemium de syntaxi verborum, in cod. *Barocc.* CLIX. *Harl.*

Constantinus *Afer*, peritus artis medicae, et monachus Casinensis Benedictinus circa a. 1072. varia vt ex arabico, sic ex graeco idiomate [P] in latinum transtulit, de quo dixi ad Trithem. de script. eccles. c. 286. Vide et Antonium Pagi ad a. 1087. n. 13. *Fabr.* In catalogo MSS. bibl. *Harleianae* nr. 3140. *Constant. Africani* de diaetis libri duo, et nr. 5098. eiusd. Theorica Pantegni. Sed de eo eiusque scriptis plura dicentur in elench. medicor. vett. infra, vol. XIII. p. 123. sqq. ed. vet. add. vol. XII. pag. 779. §. VI. ed. vet. et *Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. II. p. 694. sqq. ad a. 1060. *Harl.*

[*Constantinus Anagnostes* manu exarauit a. C. 1191. cod. *Vindobon.* XVII. v. *Lambec.* VI. part. 1. p. 126. *Harl.*]

Constantinus *Antiochenus* presbyter, qui S. Chrysostomi homilias in epistolam ad Hebraeos a notariis exceptas, ἀπὸ σημείων post eius fata in lucem protraxit. Ad hunc Chrysostomi epistolae. De eodem Palladius in vita Chrysostomi p. 144.

[*Constantin. Apameensis*, supra in h. vol. in Monotheletarum catalogo. *Harl.*]

[*Constantinus Arabita*, scripsit *Parecholacon*, quod continet varias descriptiones poeticas, vt cornae, radiorum solis etc. in cod. *Laurent.* VII. nr. 42. plut. 55. v. *Bandin.* cat. codd. gr. *Laurent.* II. p. 266. *Harl.*]

[*Constantinus Asynkitus*, aut *Asynkritus*; sed vtrumque corrupte pro Ἀσκητήης, et idem est, atque Constantinus Rheginus s. Africanus. v. indic. ad *Lambec.* VI. part. 2. p. 470. et 471. *Kollar.* *Bandin.* cat. codd. gr. *Laurent.* III. p. 142. sqq. vbi liber quidam in cod. IV. plut. 75. *viatica peregrinantis*, in linguam graecam translatus dicitur παρὰ Κωνσταντίνου περὶ ἀσκητικῆς τῆς πηγῆς, a Constantino Rhegino primo a secretis: in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. I. pag. 387. A et C duo codd. in eadem *Laurent.* bibl. obuui recensentur, sed in notitia prioris male quoque scriptum legitur *conuersus a Rhigene Protasecretis sine primo secretario Constantino ASYNCRITO Rhegensi.* Eiusdem libri sex codices adseruantur *Paris.* in bibl. publ. sed in cat. MSS. regg. *Par.* et in indice et in memoria singulorum codd. nomen perperam exaratum est *Constantinus Asyncritus.* *Harl.*

Constantinus *Cabasilas* Dyrrhaeii metropolita, qui Ioanni Citri episcopo quaestiones proposuit, ad quas ille respondet in iure graeco-rom. lib. V. p. 323. *Fabr.* Ex Ioannis, episcopi Citri responsis canonicis ad *Constantinam Cabasilam* sunt capita triginta duo, collecta et disposita a *Matthaeo Hieromonacho*, in cod. *Vindobon.* LI. nr. 14. v. *Lambec.* VIII. p. 990. qui praeterea citat Ius graeco-roman. a *Io. Leunclausio* et *Marquardo Frehero* edit. tom. I. pag. 323. et 330. sed, ibi illarum interrogationum et responsionum alium esse ordinem ac in cod. caesareo, animaduertit. *Harl.*

[*Constantinus Cephalas*, de quo iam multus fui supra in vol. VI. p. 426. sqq. add. ibidi pag. 424. *Harl.*]

[Constantinus Comes, et alius, *rhetor.* v. infra vol. XII. p. 345. ed. vet. *Harl.*]

Constantinus *Caesariensis*, de quo infra p. 679. [ed. vet.]

De Principibus et Hospodaribus Moldaviae eruditus nostra aetate, Constantino *Cantemirio* ^{f)} et Constantino *Demetrio* adi *Diarium Lipsiense Neuer Bücher-Saal* parte XLI. pag. 376. sq.

Constantinus *Chliarenus*. Vide infra, patriarcha.

Constantinus *Chrysomallus*, de cuius scriptis et erroribus circa a. 1137. CPoli damnatis *Leo Allatius* lib. II. de consensu c. 11. §. 1. pag. 644. sq. et *Guil. Beueregius* ad can. 60. apostol.

Constantinus, *diaconus* CPol. et chartophylax, cuius homilia in omnes martyres laudatur in synodo septima, actione quinta. Incipit: αἱ μὲν χειρὶ πανηγύρεις ὅσαι τὸ Φῶς. Vide *Allatium* de synodo Phot. pag. 451. Non diuersus hic mihi videtur a Constantino chartophylace, de quo Theophanes ad a. 790. De eius solutionibus quaestionum canonicarum vide *Lambecium* V. pag. 231. *Fabr.* f. pag. 476. ed. Kollar. nr. 6. cod. CCLXXXIII. add. supra in vol. X. pag. 288. sub fin. Eius Homilia exstat in duobus codd. *Scorial.* teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 617. B. et 618. C. nec non *Paris.* in bibl. publ. codd. MCLXXIV. nr. 37. et MCLXXIX. nr. 40. — Ibid. in cod. XMXCVIII. nr. 2. *Constantini* incerti (in indice ad vol. II. cat. MSS. regg. Paris. at in recensione codd. ipsa p. 198. *Constantii*-cuiusdam) ad Christum et Virginem homilia, versibus scripta. *Harl.*

[Constantinus, *Hermoniacus*, cuius metaphrasis in Homerum est *Leidas* in bibl. publ. v. huius catal. p. 349. nr. 93. sed confer supra, ad vol. I. p. 407. not. ii. *Harl.*

[Constantinus imperatori ab epistolis: v. supra, vol. VIII. pag. 81. et paullo post de Constantino Manasse. *Harl.*]

Constantini quam plures *episcopi* memorantur in subscriptionibus conciliorum, quas vide apud *Harduin.* tom. XI. p. 426. sq.

Georgius Constantinus, commentitius pro Georgio Codino, vide infra p. 699. [ed. vet.]

Constantinos *imperatores* vndecim cum annis quibus praefuerunt, ordine recensitos habes volum. VI. p. 752. [sed in noua ed. praetermissos.] Speciatim de Constantino magno eiusque scriptis dixi in eodem volumine p. 1. seq. [vol. VI. pag. 693. sqq. n. ed.] De scriptis Constantini Porphyrogenetae pag. 486. seq. [vol. VIII. pag. 1. sqq. nou. ed.] Constantini Despotae Nouella dictata a Theodoro Decapolita, MS. in bibl. caesarea. *Fabr.*

^{f)} Huius filius Seruanus Cantemirius ineunte septimo auno aetatis a. 1714. potentissimo Russo- rum imperatori Petro Alexidi Panegyricum dixit graece et latine excusum Petroburgi.

Fabr. Cel. *Sainte Croix* in *Examen des Historiens d'Alexandre le Grand*, ed. II. pag. 755. sq. quaedam de Constantino Porphyrogen. et p. 864. de eius praeceptore, Theodoro grammatico, adnotauit. Multa de *Constantini Porphyrogeniti* scriptis horumque edition. atque codd. docte exposuit *Ior. Sim. Affemannus* in bibl. iuris orientalis canon. et ciuilibus libr. II. c. 14. et 15. p. 275. sqq. *Harl.*

[*S.* Constantini *Iudaei* vita *Florent.* in cod. Laurent. XV. nr. 18. plut. 9. v. *Bandini* catal. codd. gr. Laurent. I. pag. 412. qui prouocat ad acta SSctor. ad diem XI. Mart. vbi de *Constantino*, confessore Carthagin. *Harl.*]

[*Ifacius* Constantinus de statu perfecti hominis, libri tres, in cod. *Vatic.* v. *Montfaut.* Bibl. biblioth. MSS. p. 101. C. et 102. B. *Harl.*]

Constantinus *Lascares*, Byzantius, cuius grammatica per Dionysium Parauisum excusa Mediolani a. 1476. 4. ex recognitione Demetrii [P] (Chalcondylae) Cretensis, exstat Hafniae apud Frid. Rostgaardum. Versio, quae in Veneta editione accessit, inepta est iudice H. Stephano, et quae scriptorem ipsum contemtibilem reddat, pag. 42. de graecae linguae studiis. Compendium octo partium orationis, cum versione Ioannis Crestoni, Placentini monachi, Mediolan. 1480. 4. Alias editiones memorauimus volum. VII. p. 39. [vol. VI. p. 329. nou. ed.] Expositio vaticinii Cosroaes, regis Persarum, de imperio romano, MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* V. p. 252. *Fabr.* Siue pag. 531. *Kollar.* nr. 25. cod. CCXCII. *Harl.*

[Constantinus *Lucita*, Protonotarius, ad quem epistolam gr. dedit Gregorius Chionias, quae exstat in cod. *Vindobon.* CCXCII. nr. 4. v. *Lambec.* V. p. 523. *Harl.*]

Constantinus *Lichades*. Vide infra, in patriarcha.

Constantinus *Manasser*, de cuius Chronico scripto versibus politicis circa a. 1150. et in a. 1081. desinente, dixi volumine VI. p. 157. ^g). Idem MS. in bibl. Coisliniana pag. 587. Nescio, diuersusne ab hoc sit Constantinus, imperatori quem non nominat ab epistolis, inter historicos Byzantinos laudatus a Georgio Codino pag. 17. Origg. CPol. Ex Constantini Manassae libro secundo *Hodosporici*, versibus iambicis scripti, locum adfert *Allatius* in notis ad Georgium Acropolitam p. 201. Idem habuit MS. sed in codice a tineis blattisque male habito misereque eroso huius Constantini *ἐκφρασην εἰκονισμάτων κατὰ μέσον μὲν ἔχοντων τὸν Κύκλωπα τὰς Ὀδυσσεὺς ἑταίρους διασπαράσσοντα καὶ ἐκθίσοντα, τὸν δὲ Ὀδυσσεὺς οὖν ἀσκὸν προφέροντα καὶ δεξιόμενον πόσει τὸν Κύκλωπα. Descriptionem imaginum in medio exhibentium Cyclopem Ulyssis amicos diripientem et vorantem, Ulyssesque prolati vini vitre Cyclopem potu extirpientem.* Incipit: Οὐδὲν ἄρα Φιλοκάλε ψυχῆς ὀλβιώτερον εἰ δ' ἅμα καὶ Φιλολόγος εὖρεθῃ. Praeterea ἐπικήδειον πρὸς

^g) Siue vol. VII. pag. 469. sq. nou. ed. Add. politicis *Vindobon.* in cod. XLIIX. nr. 3. et *Lambec.* de eo in vol. VI. part. 2. p. 368. sq. *Harl.* vsque ad imp. Nicephor. Botaniatem, versibus

πρὸς τὸν ἀποικοιχόμενον ἐπὶ τῶν δέησεων κύριον Νικήφορον τὸν Κομνηνόν. *Epicedium in obitum Nicephori Comneni, supplicium libellorum magistri.* Incipit: Ἀῖθρα βῶν γῆ πλο-
τάτη καὶ μήτηρ γονίμων χυμῶν; αἶρες δὲ εὖ πεπεραμένοι.

Constantinus ex Samosatensium vico Mananale *Manichaeus*, de quo Photius libro I. contra Manichaeos; *Montfaucon* bibl. Coislin. p. 358. seq.

[Constantinus, *medicus*, de quo v. infra in eleacho medicorum vett. in vol. XIII. pag. 127. vet. ed. *Harl.*]

[Constantinus *Meleinus* (*Μελέινος*), patricius et dux militum, cuius meminit Nicephorus in praef. ad librum de re militari et locum ex ea in cod. *Vindobon.* CXI. n. 8. posuit *Lambec.* in comment. vol. VII. p. 433. sqq. *Harl.*]

Constantinus *Meliteniota*, archidiaconus CPol. *Λατινόφρων*, qui cum patriarcha suo Ioanne Vecco in exilium pulsus obiit a. 1284. de illo dixi volum. IX. pag. 198. *Fabr.* S. vol. X. p. 400. not. n. edit. nou. add. infra in h. vol. vet. ed. pag. 436. sq. et vol. XII. pag. 780. vet. ed. Eius sermo de ecclesiarum tam graecae, quam latinae vnione, *Florent.* in cod. Laurent. XXVI. nr. 25. plut. 8. v. *Bandin.* eat. codd. gr. Laur. I. pag. 384. — Constantini *Melitinae episcopi*, qui patriarchae Iacobitarum titulum vsurpauit, meminit *Assermann.* in bibl. orient. tom. II. p. 382. *Harl.*

[Constantinus *monachus* montis Athus: sermo περὶ τῆς τῆς Γενγοῦ ψευδογραφίας, *Mosquae* in cod. synod. CCCXXIX. fin. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. in 8. pag. 213. et indic. *Harl.*

[Constantini *Neapolitani* scripta quaedam, *Mediolani* in bibl. Ambros. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 295. B. — *Tomafinus* in bibliothecis Patauinis etc. p. 126. citat codicem suum, in quo sunt adnotatt. in librum lat. de Vrinis, carmine scriptum ab incerto, isque suspicatur, esse *Constantini monachi*. — *Nicol. Toppius* in bibliotheca Neapolitana 1678. fol. p. 68. plures profert Constantinos *Neapolitanos* recentioris potissimum aetatis, e quibus tantum huc pertinet Constant. *Neapol.* philosophus *pythagoricus*, qui scripsisse dicitur de abstinentia a carne comedenda, eique respondisse Porphyrium in libro I. de abstinentia adnotatur. — ibidem excitatur Constantinus *papa*, doctor Neapolitanus, auctor libri: *Ad arbitrium magnae curiae vicariae, quod vulgo praemi-
nentia vocatur, atque editum diui Augusti* etc. Neapoli 1594. 4. *Harl.*

Constantinus *papa* ab a. C. 708. ad 715. Ad hunc epistola apologetica Ioannis CPol. tom. III. concil. *Harduin.* pag. 1838. Eius epistola ad Brithwaldum archiep. Cantuariensem id. p. 1837. [v. infra, vol. XI. p. 474. ed. vet. — Epistola *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XVIII. plut. 16. inter epistolas variorum pontificum, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. I. p. 278. *A. Harl.*]

[P] Constantinus anti-papa a. 767. cuius nonnulla leguntur in volumine epistolarum pontificum, quod edidit Gretserus, Ingolst. 1613. 4.

Constan-

Constantini patriarchae CPolitani fuere quinque, vel saltem quatuor nam de primo, quem Cestinum vel Castinum alii vocant, et tertio saeculo volunt fuisse, non adeo exploratum. 1) Constantinus Cancellarius, fuit ab a. 674. ad 676. 2) Constantinus episcopus Syllaei, ab a. 754. ad 766., de quo historia miscella XXII. 24. 41. 46. seq. 3) Constantinus Lychudes, ab a. 1059. ad 1064. cuius decreta duo synodica de seruo criminali et de sacerdote caedis reo ac deposito, in iure graeco-rom. lib. IV. pag. 264. 265. apud Thomam Diplouatacium in synopsi iuris graeci. Et 4) Constantinus Chliarenus, a. 1154. cuius synodica varia citat in praenotionibus mystagogicis Nicolaus Comnenus, vt de Clerico milite pag. 250. de nuptiis pag. 286. de periuriis pag. 287. et de homicidiis latronum ^{h)} p. 257. quod exstat in iure graeco romano lib. III. pag. 210. Fabr. In cod. Florent. Laurent. XXXVII. plut. 17. qui continet Homilias variorum, in Montfauc. Bibl. biblioth. MSS. I. pag. 280. D. exstare etiam dicuntur sermones Constantini, qui in indice ad illud vol. cognominatur Patriarcha. Add. cod. Mosquens. X. fin. in Matthaei notit. codd. gr. Mosq. pag. 26. et supra in h. vol. in indice scriptor. in concil. Lateranensi etc. vbi quoque de Constantino Pogonata imperat. quaedam notantur. Harl.

[Constantinus philosophus, cuius paraphrasis libri Perihermenias Pselli, Florent. in cod. Laurent. XXVI. plut. 10. in Montfauc. Bibl. biblioth. MSS. I. p. 266. B. sic memoratur: paraphrasis — excerpta a Constantino Vestarcho et summo philosophorum. Harl.]

[Constantinus presbyter scripsit vitam S. Germani, MS. in bibl. Bodl. in cod. Guil. Laudi, nr. 1174. cat. MSS. Angliae etc. tom. I. et nr. 2641. in cod. Bodlei. XLII. 1. vbi (vti in Montfauc. Bibl. biblioth. MSS. pag. 657. B.) eadem tribuitur Constantio Presbytero; contra in indice Constantino Presbyt. Harl.]

Constantinus Psellus, de quo Allatius libro de Psellis sect. 50. et 80. Hunc, mutato nomine, eundem cum Michaelē Psello, Michaelis Ducae praeceptore esse, putabat Cangius in glossario graeco p. 1637.

[Constantinus quaeffor, cuius iambi gr. in magnum incendium, quod accidit CPoli a. Ch. 1197. d. 25. Iul. exstant Venetiis in cod. Marc. DXXIV. v. catal. codd. gr. Marc. pag. 282. Harl.]

Constantinus Reginus, qui ex protosecretario, (corrupte Asyncritus pro ἀσυνκρίτης Lambec. VI. p. 200. ⁱ⁾ Roberti Guiscardi, Nortmannorum, Apuliae, Calabriae et Siciliae ducis a. 1072. factus est monachus Casinensis, idem cum Constantino Afro, de quo supra. [vid. p. 269.]

Constan-

^{h)} Memorat Harmenodulus in synopsi canonum pag. 59.

ⁱ⁾ [S. pag. 286. not. 4. ed. Kollar. et supra Vol. XI.

Constantin. Asynkitus etc. atque Montfauc. in Bibl. biblioth. MSS. p. 495. B. de eius libris II. in codd. bibl. Mediolan. Ambros. Harl.]

Constantinus sacerdos, ad quem circa a. 1095. scripsit Philippus solitarius, auctor Dioptrae, de differentia inter intercessionem et auxilium sanctorum.

Constantinus Siculus philosophus, cuius carmen graecum anacreonticum alphabeticum super periculo parentum et fratrum suorum in mari, MS. in bibl. caesarea memorat *Lambecius* V. pag. 295. *) Incipit: ἀπὸ μεσικῶν μελάθρων.

[Varii Constantini Syri et alii passim occurrunt in *Assmanni* bibl. orientali: v. indic. ad tom. I. p. 638. et ad tom. II. p. 525. In his tom. I. p. 273. Constantinus, qui Theodosiopolin, Armeniae urbem, cui erat praefectus, a. C. 502. Cauadi, Persarum regi, prodidit; dein a. C. 504. ad Romanos profugit, et ab imperatore inter ecclesiae presbyteros cooptatus et Nicaeae consistere iussus est. — Tum ibid. pag. 502. not. 12. Constantinus, *Syracusanus* diaconus, qui eligitur patriarcha Antiochiae, et statim, cognito eius ingenio, deponitur. *Harl.*]

Constantinus *Tarsensis* siue *Tarsita*, cuius epigramma graecum in Antiochi monachi Pandectem, ex codice, quem totum manu ille sua scripserat, edidit *Lambecius* III. pag. 138. [f. pag. 350. ed. Koll. nr. 9. cod. LXXIII. *Harl.*] Aliud in librum S. Chrysostomi de Virginitate,

Constantinus, *Tii* in ponto episcopus, qui synodo Photianae interfuit, cuius homilia in S. Euphemiae reliquiarum inuentionem exstat latine apud Lipomannum tomo VI. et apud Surium XI. Iulii. Graece incipit: ἤκω τὸ ἐπιτάγμα Φέρον, MS. in bibl. Bodlei. [nr. 3383. cat. codd. Angliae etc. add. supra, vol. X. p. 225. — in cod. bibl. Sfortian. sec. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 700. B. vbi vero, nescio an typothetae errore, Constantin. ille vocatur episcopus Tyri. *Harl.*]

[P] Constantinus *Barinus* siue *Varinus*, qui CPoli libros quosdam graecos manuscriptos habuit, quorum catalogus exstat apud *Possuinum* ad calcem tomi II. Apparatus sacri p. 45. 46. in his fuit Symmachi interpretatio Psalterii et totius Vet. test. Zachariae rhetoris hist. ecclesiastica, aliaque eximia, quae necdum lucem viderunt monumenta.

Constantinus recens scriptor, qui versibus politicis graeco-barbaris expressit historiam Apollonii Tyrii. Prodiit Venetiis a. 1600. et 1696. 8. διήγησις ὡραιότητη, Ἀπολλωνίου τῆ ἐν Τύρῳ ἐρημιάδα.

De Ro-

*) Siue p. 620. Kollar. nr. 4. cod. CCCXXXIII. Idem carmen est *Oxon.* in cod. Barocc. CXXXIII. — *Florentiae* in cod. Medic. Laurent. LII. plut. 92. sunt alia eiusdem carmina: scil. nr. 8. carmen anacreonticum: quae verba dixerit Apollo, persequens Daphnen, et rosas spinas recordatus: nr. 9. ode amatoria: nr. 10. versus ana-

creontici in quemdam virginis amatorem, per alphabetum: nr. 11. carm. iambicum ad imper. Isaacum Comnenum; nr. 12. versus iambici, quum scabie quondam laboraret. v. Bandin. cat. codd. gr. Laurent. tom. II. pag. 211. sq. et conf. supra, vol. IV. p. 427. med. et p. 469. *Harl.*

De Roberto Constantino, cuius insigne Lexicon graeco latinum habemus, dixi supra pag. 77. seq. [f. p. 656. sq. vol. VI. nou. edit. Harl.]

VI. NICON monachus et archimandrita Armenius, sanctitatis et miraculorum fama celebratus, et, quod iugiter inclamaret, agendam esse poenitentiam, cognomento adpellatus μετανοήτε, poenitentiam agite, diem obiit a. 998. Memoriam eius celebrant Martyrologia et Menologia XXVI. Nouembr. Vitam eius a. 1150. scripsit abbas quidam patria Lacedaemonius, incipit: εἰς τὸ πῶς ἡ χερόνα, γνώμη δὲ μάλλον σεβῆσαι¹⁾. Latine vertit Sirmondus, ex qua plura adfert Baronius tom. X. Annalium ad a. 961. 969. 981. 982. 986. 998. Huius, ut putant, Niconis breue, sed non exigui momenti scriptum περὶ τῆς δυσσεβῆς θεησεύσεως τῶν κακίστων Ἀρμενίων, de impia pessimorum Armeniorum religione, ad calcem Balsamonis pag. 86. et apud Beueregium notis ad can. 56. Trullan. pag. 158. sq. et in bibliothecis patrum, ut tom. XXV. edit. Lugd. pag. 327. Latine editum ex versione non felici semper Gentiani. Herueti. Sed graece et latine exhibetur a Cotelerio in notis ad patres apostolicos, ad lib. II. Constitut. apostol. cap. 24. pag. 235. 236.^{m)} incipit: τὰ παρὰ Ἀρμενίων γινόμενα παραλόγων. Et cum hac meretur conferri, quam dedit idem ad lib. V. cap. 13. pag. 314. ἀποσταξίς τῶν αἰρετικῶν Ἀρμενίων, renuntiatio haereticorum Armeniorum. Incipit. Ἐγὼ ὁ δέσνας ἡ ἡμεῖς etc. Vfus est Cotelerius codice graeco regio Paris. MDCCLXXXVIII. Post Balsamonem et in bibliothecis patrum praemittitur latine Niconis ex epistola ad Ἐγκλεσον, siue inclusum monachum, de iniuria excommunicatione. Incipit: Scias autem pater. Si eadem est, quam memorat Lambecius VI. pag. 31.ⁿ⁾ illum oportet esse iuniorem Niconem, quoniam in illa mentio Nicolai grammatici, qui patriarcha fuit CPol. ab a. 1084-1111. Fuit vero et alius Nicon iunior, monachus Reithensis [P] Palaestinus, qui sub Constantino Duca^{o)} circa a. 1060. collegit Πανδέκτην τῶν ἐρμηνειῶν τῶν

M m 2

δείων

1) Vita et miracula Scti Niconis, Romae in bibl. Sfortiana, teste Montfaucon. in Bibl. biblioth. MSS. p. 701. C. Harl.

m) Col. 152. a. 1672. auctoribus Caueo et Oudin. Harl.

n) Siue pag. 88. Kollar. nr. 16. cod. VI. Sed Kollar. in not. A. primum contra Lambec. mouet, excerpta ista in cod. dici non posse misce-lanea, quum ad duo potissimum capita, n. ad disciplinam excommunicationis ecclesiasticae et matrimonii sacramentum, ex diuersorum operibus collecta, pertineant: tum contra Fabricium nostrum docet, excerptum τὰ ἀγία Νίκωνος ἐκ τῆς αὐτοῦ ἐπιστολῆς, cuius initium; γίνωσκε πάτερ, recte tribui Niconi monacho et archimandritae Armenio; nullam enim in illo fieri mentionem Nicolai grammatici: quippe quum in hoc cod. caesareo singula excerpta in fronte et in calce singulis cruculis notata ab aliis excerptis fecernantur: ad

quod quum non aduertisset animum exscriptor, omnia vna serie vulgauit, et Fabricium quoque in errorem induxit. Tertio autem sequi, ostendit Kollar., excerptum Clementis PP. et quarto demum Nicolai, patriarchae CPolitani, excerptum, et alia deinceps. — De Nicone ipso conf. Caus. hist. litter. SS. eccl. II. p. 103. ad a. 961. — Oudin. comment. de SS. eccl. tom. II. col. 462. sqq. ad a. 960. Hamberger zuverläss. Nachrichten etc. tom. III. p. 707. sq. a quo praeterea memoratur vita Niconis, ex actis eius ab abbate monasterii S. Niconis, graece scriptis, interprete Iac. Sirmondo, ap. Sirium, d. 27. Nou. eadem integra, in E. Martene collect. ampliss. tom. VI. p. 837. v. etiam supra, vol. X. p. 299. — Schroeckh. hist. eccl. christian. tom. XXI. p. 313. — Christoph. Saxii onom. II. pag. 153. Harl.

o) Prologus Niconis pandecte praemissus a iuniori scriptore apud Montfaucon. pag. 189. καὶ

711

ῥείων ἐντολῶν τῷ Κυρίῳ, *Pandectem de interpretatione mandatorum diuinorum*, duobus distinctum libris et λόγοις siue capitibus LXIII. Adhuc ineditus, dignus autem luce, in variis bibliothecis, vt regia *) et Coisliniana MS. seruatur. *Ornat*, inquit Cotelierius †), *bibliothecam regiam optimus liber, qui collectus est ex diuinis Scripturis, sacris canonibus, testimoniis sanctorum patrum, aliisque monumentis ecclesiasticis, nec non legibus civilibus.* De Coislinianis codicibus *Montfauconus* in catalogo bibl. Coislinianae pag. III. 189. sq. et pag. 197. et 295.

Initio huius libri a S. Nicone adornati, praemittitur prologus hoc titulo: λόγος διαλαμβάνων περὶ τῆς ὑποθέσεως τῆ βιβλίας τῶν ἐρμηνειῶν. Principium hic habet: αὕτη ἡ βιβλος τὰς τῷ Κυρίῳ μὲν ἐντολαῖς καὶ τὰς τῶν ἐρμηνείας περιέχει. Deinde sequitur proos-

τοι ἄλλοι μοναχοὶ ἰδιώται μὲν τῷ λόγῳ ἀλλ' ἐκ τῆς γνώσεως — — — ὃν οἶκον πεφυτευμένον Θεὸς κατὰ τὸ Ματθαίου ὅρος καλέμενον, σημάσις ἰνδιακρίψας χρόνον ἐφ' ἡμεῖς καὶ ἐν καιρὸν δηλαδὴ Κωνσταντῖνος ὁ Δεκάς τὸ ἱππύμνηον τὰς τῆς βασιλείας ἐνεπεχαρίσθη εἰκασας.

p) Nimirum in cod. bibl. publ. *Paris*. DCCCLXXVI. pag. 167. vol. II. cat. MSSSt. regg. vbi confector catalogi praefixum capitulum LXIII. indicem ob oculos posuit, et in codd. quatuor sequentibus, (in quibus tamen quaedam desiderantur:) et in cod. MLXVII. praemittitur, inquit confector catal. cit. pag. 212. praefatio, vbi auctor dicitur ad hocce opus scribendum animum adpulisse, hortantibus patriarcha Antiocheno, metropolitae et episcopis. Quum enim Agareni, siue Saraceni, veterum ecclesiae monumentorum nulli parcerent: verendi locus erat, ne praecipua religionis christianae capita ex hominum animis elaberentur. — Add. *Oudin*. l. c. et, quem ille citat, *Car. du Fresne du Cange* in catal. codd. gr. quem subiunxit Glossario med. et infimae Graecitatis col. 31. — *Florentiae* in cod. *Laurent*. IV. plut. 6. sunt, nomine collectoris non addito, expositiones sacrorum praeceptorum, capp. 63. comprehensae. *Bandinius*, in cat. codd. gr. *Laur*. I. p. 92, sqq. copiose eum codicem, tum adhuc ignorans collectoris nomen, recensuit, et totum ex eo indicem longum gr. descripsit; tum p. 98. sqq. quia totum opus patrum ecclesiasticorum atque conciliorum auctoritate constatum est, nomina operaque patrum, quorum adducuntur enarrationes conciliorumque et alia loca, vnde petita sunt testimonia, prout in codice reperiuntur, ordine alphabetico, multo

plenius atque curatius, quam a Fabricio factum est, adnotantur. Ex eo indice pauca suppleui. *Bandinius* vero postea in cod. vol. pag. 435. et in vol. II. pag. 603. duce Fabricio nostro, agnouit illius *Florilegii* auctorem, *Niconem Rhaitensem*, et priore loco similem, quae tamen a superiore collect. differre dicitur, incerti auctoris collectionem sacrorum praeceptorum, in cod. *Laurent*. XXVI. plut. IX. fusiis recensuit. — Ibid. in cod. XIII. nr. 2. plut. 60. sunt *Niconis* monachi capita quaedam ascetica: de quibus multus est *Bandin*. l. c. vol. II. p. 602. sq. — *Taurini* in cod. regio CCIV. est eadem *Niconis*, (nomine tamen illius non addito,) *expositio*, triginta octo capp. constans, v. catal. codd. gr. *Taur*. p. 302. sq. vbi quoque patrum nomina, concilia aliaque loca, vnde sumta sunt testimonia, adnotantur. — *Venetis* in cod. *Naniano* LXX. quem late persequutus est, et auctores, ex quibus contextuit *Nicon* suum florilegium, retulit (*Mingarellius*) in cat. codd. gr. *Nan*. pag. 134. sqq. — *Mediolani* in cod. bibl. *Ambrosi*. exstat *Niconis* monachi in obitum *SSt. patrum, intersectorum in monte Sina*, teste *Montfaucon*. in *Bibl. biblioth.* MSSSt. I. pag. 302. *B.* Varias locorum communium collectiones ineditas ego et *Fabricius* supra in vol. IX. pag. 758. sq. commemorauimus. *Hart.*

q) Cotelierius in notis ad homiliam X. *Clementii*. tom. I. patrum apostol. pag. 707. Idem *Niconem* collectorem ineditum citat passim vt pag. 292. 312. etc. [et in *Monum. eccl. gr.* tom. III. p. 459. particulam edidit, teste *Hambergero* l. c. *Hart.*]

prooemium in librum Niconis hoc initio: ἔδεν μὲν ἡμᾶς, φησὶν ὁ θεὸς Χρυσόστομος, μὴ δὲ δα-
σθαι. Est totum opus amplissima collectio locorum scripturae, SS. PP. et scriptorum eccle-
siasticorum, itemque synodorum. Scriptores autem et synodi unde loca desumpta fuere, hi sunt:

- [Agatho, Bandin. I. p. 98.]
 [Alexander ad magnum Eusebium. (Macarius Alex.)]
 Ammonius ex interpretatione actorum apo-
 stolorum.
 Anastasius Sinaita.
 Constitutiones apostolicæ.
 Athanasius.
 Barsanuphius.
 Basilus magnus ἐκ τῶν παροιμιῶν.
 [Carpathius.]
 Cassianus.
 Chronicon (fortasse Syncelli.)
 Ex chronico imperatorum de tempore Basi-
 lii Macedonis.
 Clemens rom.
 Clementia seu Clementina.
 Cyrillus Hierosolymitanus. [et Alexandri-
 nus.]
 Diadochus.
 Didymus.
 Dionysius Arcopagita.
 Dionysius Alexandrinus.
 Dorotheus.
 S. Ephrem.
 S. Epiphanius.
 Esaias monachus.
 Euagrius.
 Eusebius Pamphili.
 Ἡ Εὐθymiᾶν ἱστορία.
 [P] Gennadius CPol.
 Γεροντικόν.
 Gregorius Thaumaturgus.
 Gregorius Theologus.
 Gregorius Nyssenus.
 Gregorius Dialogus, papa.
 Ignatius ad Polycarpum.
 Inclusus ad S. Simeonem Thaumaturgum.
 Ioannes Chrysostomus, sæpissime. Eis τὰς
 μαργαρίτας.
 Ioannes Climacus.
 Ioannes Damascenus de hæresibus.
 Ioannes Hesychastes.
 Ioannes ieiunator.
 Isaacus Syrus.
 [Isaias S.]
 Isidorus Pelusiota.
 Lausiaca historia.
 Leges Ciuiles.
 Macarius.
 Macarius Alex. ad magnum Eusebium Alex-
 andrinum.
 Marcianus Bethlehemita.
 Marcus.
 Martyrium S. Anastasie, S. Dionysii Areo-
 pag. S. Eugenie.
 Maximus.
 Methodius CPolitanus.
 Nicephorus CPol.
 Nilus.
 Nomocanon Basilii.
 Nomocanon Ieiunatoris.
 S. Orsicius. [Orsicius, in cod. Taur.]
 Petrus Alexandrinus, canone XV.
 Philo Iudæus.
 Philo Carpathius.
 Poemen siue pastor.
 Simeonis epistola ad inclusum.
 [Studita.]
 Synodus Nicaena, Laodicensis, Neocaesar.
 Sardicensis, Ancyrana, Antiochena,
 Gangrensis, Carthaginensis.
 Chalcedonenensis.
 CPol. in templo SS. apostolorum.

Mm 3

Synodu

Synodus sexta, septima siue Nicaena secunda: synodus nona.

Tarasius CPol. Epistola ad Adrianum papam.
Theodorus Studita.

Eius testamentum.

Theodoretus.

Theophilus Alexandrinus.

Timotheus Alexandrinus.

Vita S. Antonii, [Barsanuphii.] S. Charitonis, S. Cyrilli Alex. Danielis Stylitae, S.

Epiphanii. S. Marcelli monachi et acemetae. S. Ioannis Chrysostomi. S. Ioannis Eleemosynarii. S. Ioannicii. Ioannis CPol. Nesteutae. S. Nicolai. S. Pachomii, S. Pausii, S. Philemonis, S. Sabae, S. Simeonis Archimandritae, S. Simeonis Thaumaturgi. S. Stephani iunioris. S. Theodori Edeffeni. Theodori τῆ ἡγιασμένῃ etc.

Vita sanctorum Ἀββᾶδων (Abbatum.)

Ex eodem Niconis Pandecte quaedam publicauit *Cotelerius* tom. III. monument. ecclesiae graecae p. 420-424. qui etiam consulendus in notis p. 644. seq. ubi obseruat, ab eo sub Iohannis Nicaeni [P] nomine ex epistola ad Zachariam catholicum laudari, quae leguntur in Isaac catholici inuectiua in Armenios, de qua dixi supra p. 173. ed. vet. Idem memorat scriptum huius Niconis de ieiunio S. Mariae, MS. in codice regio Paris. MMMXXVII. (olim MCCCXXVI. *) hoc titulo: Τῆ ὁσιωτάτης Νίκωνος μοναχῆ τῆς ἁγίας Θεοτόκου τῆς Παυθῆ εἰδήσεως περὶ τῆς πανσέπτῃς νηστείας τῆς παναγίας Θεοτόκου καὶ ἀειπαρέδνης Μαρίας. Incipit: χερὲν εἰδέναι ὅτι ἡ τῆς ὑπερενδόξης Θεοτόκου νηστεία ἐ κατὰ τάξιν ἐγγράφως κεῖται εἰς τὸ παρὸν τυπικόν etc. Confer eundem *Cotelerium* p. 650. seq. *Geronticon* Niconis, eiusque Gerontici sermo XXIX. citatur a *Montfaucono* p. 13. palaeographiae graecae, quod non diuersum est a narrationibus eius asceticis laudatis ab *Allatio* p. 746. de purgatorio. Εὐχὴ ἡμερὶν τῆς ἁγίας Νίκωνος MS. memoratur apud *Lambecium* III. p. 35. [pag. 95. ed. Koll. in cod. XIX. add. *Bandin.* l. c. II. pag. 602. sq.] Fuit etiam *Nicon* Agrigentinus, discipulus *Aсклеpiadis* medici, cuius mentio apud *Stephanum* Byz. in *Δυεῖράχιον*. [De duobus medicis Niconibus v. infra in vol. XIII. p. 350. in elencho medicor. vett. — Antiquior *Nicon* circ. a. 531. transcribenda curauit *Opera* S. Ephraem Syri. v. *Oudin.* l. c. II. col. 464. sq. *Harl.*] *Nicon*, Sexti Fadii praeceptor, cuius liber περὶ πολυφαγίας memoratur a *Cicerone* VII. 20. epist. ad Trebatium: nisi sit *Micon* *Celli*, *Plinii*que. *Nicon* hypopsephius Chalcedonensis, laudatus a *Nicolao Comneno*. Et *Nicon* episcopus, martyr sub Decio, de quo *Acta* sanctor. 23. Martii. [v. supra vol. X. p. 299. *Harl.*] Vt omittam *Niconem* de quo *Artemidorus* IV. 82. etc.

VII. ANDRONICVS CAMATERVS, Manuelis Comneni imp. qui ab a. 1143. ad 1180. praefuit, adfinis, atque ab eodem auctus dignitate Sebastii et praefectus Urbis ac Drungarius τῆς βίγλας siue praefectus vigilum constitutus *), scripsit *Hoplothecam sacram* et antirrheticos

*) In cat. MSS. bibl. regiae, vol. II. p. 308. cod. ille numeratur MCCCLXX. in quo nr. 34. citatur *Nicon monachus de ieiunio* deiparae. Idem sermo existat *Venetis* in cod. Naniano CCXXVI. nr. 12. et tituli initium paullulum di-

uersum est: τῆ ὁσ. Νίκωνος μοναχῆ τῆς μονῆς τῆς ἁγίας Θεοτόκου Παυθῆ etc. Tum sequitur eiusdem Niconis de eadem re responsum. v. catal. codd. gr. Naurp. 416. *Harl.*

pirrheticos libros Latinis oppositos. Principium antirrheticorum citat Nic. Comnenus p. 173. praenot. myſtagog. et pag. 282. *libri contra latinos interrogationem centesimam.* Partem Litri, in quo Manuelis imp. personam induens, cum cardinalibus romanis de processione spiritus S. disputat, diu post confutandam sibi sumſit Io. Veccus ab a. 1274. ad 1282. patriarcha CPol. in ἀντιρρητικαῖς τῶν ἐπὶ ταῖς περὶ τῶ ἀγίῳ Πνεύματι γραφικαῖς χρήσεσιν ἐπιστάσιων Κυρίῳ Ἀνδρονίκῳ τῷ Καματήρῳ. Haec ἀντιρρητικά in quibus post Camateri ἐπιστάσιος, Vecci responsio subinde subiicitur, graece et latine vulgavit Allatius in Graecia Orthodoxa Rom. 1652. 4. tom. II. pag. 287-521. Camateri ipsius scripta necdum lucem viderunt, nec, quae in bibl. Bauarica ¹⁾ seruata sunt, disputatio sub Manuelis imp. nomine cum doctore Armeniorum Petro, et libellus de [P] duabus in Christo naturis. Huius Andronici Camateri filius fuit Ioannes Ducas, cui Eustathius dedicauit commentarium suum in Dionysium periegetem. Vide Cangii notas ad Cinnamum p. 467. seq. et glossar. graec. p. 1295.

ALEXANDRVM CAMATERVM iu refutatione animaduersionum Ioannis Vecci citat Nic. Comnenus p. 242. Praenotion. myſtagog.

BASILIVS CAMATERVS, patriarcha CPol. a. 1183-1186.

IOANNES CAMATERVS, ab a. 1198. ad captam vsque a. 1204. a Latinis urbem patriarcha CPolitanus, quem Ephraemus in chronologia patriarcharum iambis scripta his verbis celebrat apud Allatium de consensu pag. 724. et notis ad Georg. Acropolitam pag. 222.

Ὁ Καματηρὸς εὐεπὴς Ἰωάννης
Ἰδρὶς σοφίας παντοδαπῆς καὶ λόγων
Ἐπίβολός τε δογματῶν τῶν ἐνθέων
Ἐκκλησίας ὧν λευίτης χαρτοφύλαξ.

Huius

s) Vide Io. Cinnamum lib. V. Io. Veccum in Allatii Graecia Orthodoxa tom. II. pag. 288. Allatium de consensu lib. II. c. XI. §. 5. pag. 660. sq. et 766.

t) In cod. CXX. cat. codd. gr. Bauar. p. 52. f. in cod. CCXXIX. sec. Hardt. in Aretini Beytrag. a. 1805. part. 5. pag. 536. et sqq. in part. 6. Insunt autem Andronici Sebasti dialogus imperatoris et cardinalis de processione Spiritus S. — disputatio imperatoris cum doctore Armeniorum Petro de duabus in Christo naturis et aliis quibusdam capitibus: scriptum contra Ioannem Beccum. — Idem opus exstat Venet. in bibl. Marc. cod. CLVIII. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 90. et cel. Morell. de eodem cod. in bibl. MS. gr. et nat. tom. I. p. 92. sq. Conf. de Andronico Cama-

tero Caus. hist. litterar. SS. eccles. vol. II. p. 231. sq. ad a. 1156. et in adpendice ad illam Caus. hist. p. 27. ed. Basil. Henr. Wharton, qui veroprimum errorem sequutus eius aetatem refert ad a. 1327. eique adscribit etiam dialogum aduersus Iudaeos, qui latine ex Ioannis Liminei versione exstat in Stewartii auctario ad Canisium, Ingolstadt. 1616. 4. aut in Lect. antiq. edit. nou. tom. IV. pag. 261. item in bibl. patrum, tom. XXVI. pag. 38. Sed eius errorem notauit et meliora non minus quam plura de Andronico Camatero prodidit memoriae Cas. Oudin. in comm. de SS. eccl. tom. II. col. 1463. sqq. et ex Allatii libro de consensu vtriusque ecclesiae occid. et orient. libr. II. cap. XI. §. 5. col. 660. sqq. duo loca de processione Spiritus Scti, gr. et lat. exscripsit. Harl.

Huius synodicon de homicidiis citat Nic. Comnenus pag. 251. praenot. mysiagog. Aliud de nuptiis consobrinorum exstat in Freheri iure graeco rom. lib. IV. pag. 285. Epistola ad Innocentium III. qua vnam et vniversalem, romanam dici ecclesiam pro miro habere se testatur, exstat latine inter Innocentii epistolae libro 2. epist. 208. tom. I. edit. Baluzianae pag. 471. cum Innocentii responsione. *Fabr.* De *Ioanne Camatero*, praefecto Canicleo, v. supra, vol. IV. p. 148. in primis p. 154. sq. quibus add. cod. bibl. *Bodlei.* XC. siue nr. 3079. cat. MSSt. Angliae etc. vol. I. et cod. XIV. nr. 2. plut. 28. *Florent.* in bibl. Laurent. de quo vide *Bandin.* in cat. codd. gr. illius bibliothecae, tom. II. pag. 27. sq. atque bibl. publ. *Paris.* codd. MMCCCIX. nr. 4. MMCCCXXIV. nr. 5. et MMDVI. nr. 2. *Harl.*

VIII. ALEXIVS ARISTENVS, nomophylax et magnae ecclesiae CPol. oeconomus ante Balsamonem et post Zonaram *) scripsit circa a. 1160. *scholia in Synopsin Canonum*, edita primum graece et latine a *Guil. Beueregio* in *Pandectis Canonum Oxon.* 1672. fol. tom. II. ex codice MS. cuius titulus: Νομοκάνονον σύν Θεῷ ἐρμηνευθὲν παρὰ τῷ Θεοφιλεστάτῳ Νομοφύλακῳ κυρίῳ Ἀλεξίῳ τῷ Ἀρισηνῇ *). *Synopsis* ipsa Aristeno, vt volunt viri eruditi **), longe etiam antiquior, sub illius nomine prodierat in *Guil. Voëlli et Christoph. Iustelli* bibl. canonica tom. II. pag. 673-709. *Paris.* 1661. fol. hoc titulo: ἡ ὑπὸ Ἀρισηνῆ σύνοψις τῶν [Γ] κανόνων πάντων. Seriem et ordinem, qui est in codice ecclesiae vniuersae, sequutus est, additis initio suae collectionis apostolorum canonibus, et in calce Sardicensibus, Carthaginensibus, Trullanis, et S. Basilii, ex tribus epistolis illius petitis. Antequam editus esset, citabatur passim ab Antonio Augustino in notis ad veteres collectiones Decretalium. Aristenus, consultus, canonem Trullanum XXXVII. aduersus patriarcham Nicephorum Hierosolymitanum protulit, vt ad illum canonem a Balsamone adnotatum est. Ceterum in subscriptionibus concilii a. 1166. CPoli habiti, quas edidit *Allatius* lib. II. de consensu

*) Zonara antiquiorem Aristenum facit *Allatius* p. 419. de consensu.

v) Conf. supra vol. VII. p. 22. vol. IX. p. 52. vol. X. p. 375. nou. ed. tum infra, vol. XI. pag. 43. p. 46. pag. 53. nr. 19. p. 54. et 57. nr. 16. vet. ed. item *G. Caue* hist. litter. SS. EE. vol. II. pag. 238. ad a. 1166. quo synodo CPolitanae interfuit: *Oudin.* Comment. de SS. EE. II. pag. 1300. ad a. 1150. quo circ. ann. vel 1140. Alexius synopsis vel collectionem canonum quamdam composuisse putatur: *Hamberger* zuverläss. Nachr. tom. IV. p. 112. sq. qui citat quoque Magnam biblioth. ecclesiast. v. *Alexius*, et tradit, Alex. Arist. circ. a. 1130. iussu imperator. *Ioannis Comneni* composuisse synopsis: et *Sax.* in *Onom.* lit. II. pag. 253. ad a. 1160. — Canonum synopsis *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCII. nr. 4. — commentar. in canones et canonicas epistolae *Oxon.* in cod. Barocc. CCXXI. — *Leidas* inter codd.

Vossianos, v. cat. bibl. *Leidenf.* pag. 393. nr. 49. — In cod. *Escorial.* v. *Pluer.* itinerar. per Hispan. p. 156. — *Nomocanon, Vindobon.* in cod. caef. XVIII. nr. 2. 3. 4. iudice *Kollar* in notis ad *Lambecii* commentar. XI. part. 1. p. 126. sqq. et 129. *Harl.*

w) *Guil. Beueregius* prolegom. ad pandect. Canonum §. 27. seq. *Guil. Caueus* in hist. literar. S. E. [l. cit.] Ante Aristenum, Zonaram et Balsamonem epitomator Canonum satis antiquus graecus citatur ab *Allatio* de consensu pag. 191. *Fabr.* *Oudin.* l. c. censet, synopsis canon. quum in cod. *Paris.* illa disertis verbis tribuatur Alexio Aristeno, nullatenus ipso antiquiorem esse videri; [sed responderi potest, librarium ipsum forsan deceptum errasse; neque tamen ego, liti dirimendae me imparem esse diffiteor:] scholia autem, in eundem conscripta, auctoris alicuius esse recentioris. *Harl.*

consensu cap. 12, nullam Nicephori Hierosolymitani mentionem reperio, ex qua Aristenum quodque illi concilio interfuisse viri docti colligunt, sed tantum Nicephori Caesareae nouae, et Nicephori Rhodi episcopi. Alexium Aristenum canonistam libro de poenitentia citat Nic. Comnenus in praenot. mystagog. pag. 410. *Notas ad librum Canonum Theodori Prodromi* pag. 278. *Explicationem Sacramentorum* pag. 309. *Notas ad titulum Basilicam de probationibus* pag. 283.

IX. SAMONAS, archiepiscopus Gazensis in Palaestina a. 1050., habuit *disceptationem cum Ahmede Saraceno*, quae lucem vidit graece una cum liturgiis S. Iacobi, Basilii et Chrysostomi, Paris. 1560. fol. Latine in Liturgiis Sanctorum patrum ex Claudii de Sainctes editione Antwerp. 1562. 8. et tom. XVIII. bibl. patrum Lugd. pag. 577. *graece et latine* in auctario bibliothecae patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. II. pag. 277. et in bibliotheca patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tom. XII. pag. 521. 526. Pars prior huius disceptationis legitur etiam inter opuscula Theodori Abucarae graece et latine edita, cap. XXII. sub titulo dialogi cum Saraceno, ostendentis, Panem mystica benedictione fieri corpus Christi. Vide *Mich. le Quien* ad Damascenum tom. I. pag. 655. et quae de Theodori Abucarae opusculis dixi volum. IX. pag. 180. *). Samonas ille a Saracenis postea religionis causa interfectus, unde eum martyrem adpellat Nic. Comnenus p. 407. praenot. mystagog.

X. THEORIANVS a Manuele Comneno imp. religionis causa circa a. 1170. legatus ad Armenios missus, litteris tradidit *dialogum cum Norseti Armeniorum catholico habitum*, quo ei Eutychianorum et Monophysitarum errores dissuasit *). Hic prodiit graece ex bibl. Ioannis Sambuci cum Io. Leunclauui versione Basil. 1578. 8. p. 1-195. Ei subiuncta sunt item graece et latine 1) Leonis I. papae epistola ad Flavianum [P] CPol. p. 196-226. 2) Io. Damasceni dialogus cum Manichaeo *) pag. 226-386. 3) Leontius Byz. de sectis **) p. 386-555. 4) Constantinus Harmenopolus de sectis ***) p. 556-576. 5) Eiusdem de fide orthodoxa. **) p. 577-583. 6) S. Augustini de Trinitate, cum graeca versione εκ τῆς Συβλῆς τῆ περὶ τῆς ὑνώσεως τῆς ἀληθῆς ζωῆς ἐπεγεγραμμένῃ pag. 584-599. et 7) S. Hilarii de eodem argumento ex sermone, qui post Pentecosten in festo S. Trinitatis recitatur, item cum graeca versione pag. 600-605. In margine notatur, hoc fragmentum non exstare inter Hilarii scripta, quae latine saepius lucem viderunt **). Theoriani legatio siue dialo-

x) Siue vol. X. p. 368. sq. §. XXII. nou. ed. add. *Caus* hist. litt. SS. eccl. II. pag. 151. ad a. 1072. *Oudin.* comm. de SS. eccl. II. p. 859. sq. ad a. 1090. ubi iam memorat codd., nim. cod. *Bodlei.* XCIV. 19. siue nr. 2877. cat. codd. MSS. Angliae etc. vol. I. — cod. *Th. Gale* CXXIII. f. nr. 5957. dicti catal. vol. II. et cod. quondam *Marq. Gudii.* v. catal. illius librorum etc. Kilon. 1706. 4. p. 537. *Harl.*

y) Conf. notam paullo ante ad cap. anteced. de Isacco Syro, fin. ante *indiculum.* *Harl.*

Vol. XI.

z) De hoc dictum volum. VIII. pag. 795. [f. vol. X. p. 709. n. 7. nou. ed.]

aa) Vol. VII. p. 451. [f. vol. VIII. p. 309. sq. nou. ed.] et vol. IX. p. 166. seq. [f. vol. X. p. 364. ed. nou.]

bb) Supra p. 277. vet. ed.

cc) P. 278.

dd) An in ed. *Scip. Maffei*, Veronae 1730. fol. ? v. *Fabr.* bibl. lat. med. et inf. aet. tom. III. p. 254. ed. *Manfi.* *Harl.* Est enim *Alcuini* libri de Trin. subiecta et ei potius tribuenda, recepit tamen Maffei in ed. *Hilar.* tom. II. p. 723. sq. B.

dialogus cum Armeniorum catholico graece et latine recusus in auctario bibl. patrum Ducaeano Paris. 1624. tom. I. pag. 439. et in bibl. patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tom. XL. "). Libellum adprime doctum vocat *Allatius* de consensu pag. 668. qui in libro de purgatorio pag. 690. et 822. nonnulla adfert ex Theoriani philosophi *epistola ad sacerdotes montana loca incolentes, de ieiunio sabbati, divina communione, coniugio sacerdotum et non radenda barba*. Huius epistolae fragmentum falso Chrysostomi nomine venditavit Bonaeursius dominicanus, qui postremis Thomae Aquinatis temporibus vivebat, in testimoniis patrum, quae in codice Colbertino MMMCCLXXXV. euoluit *Michael le Quien*, qui sub nomine Stephani de Altamura Panopliam contra schisma graecorum edidit. Vide panopliam hanc pag. 321. et praefationem pag. XVII. *Fabr.* Ex eadem epistola nonnulla adfert *Turrianus* lib. I. Apologiae eius pro canonibus apostolorum cap. XXI. pag. 95. adnotante *Fabric.* infra, vol. XIII. p. 809. *Harl.*

XI. EVSTATHIVS CPolitanus, monachus S. Flori, siue illius monasterii, quod aedi SS. Flori et Lauri in vrbe CPoli vicinum erat. Ita enim malo cum Bandurio ^{jj)} verba τὸ κατὰ Φλωρον, apud Demetrium Chomatenum interpretari, quam cum Cangio diaconum ad Flori aedem. Deinde libellorum supplicum magister ^{kk)}, magister rhetorum ^{ll)}, hinc magnae ecclesiae CPol. diaconus, et ex designato Myrensis ecclesiae episcopo [P] archiepiscopus Thessalonicensis, insigni virtutis et eruditionis laude floruit temporibus Manvelis, Alexii, Andronici et Isaaci Angeli Comnenorum, adhuc superstes a. 1194. Magnis laudibus tractatur a *Niceta Choniata* in Annalibus lib. VIII. pag. 238. lib. X. pag. 334. et a *Michael Psello* in epistolis ineditis, (ex quibus nonnulla adfert Cangius glossario graeco in *Πήρυξ*.) Defunctum pro funere laudarunt *Euthymius* et *Michael Choniates*, quorum orationes MStae Oxonii in bibl. Bodleiana codice Barocc. CXXXI. Euthymius inter alia celebrat *fastes epistolarum*, quas, ait, se habere Eustathii, manu ipsius exaratas. Epistolas Eustathii ad Psellum in codice regio euoluit *Cangius* pag. 1296. glossarii graeci ^{mm)}. De *Commentariis* eius editis vberimis ⁿⁿ⁾ atque pereruditis in *Homerum* dixi lib. II. cap. 3. ^{oo)} et de *Commentariis* in

^{jj)} MS. editat *Paris.* in bibl. publ. sec. *Montfaucon*. in Bibl. biblioth. MSS. II. pag. 737. *B. ur.* 2975. — *Vindobonae* in cod. caes. CCLIV. nr. 1. de quo et de edit. Leunclau. plura scripsit *Lambec.* in vol. V. p. 350. sqq. Conf. *Caue* hist. litter. SS. eccl. II. pag. 240. ad a. 1170. *Du Pin* hist. eccles. vol. X. p. 189: *Saxii* Onom. litt. II. p. 258. ad a. 1170. qui laudat *Pagii* Crit. Baron. a. 1170. V. *Harl.*

^{ff)} *Demetrius Chomatenus* in responso pag. 317. lib. V. iuris graeco-rom. *Bandurius* ad Antiquitates CPol. pag. 836. *Cangius* glossar. graeco pag. 1295.

^{gg)} *Ἐπὶ τῶν δόξων*, in inscriptione Eustathii commentariorum ad Dionysium.

^{hh)} *Cangii* glossar. in *Πήρυξ*, et in notis ad *Zonaram* pag. 68. *Allatius* de consensu lib. II. c. 8. §. 4.

ⁱⁱ⁾ *Eustathii*, metropolitae Thessalonice, epistolae LXXIV. *Paris.* in bibl. publ. cod. MCLXXXII. nr. 114. *Harl.*

^{kk)} Spes editionis graeco-latinae commentariorum Eustathii in *Homerum*, quam a. 1708. Parisiis fecit publice *Claudius Caperonierius*, iam pridem videtur iterum evanuisse.

^{ll)} Supra, vol. I. p. 390. sqq. vbi de commentariis Eustathii in *Homerum*, edit. Politi et in nota I. etiam de oratt. Eustathii quaedam observantur. De edit. Romana,

2542-

in *Dionysium periegetem*, quos Ioanni Ducae, Andronici Camateri, (de quo supra p. 286. ed. vet.) filio inscripsit, lib. 4. cap. 2. ^{mm}) In eodem, quem paullo ante memorabam, eodice Barocciano ⁿⁿ) habentur plura Eustathii adhuc inedita, vt *Oratio in Manuelem Comnenum imp. Supplicatio ad eundem imp. nomine ciuitatis Thessalonicae, quum siccitate laboraret. Lessus in fratris sui obitu.* In catalogo MStorum bibliothecae Scorialensis obseruauim memorari orationem ab Eustathio Thessalonicensi archiepiscopo habitam ad eos, qui in templo erant S. Demetrii *μυροβλύτης*, in principio indictionis anno 6702. (Christi 1194.) ^{oo}) Eustathii *Commentaria in Io. Damasceni Canones* siue Hymnos citat Allatius de consensu vtriusque ecclesiae

N n 2

siae

1542 - 1550. F. IV. tom. v. Goetzii memorab. bibl. Dresd. tom. I. syllog. i. p. 54. sqq. — *Paris.* in bibl. publ. in XII. codd. sunt, (secundum catalog. MSS. Paris. regg. tom. II.) *Parechbolae in Homerum*. — *Florent.* in bibl. Laurent. codd. II. et III. plut. 59. comment. in totam Hom. Iliada. — ib. in cod. VI. comm. in *Odyseam* — in cod. XLIII. nr. 1. in Iliadis commentarium prolegomena, et nr. 2. comment. in rhapsodiae II. partem, quae inscribitur *nauium catalogus*. v. Bandini cat. MSS. gr. Laurent. vol. II. pag. 488. sq. 493. et 572. sq. — *Venetis* in bibl. Marc. cod. CDLX. commentarii in Homeri *Odyseam*, manu Eustathii, notante Bessarione, scripti. — in cod. CDLXI. comment. in IX. priores Iliadis libros. — in cod. CDLXII. expositio in XV. libros Iliados posteriores. v. cat. MSS. gr. Marc. p. 245. sq. — Secundum *Montfaucon*. Bibl. bibliothec. MSS. pag. 468. *E. Eustathii* in primum *Moralium* ad Nicomachum, in cod. Ven. bibl. Marc. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. LXXIV. comment. in Iliada Homeri vsque ad librum Iota. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosquens. pag. 62. — In bibl. Elifabetana *Wratislau.* Homerus cum Eustathii comm. teste *Kranz* in *Memorabili* illius biblioth. pag. 88. [De hoc cod. vid. inprimis Heyn. tom. III. Iliad. Hom. pag. LXXXVIII. seq. Beck.] — De *Eustathio Thessalon.* cui a nonnullis, etiam in aliquot catalogis codd. perperam adscribitur drama de *Ismeniae* et *Ismenes* amoribus, (v. supra, vol. IIX. p. 136. sq.) confer G. I. *Vossium* de histor. gr. libr. IV. cap. 19. et lib. II. cap. 3. *Io. Moller.* in *Homonymoscop.* sect. II. c. 5. §. 29. pag. 464. — *C. Oudin.* comm. de S. S. eccl. tom. II. pag. 1539. sqq. ad a. 1170. *G. Cane* hist. litter. SS. eccl. tom. II. p. 240. ad eundem annum; — *Alex. Politum* in praef. ad eius edit. Eustath. comment.

in Homeri Iliadem; *Le Quien* in ori. christ. tom. II. p. 48. *I. G. de Chauffepié* nouv. Diction. hist. et crit. h. v. *Hamberger.* in zuverläss. Nachricht. tom. IV. pag. 296. ad a. 1194. *Chr. Saxium* in Onom. lit. part. II. p. 251. sqq. vbi plures citantur; *Schroeckh.* in hist. eccles. christ. tom. XXIV. p. 552. *Harl.*

^{mm}) Supra in vol. IV. p. 590. sq. et pag. 601. sq. atque conf. *Saxium* l. cit. et catal. bibl. Leidens. p. 198. vbi aliquot occurrunt edit. — *Vindobonae* in cod. caes. CCXCII. nr. 2. est inter anonymi cuiusdam obseruatt. miscell. nr. 3. obseruatio geographica de Aethiopibus, desumpta ex *Eustathii* expositione gr. in *Dionysii Alexandr.* *Periegesin*: v. *Lambec.* V. p. 521. sq. ed. Kollar. add. cl. *St. Croix* Examen critiq. des Historiens d'Alexandre etc. ed. II. p. 94. not. 5. p. 54. not. 1. et p. 573. de eius vsu aliorum scriptor. *Harl.*

ⁿⁿ) CXXXI. in quo etiam est *Euthymii Monodia in sepultura Eustathii Thessal.* inc. *Ἐπὶ τῇ μνήμῃ*. et anonymi *Monodia* ad eundem: inc. *Ἦς εὐχὴς αἰών*. et inter aduersaria Ger. Langbaeni p. 268. cat. MSS. Angliac. vol. I. *Euthymii Monodia*, lecta ad sepulcrum Eustathii Thessal. aliquot dies, postquam obierat; *Eustathii* orat. ad imp. Emman. Comnenum; eiusdem ad eundem *intercessio ex parte urbis, siccitate laborantis.* *Harl.*

^{oo}) *Oudin.* l. cit. duce *Lambec.* V. p. 558. sqq. adfert ex Baruoëtii catal. auctorum ineditor. in bibl. Scorialensi *Eustathii* orationem ad Michaelem Strathmitem, saecularium et chartophylacem, quod saepe cum melodis celebrare debeant memoriam S. martyris Demetrii; *Eustathii* metropolitae Thessalonicensis *Homilias*, inter codd. chartaceos bibl. Basileensis. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCLXXXVIII. nr. 1. homil. in laudem *Deme.*

fiat p. 613. 614. et in diatriba de Georgiis pag. 319. seq. ^{pp}). Iudice *Henrico Stephano* lib. de instituendis graecae linguae studiis pag. 14. *Eustathius multo dignior est fide, quam Moschopulus, et multo plus valuit iudicio, valde tamen inclinata iam eius aetate, et magnas mutationes passa erat lingua graeca, ut ex multis eius locis patet, et iis nominatim, in quibus vocabula quaedam commemorat sermonis, quem ἱδιωτικὸν vocat.*

De aliis Eustathiis dixi lib. V. cap. 21. volum VIII. p. 189. seq. *Fabr.* S. vol. IX. p. 149. sqq. nou. ed. vbi eos, quos h. l. *Fabric.* addidit, iam inferui et auxi. Atqui ille catalogus potest augeri. Quare liceat mihi, h. l. quaedam adiicere.

Ad Eustath. *Armenium* pertinent: *Vindobonae* in cod. LXIV. nr. 21. inter. *Basilii M.* archiep. Caesar. epistolas, in epistola 21. est epistolaris confessio fidei nostrae orthodoxae, conscripta a S. *Basilio M.* et ab *Eustathio episcopo Sebastiae* subscripta: eadem est, at inscripta: Ἀντιγλαφὸς etc. exemplum fidei orthodoxae a S. *Basilio M.* dictatae, et ab *Eustathio, Sebastiae in Armenia episcopo Ariano* subscriptae, in cod. CCL. nr. 7. v. *Lambec.* vol. III. pag. 302. et vol. V. p. 312. sq. *Kollar.*

Eustathius, vitae *Eutychii*, patriarchae CPolit., auctor, qui, haereseos reus, ab imperat. Iustiniano CPoli est in exilium missus. v. *Surius* tom. II. d. 6. April. et *Baron. A.* eccl. ad a. 553. et 564.

Ad Eustathium *Sebastenum*: add. *Sam. Petiti* varr. lectt. lib. III. cap. vlt. et *Sculteti* medull. theolog. part. III. p. 305.

Eustathius Synesius. v. *Theod. Metochit.* capp. philos. et histor. XIX. atque *Casp. Barth.* Aduers. libr. LIII. cap. 9. *Harl.*]

[P] NICO.

Demetrii martyris; sed pars maior desideratur. — *Eustathius in Hexaëmeron* *Leidae* inter eodd. *Vossian.* v. cat. biblioth. *Leidens.* p. 393. nr. 50. — In eadem bibl. *Eustathii* commentarius in hexaëmeron, ac dissertatio de engastrimytho adversus *Origenem*, et de eodem *Origenes*, cum notis *Leon. Allatii* gr. et lat. *Lugduni* 1629. 4. Principium *Eustathii* cum MSto contulit *I. Vossius*. v. cat. cit. p. 41. *Harl.*

^{pp}) V. supra, vol. IX. pag. 743. ibique citat. cod. *Vindob.* CCXCVIII. in quo exstat *Eustathii* expositio amplissima in *Damasceni* canouem siue canticum iambicum pentecosticum de Spiritu S. de quo cod. et de *Eustathio* eiusque oratt. ex *Baruoëtii* catal. v. *Lambec.* V. pag. 556. sqq. vbi

quoque *Possuinum*, qui *Eustathium* numero scriptorum eccles. excludit, satis refutat, Add. *Kollar.* not. A. ad vol. III. pag. 319. sq. contra *Possuinum*; Ibid. docet *Koll.* contra *Lambec.* quod *Eustathius* vocatus sit *metropolitae*, haec tantem, in eod. caesar. LXV. nr. 3. *Eustath.* opusc. ineditum, at in cod. hocce mutilum et misere habitum, consideratio est correctio vitae monasticae, reuera scriptum esse ab *Eustathio*, archiepiscopo *Thessalonicensi*: atque vidimus, in aliquot libris scriptis eum cognominari *Metropolitam*. Sic *Paris.* in cod. MCLXXXII. nr. 14. secund. catal. MSSr. regg. II. p. 239. exstant *Eustathii, metropolitae Thessalon.* epistolae septuaginta quatuor. *Harl.*

[P] NICOLAUS *grammaticus* 44), patriarcha CPol. ab a. 1084. ad 1111. de cuius decretis atque epistolis synodicis editis atque ineditis *Caqueum* 45) consulere iuuabit. Carmen vero, quod versibus politicis exstat MStum in bibl. caesarea [in cod. XVIII. nr. 17. vid. *Lambec.* VI. p. 134. seq. ibique *Kollar. Harl.*] de ieiuniis ac festis totius anni, Nicolaum patriarcham quidem habet auctorem, Νικολάος πατριάρχης αγίας ποιήμα, incertum autem, an Mysticum potius, an Chrysobergen, an Muzalonem; nam et hi fuere Nicolai patriarchae 46). Sed age per hanc occasionem, et alios Nicolaos, qui graece scripserunt, paucis persequamur.

Nn 3

[P] Alii

qq) Alius *Nicolaus grammaticus*, qui ad Musulmannorum religionem se contulit, ut ex Germani II. ab a. 1226. ad 1240. patriarchae CPol. ad eum epistola notatum est supra pag. 166. [v. *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 392. de cod. CCLXXVIII. fol. 193. *Harl.*]

rr) Tom. II. p. 156. ed. Basil. ad a. 1084. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CCCLXIV. nr. 15. et MCCCXXI. nr. 11. *Nicolai — responsa ad interrogata monachorum montis Scti* — in cod. MCCLXXVII. nr. 17. *versus politici ad praepositum Scti montis*: poema autem illud esse quoddam quasi typicum, notatur — in cod. MCCCXXXII. nr. 59 *carmen de vitae recte instituendae ratione*, quod Nicolao patriarchae CPolitano tribui dicitur in cat. codd. bibl. Paris. regg. II. p. 295. — in cod. CCCC. nr. 2. *lamentatio deiparae, ad crucem stantis*. — *Florentiae* in bibl. Medic. Laurent. cod. II. nr. 80. plut. 5. *Nicolai patriarchae in Thomaite et aliorum responsiones ad metropolitam Philippolis Basilium*: *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. I. p. 9. citat Leunclauui ius graeco-rom. libr. III. pag. 215. et in indic. ad vol. III. p. 551. suspicatur, illum Nicol. esse patriarcham CPolit. qui cognomento *Grammaticus* dicitur, atque huic ibid. nr. 87. quoque tribuit *interrogationes quorundam monachorum extra urbem degentium, et responsiones ad ipsos factas a S. CPolitana synodo, tempore — patriarchae Nicolai una cum expositione Balsamonis. Bandin.* citat *Beueregii* pandect. canonum etc. tom. II. part. 1. — Hae interrogationes sunt etiam *Vindobonae* in cod. CLXXXIV. nr. 4. v. *Lambec.* IV. p. 434. sq. ibique not. *Kollarii* de aetate Nicolai — ib. in cod. XV. nr. 2. v. *Lambec.* VI.

part. I. p. 113. sq. qui eas exstare, adnotat, inter opp. *Theodori Balsamon.* Lutet. Paris. 1620. fol. pag. 227. sqq. gr. et lat. — *Musquae* in cod. XXX. v. *Matthaei* not. codd. Mosq. pag. 283. — *Venetis* in cod. Naniano CCXXXII. nr. 7. v. cat. codd. gr. Nan. p. 426. — it. in codd. *Coisl.* XXXIX. v. *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 114. et pag. 186. de cod. CXII. in quo est ex Nicolao patriarcha et multis aliis collectio rerum moralium: it. p. 105. in cod. XXXV. f. in decreto ab imp. Alexio Comneno edito circa unionem synodi cum Leone Chalcedonensi, in quo dicitur *Nicolaus* patriarcha CPol. adfuisse imperatori: — Ibid. p. 194. de cod. CXX. in quo reperitur catalogus patriarcharum CPolit. qui incipit a Stachy et desinit in *Nicolao*, patriarcha. LXXXVIII. circ. a. 912. — ibid. p. 563. in cod. CCCLXIV. nr. 23. *canones* tempore Nicolai patriarchae. — Secundum *Montfaucon.* in Bibl. biblioth. MSS. I. pag. 28. *A. Decreta patriarcharum CPolit. de nuptiis, Romae* in bibl. reginae Sueciae: pag. 183. *C. Nicolai patriarchae (Mystici potius?) epistola synodica ad imper. Alexium Comnenum: quod non liceat eximere episcopatum a metropolitanis, gr. Romae* in bibl. Ottobon. — p. 699. *D. eiusdem epistolae*, in bibl. *Sfortiana*. — In bibl. *Escorial*: cod. sunt Nicolai patriarchae CPol. epistolae VII. ad diuerfos, teste *Pluero* in itineraio per Hispan. p. 184. — *Vindobonae* in cod. VI. nr. 16. est, adnotante *Kollario* ad *Lambec.* VI. p. 68. nr. 4. *Nicolai* locus de excommunicationis modo et norma. *Harl.*

ss) Add. cod. Venet. *Naniano*. CCVI. nr. 3. (v. cat. codd. gr. *Naniano*. p. 404.) et *Taurin.* cod. I. XIV. v. cat. codd. gr. *Taur.* pag. 161. *Harl.*

[C] *Alii Nicolai qui graece scripserunt.*

Nicolaus ὁ μυρεψός, *Alexandrinus* medicus, cuius magnum opus de compositione medicamentorum in sectiones XLVIII. digestum, latine versum a *Leonhardo Fuchio* saepius lucem vidit Basil. 1549. fol. Lugd. 1550. 8. Francof. 1626. 8. atque inter Medicos principes H. Stephani 1567. fol. cum eiusd. adnotatt. p. 353. [de Stephani edit. v. *Goetzii* Memor. bibl. Dresd. tom. II. syll. II. pag. 162. et de *Fuchii* edit. ib. syll. V. pag. 430.] Graece necdum editum in bibliothecis seruatur MS. hoc titulo: Νικολάου τὸ μέγα δυνάμενον ὁ περιέχει καὶ τὴν κατασκευὴν τῆς μυρεψικῆς τέχνης ἐν βιβλίοις καὶ, κατ' αἰφάβητον. *Fabr.* Plura de hoc tradidit *Fabric.* infra, in vol. XIII. pag. 4. sqq. vbi quoque eadem, quae hoc loco de eo scripserat, ad verbum repetierat: ideoque ea h. l. omisi. Add. ibid. p. 346. seq. vbi multi Nicolai medici in elencho medicor. vett. occurrunt. Hic tantum memorabo quaedam. — *Nicolai Alexandrini* liber de compositione medicamentorum secundum loca. Latine, *Nicolao Rhegino* interprete, cum adnotatt. *Io. Agricolae Ammonii.* Ingolstad. Alex. Weissenborn. 1541. 4. rec. Venet. 1543. et 1560. Sed haec interpretatio diuersa esse dicitur ab ea, quam *Fuchius* fecit, et ab alio confecta, qui id opus ex Nicolai aliorumque operibus congefferit. Atque docente *Saxio* in *Onom. lit.* part. II. p. 321. de nostro medico graeco ad a. 1280. *Alb. Hallerus*, qui in bibl. botanica lib. I. cap. 105. pag. 166. sqq. tom. I. egit de eo, ibid. c. 106. p. 168. seq. et in Add. p. 635. tom. II. distinxit hunc *Nicolaum* ab alio *Nicolao Alexandrino*, *Myrepsiani* operis epitomatore. Add. de nostro eundem *Haller.* in bibl. medic. pract. I. p. 324. seq. — *Io. Freind.* Hist. medic. p. 217. *Hamberger.* zuverläss. Nachrichten etc. p. IV. p. 480. qui, eum ante an. Chr. 1301. in viuis fuisse, tradit. — De codd. et quae de nostro adhuc adnotari possint, infra suo loco, plura dicentur. *Harl.*

[*Nicolai* cuiusdam et aliorum epistolae ad Georgium Calybam, *Vindobon.* in cod. caesar. CCLXXXIX. nr. 3. v. *Lambet.* V. p. 501. seq. — *Nicolai* ἐκ τῶν ἰσθῶν συναγωγῆς dicta sunt seruata in *Arsenii Ianni*, *Florent.* in cod. Laurent. XXVI. plut. 4. teste *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. p. 549. — cod. teste, tom. I. p. 214. in cod. VIII. nr. 46. plut. 7. *Nicolai* cuiusd. saec. circ. XI. carmina in laudem S. Gregorii Nazianz. quae edidit *Bandin.* — tom. II. p. 468. nr. 7. in cod. XXV. plut. 58. alius *Nicolai*, sacerdotis, quinque vel sex epigrammata iambica. — Sed omnium *Nicolaorum*, qui permulti sunt, nomina scriptaque, quorum MSS. in variis bibliothecis seruatorum ingentem numerum suppeditabit index ad *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSS. tom. I. pag. CLXXVII. seq. hic commemorare non vacat. — De *Nicolais*, latinis scriptoribus, consules *Fabricii* bibl. mediae et infimae latin. tom. V. p. 100. sqq. ed. *Mansi.* *Harl.*]

Theodorus, siue *Nicolaus Andidorum* episcopus in expositione mysteriorum missae ad Basilium Phytiae episcopum citatur ab *Allatio* de consensu p. 1142. [*Parif.* in bibl. publ. codd. MCCLXIII. nr. 1. et MCCCLVI. 18. et *Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. *A. Harl.*]

[Ad *Nicolaum*, episcop. *Adrianopol.* scribit *Leo Chalcedon.* metropolita, et *Nicolaus*, patriarcha

- triarcha *Antiochen.* laudatur in epistola synodi Nicaenae; ad alium scribit Theodorus Studita, et ad alium Marcus monachus. vid. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 103. 102. 322. et 199. add. de aliis p. 86. ex Nicolai synagoge p. 575. 578. et 585. *Harl.*]

[Nicolaus *Artabasta.* v. supra, vol. V. p. 648. *Harl.*]

Nicolaus *Atheniensis* metropolita, cuius explicationem missae siue diuinorum officiorum laudat Nic. Comnenus in praenot. mystagog. p. 26. 33. 399. Officium sancti olei, quod in demortuos canitur, Allatius de libris eccles. graecor. p. 126. 128. *Fabr.* Conf. supra in h. vol. p. 82. et de Nicolao *Atheniensis rhetore* et Nicolao *Cabasila* supra ad vol. VI. pag. 134. not. bb. vbi quoque in contextu tres alii Nicolai *rhetores* gr. proferuntur. *Harl.*

Nicolaus *Bubalius*, iatrosophista, qui epigrammate graeco decorauit Nic. Comneni Papadopolii, Cretensis, praenotiones mystagogicas a. 1697. fol. Neapoli editas.

Nicolaus *Bulgarus*, Corcyraeus, doctus et accuratus vir in sacram catechesin, in primam partem sacrae liturgiae, (vbi de templo) laudatur ab eodem *Comneno* p. 178. 398. [vid. plura, infra p. 494. in h. vol. vet. edit.]

[P] Nicolaus *Cabasilas*, de quo ad Allatium libro de Nilis. [v. supra, vol. X. pag. 25. sqq. *Harl.*]

[Nicolaus *Calliaces*, Cretensis, v. infra, *Procopium* in vol. XI. p. 788. vet. ed. et pag. 789. de *Nicolao ex Moldauia.* *Harl.*]

Nicolaus *Callicles*, archiater, ad quem Theophylacti Bulgaror. archiepiscopi epistolae. [vid. supra, in h. vol. p. 82. et infra, vol. XIII. p. 347.]

Nicolaus *Chrysoberges*, patriarcha CPol. ab a. C. 983. ad 996. Cuius synodicon de testium auctoritate citat *Nicolaus Comnenus* pag. 285. praenotion. mystagog.

[Nicolaus *Cerameus.* v. infra, *Procopium* in vol. XI. p. 779. ed. vet. *Harl.*]

[Nicolaus *Chalcondyles.* v. supra, vol. VII. p. 793. sect. XIV. *Harl.*]

[Nicolaus *Cirdyniata*, patriarcha CPolitan. de quo v. *Lambec.* V. pag. 171. nr. 12. Pluribus vero patriarchis CPolit. commune fuit nomen *S. Nicolai.* *Harl.*]

[Nicolaus *Comnenus.* v. infra, hoc vol. p. 418. ed. vet. et *Procopium*, infra, vol. XI. p. 799. ed. vet. *Harl.*]

[Nicolaus *Chartularius*: ad eum scribit Theodorus Studita. v. *Montfauton.* bibl. Coislin. pag. 313. — ibid. p. 99. et p. 100. Nicolaus *Confessor* et patriarcha laudatur in cod. XXXIV. f. in epistola Nicaenae synodi ad Alexandrinorum ecclesiam. *Harl.*]

[Nicolaus *Coreyr.* metropolitan. v. supra, vol. VII. p. 54. nr. II. et *Bandin.* cat. codd. gr. Laur.]

Laur. I. p. 29. n. 86. cuiusdam interfuit synodo. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 104. vbi quoque nominatur Nicolaus *Mermontolus*, protoproedrus et senatus Drungarius, magnus vigiliae: ac p. 126. Nicolaus ὁ συνὰ Παψαί. *Harl.*]

[Nicolaus *Curopolata*, et magnus Drungarius Vigiliae, cognomine *Sclerus*. Ad eum novella Alexii Comneni, in cod. caef. III. nr. 16. v. *Lambec.* VI. p. 41. In *Freheri* tamen lure gr. rom. tom. II. p. 185. seq. ille vocatur Nicetas. *Harl.*]

Nicolaus *Damascenus*, de quo dixi lib. III. c. XI. p. 306. seq. *Fabr.* Siue supra, vol. III. p. 500. seq. add. ibid. p. 742. et vol. IX. p. 684. not. *uu.* Huic Nicolao Damasceno *Petrus Vistorius* varr. lectt. XXV. 13. tribuit librum περὶ κόσμου, quem alii adsignant Aristoteli: vide supra, vol. III. p. 233. — *Diogenes Laërtius* XIII. 3. citat Nicolaum ἐν τῷ δεκάτῳ τῶν ἐπιγραφομένων Διοκλείων ἐλέγχων. — Ab illo distinguitur Nicolaus *junior*. v. supra, vol. VII. p. 446. *Harl.* Add. *I. C. Orell.* ad Nicolai Damasc. historiæ Excerpta et Fragmenta. L. 1804. 8. et *Coray* in Prodrômô bibliothecæ Hellen., Par. 1805. p. 221. seq. *Beck.*

Nicolaus *Doxopater*, nomophylax et notarius patriarchalis CPol. cuius scholia in Nazianzeni carmina exstant MSS. in bibl. caesarea. *Fabr.* Vid. supra, vol. VIII. p. 434. *Harl.*

Nicolaus *Euboticus*, infra in Secundino.

[Nicolaus *Hagiotheodetus*, lct. v. infra, in h. vol. p. 515. ed. vet. *Harl.*]

Nicolaus *Heracleensis*, archiepiscopus.

Nicolaus *Hydruntinus*, Μαίσιωε Ἰδεύσεως, quod *magistrum rhetorum* interpretor. Sub Alexio IV. Angelo clarus circa saeculi duodecimi initia, atque interpretis functus officio est in disputationibus cum latinis religionis causa habitis CPoli, Athenis vel Thessalonicae: varia scripsit contra latinos per modum dialogi, tria potissimum, quae latine etiam versa feruntur MSS. fortasse, ut *Allatius* p. 703. et 704. de consensu notat, ab ipso auctore, utriusque linguae perito. Primum syntagma de processione Spiritus S. in quo Nicolai Methonensis et Georgii Corcyrensis insisit vestigiis, et Hugonem Ethe-rianum oppugnat. Incipit: ὡμολόγηται ὅτι καὶ ὅλη Θείης μονὰς ἐστὶ καὶ ἐν κατὰ τὸ κοινὸν τῆς ἐκκλησίας. Secundum de pane coenae sacrae, fermentum scilicet a Christo discipulis esse praebitum. Incipit: κοινωνικὸν μὲν ζῶον ὁ ἄνθρωπος καὶ τῆς ἰδίας φύσεως. Tertium de ieiunio Latinorum in sabbato; non esse missam perfectam in quadragesima celebrandam, et de coniugiis sacerdotum, et aliis. Incipit: ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη ὡς φησὶν ὁ Ἀπόστολος. Vide *Allatium* lib. II. de consensu cap. 13. §. 4. Idem *Scholion* eius de Celestino papa et Celestio haeretico exhibet lib. I. c. 21. §. 3. pag. 333. et ex libris iam memoratis et necdum editis fragmenta p. 352. 582. 626. 1208. et contra Hottingerum 13. 241. etc. *Fabr.* A quibusdam *Magister Hydrussae* dictus est. Conf. *Causæ Hist. litter.* SS. eccl. II. p. 279. ad a. 1201. et *Oudin.* comment. de SS. eccl. III. ad an. Chr. 1210. col. 13. sqq. qui plura ex *Allatio* de consensu etc. excerpta dedit. *Florentiae* in bibl. Medic. Laurent. sunt plura huius Nicolai carmina et alia scripta. In cod. X. plut. 5. nr. 30-39. carmina iambica in Christum; in 3. Nicolaum; ad sacerdotem tria; tum de

de calumnia; de regno; de ira; de bono maloque visu: nr. 41. 42. versus in S. Petrum; in Parmam, subiugatam a Friderico imper. nr. 44. litterae commendatitiae, scriptae a. Chr. 1198. nr. 66-68. versus in montem Thabor; ad S. Stephanum, atque in SS. Basilium et Gregorium: nr. 76-79. versus in SS. Anempodosium, Aphthonium etc. in dei matrem, (alii in eandem, nr. 81.) in S. Thomam et in Ioannem, capite amputatum. — In cod. XXXVI. (in quo quidem dicitur sacerdos *Tarentinus*, ab aliis vero *Hydruntinus*,) nr. 1. Sermo in eos, qui irrident graecos propter illos, qui coronas imponunt desponsatis, et de Synaxi, quae fit extra templum in sancta nocte resurrectionis Iesu Christi. — nr. 2. de barba non radenda; nr. 3. poema de igne purgatorio; quod quidem in cod. tribuitur *Giorgio* metropolitano Corcyrae; sed quia, teste *Allatio*, multa ex scriptorum incuria, quae ad Nicolaum pertinent Gregorio perperam adiudicantur, *Bandin.* I. p. 60. incertus est, annon id poema potius *Nicolao* sit adferendum; nr. 4. 5. 6. et 7. disputatio aduersus Latinos, siue tria syntagmata, cum latina versione aequae antiqua, forsan ipsius Nicolai, in forma dialogi inter Graecum et Latinum, de iisdem argumentis, de quibus disputat Nicolaus Methonensis in suo triplici syntagmate, ex quo multa decerpfit Hydruntinus: de quibus multus est *Bandin.* I. c. — nr. 8. de sanctis imaginibus; nr. 9. libell. quod non deceat mulieres introducere in sacrarium, quemadmodum Latini faciunt. — In cod. XIV. nr. 12. plut. 86. prooemium in Laxauterii artem, ex romana lingua in graecam ab ipso translatum, quum prius chaldaice scriptum esset, et ex aliis etiam libris, late iam dispersis, compositum. Idem in cod. *Escorial.* teste *Plüero* in itiner. per Hispan. p. 184. ubi dicitur *Nicolai Hydrussae*, prooem. in artem sculptoriam etc. — Tum in cod. *Laurent.* XXI. nr. 8. plut. 87. fragmentum disputationis inter Graecum et Latinum de processione Spiritus Scti. Plura de his leges in *Bandini* cat. codd. gr. *Laurent.* tom. I. p. 24. seq. 28. 60. fqq. et vol. III. p. 340. ac 407. — *Paris.* in bibl. publ. in cod. MCCLV. nr. 1. dialogi s. disputat. aduersus Iudaeos: sed finis desideratur. — in cod. MCCCLXXI. nr. 9. epistola ad orientales, qua nonnullis quaestionibus respondet. Ibid. inter codd. cardin. *Radulphi*, secundum *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSS. II. p. 776. B. C. nr. 127. dialogus contra Iudaeos, et nr. 128. de dissensione inter Latinos et Graecos. *Harl.*

Nicolaus *Lichina*, Monembasiota, cuius meminit *Montfauconus* in bibl. Coisliniana pag. 60. Longe plures *Nicolaos* scribas ac librarios idem vir celeberrimus memorat in *Palaeographia graeca*.

[*Nicolaus Lucanus*, de quo v. supra, vol. I. p. 408. sect. XVI. — et de Nicolao ex *Moldavia*, infra, in vol. XI. p. 789. ed. vet. *Procopius. Harl.*]

[*Magister Nicolaus*, de articulis fidei: incipit cum epistola ad Clementem, papam, *Dublin.* in cod. collegii S. Trinitatis I. 9. siue nr. 141. cat. MSS. Aagliae II. part. 2. *Harl.*]

Nicolaus *Malaxus*, Peloponnesius archipresbyter et protopapa Nauplii, quem libris Graecorum liturgicis multa adfuisse arguit *Allatius* de consensu p. 1160. et de libris ecclesiasticis graecorum pag. 219. [conf. supra, in h. vol. pag. 82. *Paris.* in bibl. publ. cod.

Vol. XI.

O o

CCCLXIX.

CCCLXIX. nr. 1-4. sunt eius *Triodia*, quae quindecim primis diebus m. Augusti in honorem S. Virginis recitari solent; Pentecostoria II. diuersa et canon lamentatorius in luctuosissimum ab vrbe Nauplio discessum. — *Venet.* in cod. Naniano CLXXXVIII. officia pro mense Sept. — in cod. autem CXVIII. i. opusculorum *Nic. Malaxi* collectio, diuisa in capp. s. opuscula 136. conf. codd. gr. Nan. p. 394. et 398. seq. *Harl.*

[*Nicolaus Manceps*: ad eum scripsit epistolae Theodorus Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 147. seq. 317. 319. *Harl.*]

Nicolai Mesaritae epistolae duae a. 1203. scriptae ad Theodorum Lascarium, MSS. in bibl. caesarea.

Nicolaus Methonensis in Peloponneso episcopus et metropolita, multum Mich. Cerulario recentior, et ad duodecimum referendus saeculum, nec confundendus cum Nicolao Cabasila⁴⁾, plura scripsit aduersus Latinos, maximam partem inedita adhuc, librum primum de primatu papae citat *Nic. Comnenus* pag. 366. praenot. mystagog. librum secundum contra latinos p. 356. Eiusdem *Syllogismos de processione Spiritus S.* quorum initium: ἀπολογεῖται ὅτι καὶ ὅλη ἡ Θεότης μονάς ἐστι καὶ τὸ ἓν. et alterum, quod incipit: ἔχον μὴν μὴδ' ἀπολογεῖσθαι τοῖς ἔτοις καινοφάνοις καὶ καινοπίστοις. Nec non tertium de azymis euoluiffe se testatur *Allatius* lib. II. c. 10. de consensu §. 2. p. 627. cuius initium, τὸν μὲν πρῶτον λόγον ἐποίησάμην, ὃ Λατινέφιλε, πρὸς σέ. Aliud scriptum de processione Spiritus S. idem memorat, quod incipit: Βασιλεῦ ἐράνιε, Παράκλητε ἀγαθὲ, sed illud iuniori cuidam Νικολάω λάμψαντι νέω Μεθώνης tribuendum suspicatur, qui scripserit post Nicephorum Blemmydam. [v. *Can.* Hist. litt. SS. eccl. II. p. 253. ad a. 1196.] In bibl. Bauarica⁵⁾ adseruati sunt praeter librum de processione Spiritus S. graecolatium, liber de S. *Eucharistia in pane fermentato conficienda*. Liber de

11) *Allat.* de consensu pag. 858. et 554.

12) In cod. XXVIII. fol. 266. est op. aduersus latinos de *Sto Spiritu*, et inc. Βασιλεῦ ἐράνιε etc. quod *Allatius* iuniori Nicolao Methon. tribuit. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. IV. p. 23. — ib. a. 1804. part. 3. pag. 15. sq. recensetur cod. LXV. in quo sunt opusc. a *Fabricio* ex illo cod. (olim CI.) iam citata, (eadem sunt *Florentiae* in cod. Laurent. XII. nr. 2-5. de quibus multus est *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. pag. 407. sq.) et (vti quoque in cod. Laurent.) alius Nicolai Methon. liber ineditus gr. lat. de processione Spiritus Scti; incip. Εὐαγγέλιον περὶ τῆς ἁγίας πνεύματος ἐκ τοῦ ἡμῶν ὁ λόγος. — In eadem parte p. 31. sq. sunt in cod. LXVI. 1) argumenta in capitibus contra nouum latinorum dogma, quod Spir. Sctus ex patre et filio

procedat, synoptice a *Nic. Methonensi* ex scriptis S. Photii variis in capp. XXXV. extracta: Atque cl. *Hardt.* suspicatur, apud *Ioan. Mingarellum* (p. 418. cat. codd. gr. *Nanian.*) in cod. CCXXVII. nr. 2. idem esse, licet capp. XLIII. numerentur: (in illo autem cod. *Naniano* est quoque *Nic. Meth.* orat. de Spiritu S. quae incipit βασιλεῦ ἐράνιε etc.) — 2) sequitur alia synopsis *Nic. Methon.* in iis, quae quasi in epilogo diffuse a Photio scripta sunt; inc. Προσπορίζεται, ὅτι Ἀμβρόσιος etc. — *Venetis* in bibl. Marc. codd. CL. et DLXXV. de processione Spiritus Scti: in posteriore etiam contra latinos de azymis v. cat. codd. gr. Marc. p. 83. et 303. — Add. *Bandin.* catal. bibl. Gaddianae etc. V. p. 773. sq. — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCCLXI. nr. 4. liber de processione Spiritus S. — idem et de azymis in cod. MMDCCCXXX. nr. 12. et 13. — *Sec. Montfauc.*

de ieiunio latinorum in sabbato et de sacerdotum coniugio, et quod in quadragesima non fit perfecta missa celebranda. In eadem bibl. ^{u)} atque in aliis obvia huius Nicolai *discussio theologiae institutionis Procli*, Platonici philosophi. Ex scripto de processione Spiritus S. petita videtur eius *Θεολογία περί τῆς ἁγίας Τριάδος* siue fragmentum de SS. Trinitate in bibl. caesarea ^{w)}; incipit: τὸς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριστιανοῖς τελέντων ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος δύο εἰσάγειν αἰτία. — *Orationem contra transgressores legis divinae* citat Nic. Comnenus p. 166. In Nicolai Hydruntini scriptis multa ad verbum ex Methonenſi repetita et expressa reperiri notavit *Allatius* de consensu pag. 705. et 627. Editum huius Methonenſis nescio num aliud quicquam exstet quam breue scriptum πρὸς τὰς διαζόντας καὶ λέγοντας, ὅτι ὁ ἱερεῖς γινώσκων ὅτι οἶνος ἐκ ἔτι σῶμα καὶ αἷμα Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, de corpore et sanguine Christi adversus eos, qui dubitant, an consecratus panis et vinum sint corpus et sanguis domini. Graece cum liturgiis SS. Iacobi, Basilii et Chrysostomi Paris. 1560. fol. pag. 129–133. Latine in liturgiis Claudii [P] de Sainctes Antwerp. 1562. 8. p. 77. atque in bibliothecis patrum, vt Lugdunenſi tom. XXIII. p. 634. tum graece ac latine in auctario Ducaeano tom. II. pag. 372. et in bibliotheca patrum Morelliana Paris. 1644. 1654. tom. XII. pag. 516–520. *Fabr.* MS. in cod. *Coislin.* CCXC. teste *Montfauc.* in bibl. *Coislin.* pag. 406. — conf. *Caus* Hist. litt. SS. eccl. II. p. 159. circ. a. 1090. *Harl.*

[Nicolaus quidam *monachus*, qui manu sua descripsit Homilias Basilii M. in cod. Mosquensi XVIII. v. *Matthaei* notit. cit. p. 34. nr. 1. Sed plures reperuntur Nicolai, qui codd. describendis operam addixerunt. Alius *Nicol. monachus* occurrit supra in vol. IX. pag. 269. et de eius epistola ad Marcum eremitam edita, v. infra vol. XIII. p. 753. sect. XXX. — *Nicolai Modrusiensis* episcopi, commentar. in Psalmos, *Romae* in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MStar. p. 102. C. *Harl.*]

Nicolaus *Muzalo*, Cypri pridem archiepiscopus, et ex abbate monasterii Cosmidii patriarcha CPol. ab a. 1147. ad 1151. Vide *Bandurium* ad antiquitates CPol. p. 919. 920. Huius Synodicon, quomodo Sacramenta ministrari debeant, citat *Nic. Comnenus* p. 310. praenot. mystagog. Et aliud, ne laici testes sint contra clericos p. 285. et 245. Hunc Muzalonem testatur *Balsamo* ad can. 63. Trullanum, quum in vitam S. Parasceves a fabulatore quodam inepte et insulse scriptam incidisset, eam flammis tradidisset, atque diacono euidam rectius scribendam iniunxisse. *Fabr.* Hic Nicolaus, archiepiscopus *Cypri*, fuit auctor catenae expositionum in Esaiam; in quo opere multa exstare dicuntur

O o 2

tur

fauc. Bibl. biblioth. MSS. I. pag. 613. E. in bibl. *Basilienſi*, de process. Spir. Scti. gr. a. 1454. — id. ibid. pag. 646. D. in bibl. *Rodisiana*, et pag. 1319. A. inter codd. bibl. *Mazarin.* — *Mosquae* in bibl. synod. sunt in pluribus codd. vt XIII. CLX. CCLX. CCCLIII. CCCLV. et CCCXCIV. opusc. Nic. Mech. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 30. 166. 231. sq. 257. 252. *Harl.*

^{u)} In cod. LIX. v. eol. *Harl.* l. c. an. 1804. part. 1. pag. 38. sq. *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLVI. Conf supra in vol. III. pag. 147. in primis vol. IX. p. 409. sq. et not. g. de codd. *Harl.* ^{w)} [In cod. CCXLVI. nr. 1. v. *Lambec. V.* p. 239. *Kollar. Mediol.* in bibl. *Ambros.* explicatio in Theologiam series. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. A. *Harl.*]

4. Legi eiusdem, habeoque penes me Narrationem Indicam τὰ κατὰ Στεφανίτην, καὶ Ἰχθυολόγησιν ^{x)}, Perzoo medico in gratiam Chosrois regis in Perside ex indica lingua in arabicam translata, quam postea Sethus ex arabica in graecam conuertit, cui et praefationem de auctore operis, illiusque inuentione adtexuit. Ait quippe, Chosroem, qui et Anafureus ^{y)} dictus est, Dauidis filium certiorum a nonnullis factum, apud Indos monumentum exstare, ab illius regionis sapientibus conscriptum, fabellis ac praeceptis domi forisque summi opere proficuis refertum, ab Arabibus Cybile ^{z)} et Dimne, quod apud Graecos Stephanites et Ichnilates sonarent, inter regis opes admodum custodiri, Perzoum medicum cantum virum, Indorumque linguae non imperitum ad se arcessitum, et muneribus cunctatum ad Indos misisse: Perzoum Indorum sapientum consuetudine innotuisse, cuidam pleno pectore sapienti, cum quo familiaritate contracta inter potus et epulas, et nimios sumptus consilium suum de libro communicasse, et socium in negotio fecisse. Indum Perzoi moribus admodum delectatum, licet ostia obsiderentur, perflugium inuenisse, raptumque e regia suppellectili libri Perzoo tradidisse, a quo per summum studium euolutum, in linguam arabicam ^{aa)} versum, et per extrema pericula reseruatum, Anafureno regi auide id cupienti tandem aliquando post reditum non sine congiario oblatum. Diuiditur in quindecim sectiones. In duabus primis Stephanitae et Ichnilatae historiola finitur, [P] in reliquis aliunde, et ex aliis animalibus fabulae confinguntur. Dictio pedestris, humilis, hiulca, saepe barbara, inconcinna, omnia e truiuo. Sententiae graues, spissae: fabellae non insuauae, rebus accommodatae, vegetae, euidentes, frequens tamen earum, sicuti et sententiarum usus narrationem saepissime obstruit, et lectorem turbat. Est nihilominus et Syntipa Persa ^{bb)}, et Erasto dictione, et sententiis, ceterisque omnibus adcuratior, et breuitate sermonum, et fabula-

^{w)} Hanc edere voluit G. H. Welschius, ut sub fin. §. primi notauit. [sed add. quae ego adscripsi.]

gubernatione animalium exemplo citatur a Rigaltio notis ad Phaedrum.

^{x)} De huius libri editione graecolatina Bero- lin. 1697. 8. quam Seb. Godfrido Starckio debe- mus, aliisque in varias linguas translationibus dixi vol. VI. p. 460. 465. [cf. vol. VII. p. 777- 781. nou. ed. ubi plura adscripta sunt: sed quae- dam quoque corrigenda esse, me docuit cl. Adry bibliothecar. coll. Oratorii Paris. et quae alio tempore et loco indicabo. Add. supra, vol. I. p. 650. seq. *Harl.*] — Non aliud scriptum in- tellige, quando Simeon Sethus in *libro de regni*

^{y)} Texeitae *Anaxiron*.

^{z)} *Kelila et Dimna*, duo thoum siue vulpium nomina.

^{aa)} Imo, Persicam.

^{bb)} De hoc Syntipa et Erasto dicam infra sub extremum huius capituli.

fabularum acutior: Prooemio, et introductione nimis prolixa, adfectataque narrationum superaggeſſione moleſtior. Adſervatur praeterea in bibliotheca Auguſtana inter libros manuſcriptos Pluteo 7. cod. III. [v. *Reiſeri* indic. MSS. bibl. Auguſt. p. 75.] et Viennae Auſtriae in bibliotheca imperatoria. Index Auguſtanus editus, et manuſcriptus, et Geſnerus. Servatur etiam penes me. Haec narratio italice verſa edita fuit Ferrariae apud Dominicum Mammarillum 1584. in 8. ſed in pluribus mutila. In ea ſane ridiculum eſt, quod in prima facie libri legitur, eam ex Indica *) in Agarenam linguam a Lelo Demno Saraceno verſam fuiſſe. Nomen enim libri Cybile et Dimne, quum non intellexiſſet interpres Italus, illud obtruncatum Lelum Demnum, eumque Saracenum efformavit. In eandem apud nonnullos codices manuſcriptos leguntur carmina Georgii Ceramei. Vide infra, p. 640. [ed. vet.] *Fabr. Florentias* in cod. Laurent. XXX. nr. 1. plut. 57. narratio iſta indica inſcribitur; *Ἰνδικὰ ἱστορία*. Plura de illo cod. et de illa narratione Fabricium ſequutus retulit *Bandin.* in catal. codd. gr. Laur. tom. II. p. 342. ſeq. — *Vindobonae* in cod. caeſar. CCLXXXVIII. nr. 2. v. *Lambec.* V. col. 495. ſeq. ibique not. Kollarii, quam exſcripſi ſupra, vol. VII. p. 779. not. e. vbi tamen lin. 9. legendum eſt *Humajun Nameh*, et docente cl. *Adry*, addendum eſt, editionem verſionis hiſpanicae non eſſe admodum raram, et ipſam verſionem factam eſſe ex prima verſione latina, *Directorium* etc. (v. not. oo. ad vol. I. p. 630. ſeq.) — Ibid. in cod. caeſar. XXVI. nr. 5. ex verſione *Sym. Sethi* graeca apologorum indicoꝝ etc. capita nouem, quae in eod. adtribuuntur *Secundo philoſopho*. Conf. *Lambec.* VI. part. 2. col. 272. ſeq. Kollar. — Eadem narratio, gr. *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. *Barocc.* CXXXI. fin. — *Paris.* in bibl. publ. MMCCXXI. nr. 3. *Kalila we damma*, liber a Symeone Sethi ex arabiſca lingua in graecam conuerſus: Sequuntur *Georgii Ceramei* verſus iambici in huius operis laudem. — Eadem narratio *Leidae* in bibl. publ. in cod. quondam Bonavent. Vulcanii. v. catal. bibl. illius p. 349. nr. 93. — Editum cum Ge. Pachymeris Michaelis Palaeologo, et a Petro Poſſino ꝑ graeca lingua in latinam translata, Romae 1666. fol. v. cat. bibl. Leidenſ. p. 221. in recenſione Byzantinae hiſtoriae corporis, typis regiis editi. — *Betragen der Groſſen und Kleinen, wie er ſeyn ſollte. Oder die Fabeln des Indischen Weltweiſen, Pilpai.* Aus dem Franzöſiſchen überlezt von Jo. Conr. Voßgraf, Correct. am reformirten Lyceo zu Schmalkalden. Iſenaci, 1803. 8. Conf. Hall. A. L. Z. 1805. nr. 83. m. Mart. *Harl.* Add. *Eichhorn.* Geſchichte der Literatur I. p. 587. ſq.

5. Vertit quoque alia ex arabiſca lingua in graecam: *Somniorum exactum indicem* **), ſue interpretem, ſecundum alphabetum. Antonius Verderius in catalogo librorum Michaelis Cantacuzeni.

6. *Paulum Arabum.* Idem Verderius, ibidem.

7. *Eius.*

cc) Legere tamen memini, ni fallor, ex lingua indica fuiſſe nuper verſam et editam. *Harl.*

dd) Hic Simeon fortaiſſe etiam auctor graecae verſionis Onirocritici Achmetis, quod graece et lat. a Rigaltio editum eſt ad calcem Artemidori,

de qua dixi lib. IV. cap. 15. §. 12. [vol. V. pag. 266. ſeq. ed. nou.] *Iacobus Tollius* Rigaltii editionem cum quatuor MSS. Vindobonenſibus conſultit, ex iſſis ſuppleuit lacunas et ad bis mille loca emendauit, ut ex eius epiſtolis itinerariis p. 118. cognoscet.

7. Eiusdem *Historia Chronica vulgari lingua a creatione mundi usque ad imperium Constantini Ducae*. Apud Verderium in catalogo librorum Iacobi Marmoratae patriarchae Constantinopolitani. Alibi quoque legi: *In mundi opificium ex Genesi, et Chronicis per seriem opus collectum a Symeone magistro et rhetorico logothete ex diuersis Chronicis, et Historiis in 4.* Idemne, an diuersum a superiori: Vt taceam de rhetorico logothete, graece omnino conceptum existimo: Συμεὼν μαγίστρος, καὶ ῥήτορος τῆς Λογοθέρειας. *Simeonis magistri et rhetoris logothetae*. [Paris. in bibl. publ. cod. MDCCXII. est nr. 1) *Symeonis magistri et logothetae, chronicon* e variis scriptoribus collectum: nr. 5) *Symeonis magistri et logothetae, opus de mundi creatione*, e libro Geneleos, variisque chronicis et historicis collectum: nr. 7) *Symeonis* (alius, v. supra, vol. VII. p. 471.) *chronicon*. „Praefixi, (vt ait confector catal. MSS. regg. vol. II. p. 391.) duo versus politici, quorum auctor testatur, hocce chronicon ab Adamo ad Constantinum Porphyrogenitum usque perducere. Ibi tamen res memoratu dignae, quae, Romano puero imperante, contigerunt, litteris mandantur. Opus ineditum.“ Add. ibid. cod. MDCCVII. nr. 1. et supra, vol. VII. p. 472. — *Romae* in bibl. patrum S. Basilii *Sim. magistri logothetae chronica*, e multis chronicis compilata, et in bibl. monasterii S. Saluatoris Basilianorum Messanae, cod. LXXV. eiusd. *chronica*. vid. *Montfaucon*. Bibl. biblioth. MSS. p. 198. B. et 199. A. — In cod. *Escorial*. *Symeonis theologi* historicus liber e libris Geneleos et aliorum historicorum et chronicorum capp. practica theologica et gnostica, teste *Plüero* in itinere per Hispan. p. 190. Id opus num ad nostrum an ad alium Simeonem pertineat, dubius sum. *Harl.* Sed quis in obscurissimis, et non visis lucem inueniet, et iudicium feret? *Hactenus Allatius*.

[P] SIMEON, Thessalonicensis archiepiscopus *), sexto mense ante captam a Murate a. C. 1430. 29. Martii Thessalonicam **) defunctus, varia scripsit, quibus et ritus et dogmata ecclesiae graecae illustrauit insigniter, et oppugnauit latinos. Itaque *Nic. Comnenus*, Graecus licet, Latinorum propugnator acerrimus p. 215. praenot. mystag. Simeonem inter *Photianos non Photianae plane ignorantiae participem virum* adpellat, et ni despuisset in dogmatibus, nemini recentiorum theologorum imparem. *Fabr.* Conf. *Henr. Wharton* et *Rob. Gerius* ad *Cauci* hist. litter. S. S. eccl. tom. II. p. 113. seq. vterque citat quosdam codd. prior autem scripsit, Sim. Thessal. claruisse a. 1410. et obiisse a. 1429. mense Sept. sex mensibus ante Thessalonicam, ab Amurathe iterum expugnatam: posterior autem prodit, eum claruisse a. 1418. et vita decessisse paullo ante captam suam metropolin a. 1430. — *Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. III. p. 2242. sqq. ad a. 1410. qui multus est de aetate, potissimum de scriptis horumque codd. et ex aliis praecipue Lambecio et Goaro multa exscripsit. — *Hamberger* zuverläss. Nachr. tom. IV. p. 682. seq. ad a. mortis 1429. et *Saxius* in *Onom. litt.* part. II. p. 390. seq. qui, eum mortuum esse a. 1430. adiecit. *Harl.*

I. Prae-

ee) Eugenius Nomophylax in Synodico, Dominica orthodoxiae in ecclesia Thessalonicensi recitari solito, apud *Allatium* de Simeonibus pag. 187. seq. vbi celebrantur Thessalonicae archiepiscopi *Isidorus*, *Gabriel*, *Simeon Gregorius* et *Niphon*. Etiam senioris Simeonis Thessalonicen-

sis meminit *Allatius* de consensu vtriusque ecclesiae p. 869. Is est, qui *Isidorum* in archiepiscopatu Thessalonicensi antecessit.

ff) Ioannes Auagnota iu narratione de capta Thessalonica, in *Allatii Symmictis* p. 346. et 334.

1. Praecipuum eius opus est *de fide, ritibus et mysteriis ecclesiasticis*, quod integrum graece lucem vidit Iassii in Moldavia a. 1683. fol. curante *Dositheo*, patriarcha Hierosolymitano, et merito laudatur ab *H. Whartono* in auctario historiae dogmaticae Vsserii de scripturis et sacris vernaculis p. 440. et *Rich. Simone* in bibl. selecta tom. I. cap. 29. pag. 237. seq. *Fabr.* Fabricius noster infra in vol. XIV. p. 49. sqq. vet. ed. *Simeonis Thessalonice*. opus ecclesiasticum, quod beneficio *Maurocordati*, Hungaro Walachiae principis, acceperat, curatius et vberius descripsit, et capitum eius elenchum et quaedam specimina dedit. Ego vero h. l. reducam descriptionem operis; longum autem capitum indicem, qui si necessarius videbitur lectoribus, et nisi aliae obstituerint caussae atque impedimenta, in Supplementorum tomum coniiciam. Fabricius autem, „auspiciis, ait, et sumtu *Ioannis* ducis, labore *Ioannis Molibdi* *), Heracleensis excusum, graece lucem vidit Iassii in Moldavia a. 1683. fol. opus Simeonis hoc titulo: ΣΥΜΕΩΝ τῷ μακαρίῳ ἀρχιεπισκόπῳ Θεσσαλονίκης κατὰ αἰρέσεων, καὶ περὶ τῆς μόνης ὁρθῆς τῆς Χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως, τῶν τε ἱερῶν τελετῶν καὶ μυστηρίων τῆς ἐκκλησίας διάλογος. Περί τε τῶ θείῳ Ναῶ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἀρχιερέων τε, καὶ ἱερέων καὶ διακόνων, καὶ τῶν ὧν ἕκαστος τῶν τῶν σόλων ἱερῶν περιβάλλεται, καὶ περὶ τῆς θείας μυσταγωγίας. εἰς τε τὸ τῆς ὁρθοδόξου τῶν Χριστιανῶν πίστεως Σύμβολον ἐρμηνεία, καὶ τῶν τέττε ῥήσεων ἐκθεσις, ὅθεν τε συνελήγησαν καὶ κατὰ τίνων συγκείμεαί εἰσιν. ἔτι δὲ περιεκτικῶς τῆς ὁρθοδόξου πίστεως κεφάλαια ἥτοι ἄρθρα δώδεκα, καὶ ὅτι ταῦτα περιέχει τὸ ἱερὸν Σύμβολον. καὶ περὶ τῶν περιεκτικῶν ἀρετῶν. Ἀποκρίσεις τε πρὸς τινὰς ἐρωτήσεις Ἀρχιερέως, ἡρωτηκέναι αὐτόν. καὶ τελευτῶν περὶ ἱερωσύνης. Μεθ' ὧν τῷ σοφωτάτῃ καὶ λογιωτάτῃ ΜΑΡΚΟΥ ΕΥΓΕΝΙΚΟΥ μητροπολίτη Ἐφέας ἐξηγήσεις τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἀκολουθίας. B. SIMEONIS archiepiscopi Thessalonicensis contra haereses, et de sola recta nostra Christianorum Fide, et de sacris ritibus et mysteriis ecclesiae dialogus. Praeter ea de diuino templo et de episcopis, presbyteris ac diaconis, et de sacris stolis siue vestimentis, quibus quisque induitur, et de diuino cultu ac mystagogia. Interpretatio in symbolum fidei christianae, et vocum eius expositio, atque unde collectae illae et quibus oppositae fuerint. Capita item et articuli, quibus recta fides continetur, et quod illa sacro comprehendantur symbolo, et de virtutibus, quae in eodem commendantur. Responsiones ad quaedam quaesita Episcopi, et denique de sacerdotio. Post haec, MARCI EVGENICI sapientissimi doctissimique metropolitae Ephesi expositio ordinis liturgiae ecclesiasticae. Subiunctus index graecus locuples, a Ioanne Molibdo compositus.

Praemittitur volumini praefatio duplex *Dosithei*, patriarchae Hierosol. **), in quarum

*) Τυπωθέντα διὰ δαπάνης τῆς εὐσεβεστάτης, ἰνδοξοτάτης, ἐκλαμπροτάτης τε καὶ γνηνοτάτης ἡγεμόνης Κυρίας ἸΩΑΝΝΟΤ Δέκας Βασίλδα πύσης Μολδοβλαχίας, τῇ μεγαλοπρεπεστάτῃ αὐθέντῃ καὶ ἀρχηγῇ πύσης Ὀυκρανίας, ἐπιμελείᾳ καὶ διορθώσει τῶν λογιωτάτων νοταρίων τῆς μεγάλης ἐκκλησίας κυρίας ἸΩΑΝΝΟΤ ΜΟΛΙΒΔΟΤ, τῇ ἐξ Ἡρακλείας, ἐν τῇ σιβασιμῇ πατριαρχικῇ καὶ αὐθεντικῇ μόνῃ τῶν πρωτοπορυφαίων Ἀποστόλων, τῇ καλῇ ἐν Ἰζνικῇ, Ἐν ἑκτῇ σωτηρίᾳ ΔΧΠΓ κατὰ

μῆνα Ὀκτωβρίου ἐν Γενεύῃ τῆς Μολδοβλαχίας. Et in calce libri: ἐπιμελείᾳ δὲ καὶ διορθώσει τῶν λογιωτάτων κυρίας ἸΩΑΝΝΟΤ ΜΟΛΙΒΔΟΤ τῇ Περνθίᾳ, κατὰ τῇ θεοφιλεστάτῃ ἐπισκόπῳ χασίᾳ, κυρίᾳ ΜΗΤΡΟΦΑΝΟΤΕ.

**) ΔΟΣΙΘΕΟΣ ἱεὺς θεὸς πατριάρχης τῆς ἁγίας καὶ προσκυνητῆς τῇ Σωτηρίᾳ ἡμῶν Χριστῷ καὶ Θεῷ ἀναστάσεως.

rum priore Simeon Thessalonicensis celebratur ὁ τῆς Θεσεσις καὶ αἰοιδίμης μνήμης Θεσσαλονίκης ἀρχιεπίσκοπος Συμεὼν, σύνοψιν τῆς τε Γραφῆς καὶ τῶν Πατέρων ἄριστα καὶ ἀσφαλῆστατα ποιησάμενος, διὰ τὸ εὐμάθητον τῶν ἀγγραμμάτων, καὶ διὰ τὸ εὐκατάληπτον τῶν σπυδαίων, καὶ διὰ τὸ εὐμνημένεον τῶν σφῶν. Τὴν γὰρ ἀκτῖνα τῆς Θεαρχικωτάτης αἰγλης πληρέστατα εἰσδεξάμενος ἥλιος πνευματικὸς τῇ ἐκκλησίᾳ τῇ Θεῷ χρηματίζῃ, καταφωτίζων καὶ σοφὲς καὶ ἰδιώτας ταῖς ἀκτίσι τῆς διδασκαλίας αὐτῆς. Καὶ ὡς ἐν χρυσίῳ μάλισσα ἡ βασιλικὴ εἰκὼν, ἔτω τῇ καθαρότητι τῆς μακαρίας αὐτῆς ψυχῆς εἰκὼν ὁρατὰ τῇ Θεῷ τετυπωμένη. διὸ καὶ Θεοφόροις πατράσιν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν πρωτοτόκων συναγαγόμεναι τῷ πανταίῳ τῶν τοιούτων σαλπύγγων Χρυσῷ παριστάμενος. *Beatae et celebratissimae memoriae archiepiscopus Thessalonicensis Simeon, qui compendium scripturae sacrae et Patrum quam optime et solidissime composuit, ut et inruditi facile discere, et comprehendere studiofi, et docti tenere memoria valeant.* Divini enim splendoris radio plenissime imbutus, solis instar spiritualis est ecclesiae dei, qui radiis doctrinae suae doctos pariter indoctosque illuminat. Ac sicut in auro maxime regia effigies, sic in beati illius animi puritate, dei expressa imago cernitur. Quare etiam cum divinis Patribus in ecclesia primogenitorum beatus et Christo, qui sanctorum huiusce tubarum auctor est, praesens et adstans exultat. In altera praefatione, data Hadrianopoli et directa ad Ioannem, ducem *), Dositheus laudat huiusce curam ac benignitatem in promouenda Simeonis editione, publico bono demonstratam. „Haecenus Fabricius, qui dein longum capitulum indicem subiecit: quorum summam et ordinem h. l. tantum dabo. 1) contra atheos, quod est deus, deorum cultores, Iudaeos, Simonem, magum, aliosque et latinos: 2) de sacramentis. 3) de sacro ritu sancti unguenti; 4) de sacra liturgia; 5) de divino templo eiusque inauguratione; 6) de sacris ordinationibus; 7) de poenitentia; 8) de honesto et legitimo coniugio; 9) de sacro ritu sancti olei, s. euchelai; 10) de sacra precatione; 11) de fine et exitu nostro e vita, et de sacro ordine sepulturae, et quae promemoria defunctorum solent fieri; 12) expositio de divino templo — de Missa etc.; 13) expositio succincta divini symboli rectae fidei nostrae; 14) exposit. necessaria de sacri symboli vocibus et dictis etc. 15) περιεκτικὰ etc. v. ap. Fabric. s. Allat. nr. 4-6) — 16) responsiones ad quaesita episcopi; 17) de sacerdotio etc. (nr. 3. ap. Fabric.) 18) Marci Eugenici expositio officii ecclesiastici. Harl.

Huius operis partes sunt: Ἑρμηνεία περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ ἱερῶν τε πέρι καὶ διακόνων καὶ ἀρχιερέων τε καὶ ὧν ἕκαστος τέτων ζολῶν ἱερῶν, περὶ περιβάλλεται· ἔμην ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς Θεῆας μυσταγωγίας λόγον ἐκάσῳ διδῶσα τῶν ἐν αὐτῷ τελεμμένων Θεῶς καὶ τοῖς ἐν Κρήτῃ ζητήσασιν ἀποσαλεῖσα, — de templo et missa, quod graece et latine edidit Iacobus Goar in Euchologio pag. 212. 232. Latine et minus sincerum Iacobus Pontanus S. I. Ingolstadt. 1603. 4. pag. 425. sqq. in adpend. Opp. Sym. iunioris theol. recusum in supplemento bibliothecae patrum Morelliano Paris. 1639. fol. tom. I. pag. 865. et in Lugdunensi Bibl. Patrum tom. XXII. pag. 767. Fabr. Item in Colon. bibl. patr. 1618. fol. vol. XII. part. I. p. 741. — MS. Vindob. in cod. caes. CLXVI.

nr. II.

*) Τῇ ἐκλαμπροτάτῃ, ἰδιοξοτάτῃ, εὐσεβεστάτῃ, γαληνοτάτῃ τε καὶ μεγαλοκρησιτάτῃ αὐθίγῃ καὶ ἡγεμονίᾳ πᾶσις Μολδοβλαχίας τὸ τρίτον, καὶ Ὁκρανι τὸ πρῶτον, κυρίῳ, κυρίῳ ἸΩΑΝΝΗ δάκῃ Βοιβόδα, τῷ ἐν ἀγίῳ πνέοντι νύκ ποθουμένῳ τῇ ἡμῶν μετρί-

τητος, Ἀποστολικὴν εὐλογίαν ἐν ἀγίῳ Φιλήματι. Et in fine epistolae: ΔΟΞΙ'ΘΕΟΣ ἰλὴν Θεῷ πατριάρχῃ τῆς ἀγίας πίστεως Ἱερουσαλὴμ, καὶ εὐχίτης τῆς αἰς ἐκλαμπροτάτης.

nr. II. et in cod. CCLXXII. v. *Lambec.* IV. p. 390. sq. et V. p. 457. sq. Koll. — ibid. in cod. CCLXX. plura sunt Simeonis Thessal. scripta, nr. 1. *dialogus ecclesiasticus et de sola vera fide, simul etiam de VII. ecclesiae sacramentis, et de templo, rebusque et hominibus ad illud pertinentibus; tum secundum Fabricii ordinem nr. 2. 3-6. Precationes sacrae sex nr. 7. codicis, et nr. 8. cod. accurata diiudicatio legitimarum et illegitimarum nuptiarum, excerpta ex libro iuridico Theodori Balsamonis; de quibus copiose agit Lambec. V. pag. 451. sqq. Kollar. — ibid. p. 470. in cod. CCLXXXII. excerpta ex Simeonis Thessal. monitis de vita ascetica, s. monastica. Monac. in codd. Bauar. LVIII. et CCLXXXVI. *expositio de diuino templo etc. v. Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. I. p. 34. etc. f. cat. MSS. gr. Bauar. pag. 43. et 44. — in cod. Harlei. MMMMMDCXXX. opera quaedam, quorum tamen tituli non indicantur in catal. MSS. bibl. Harlei. Oxon. in codd. Barocc. LXXV. *de templo etc. CVII. expositio liturgiae; inc. ἡ ἀγάπη θεία.* et plura sim. scripta in cod. CCXCIV. nempe sec. ordinem Fabricii nr. 1. 4. 5. ac 6. et *epistola adhortatoria ad viam salutis etc.* — *Explanatio liturgiae s. missae* est quoque *Vindobon.* in cod. caes. XIII. nr. 6. et incipit: προσήγετο δῶρα τῷ θεῷ v. Kollar. Supplem. ad Lambec. I. p. 129. sq. qui obseruat, opus in hoc cod. esse multo copiosius, quam illud, quod vulgavit Goar in Euchologio suo pag. 212. et luce publica dignum. — *Taurin.* in cod. LXV. in quo etiam est Sim. Thessal. *dialogus contra haereses etc. v. cat. codd. gr. Taurin. pag. 161. sq.* — *Paris.* in bibl. publ. codd. MCCLXVII. et MCCLXXXI. *expositio liturgiae*, et in duobus posterioribus sunt quoque *responsiones ad interrogata Gabrielis etc. ibid. in cod. MCCLXXXII. exstant varia Sym. Thessal. opera*, quae omnia lucem vidisse lassii a. 1683. dicuntur, in cat. MSS. bibl. reg. II. p. 274. — *Sec. Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 478. bibl. Venet. in bibl. Grimana et pag. 623. *B.* in cod. Scorial. *de mysteriorum ecclesiae: — pag. 504. A.* in bibl. Ambros. Mediol. *de sacramentis ecclesiae; de templo dei etc. de oratione; responsiones ad interrogata sacerdotis cuiusd. de rebus theologicis. Harl.**

Ἐκκλησιαστικὸς διάλογος κατὰ πασῶν τῶν αἰρέσεων καὶ περὶ τῆς μόνης πίστεως τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῶν ἱερῶν τελετῶν τε καὶ μυστηρίων πάντων τῆς Ἐκκλησίας, ὃν αὐτὸς ἴδιον κεκτημένος, ἀλλ' ἐκ τῶν ἁγίων γραφῶν καὶ τῶν πατέρων ἱερανοθεὶς αὐτῷ καὶ συντεθεὶς κατὰ δύναμιν, ἀπολογία διδὼς ἐκάστῳ τῶν κατὰ καιρὸς ἡρωτηκότων. *Dialogus aduersus omnes haereses*, in quo inter alia laudat clarum sua aetate Callistum Xanthopolum, qui a. 1395. fuit patriarcha CPolitanus, et latinos haereticis adscribit. Varia ex illo dialogo producit passim Allatius in suis scriptis, vt libro de Simeonibus p. 185. [P] de aetate ordinum pag. 42. seq. de libris ecclesiasticis p. 7. de purgatorio p. 100. 110. etc. Exstat MSStus in bibl. caesarea, Vaticana aliisque. *Fabr.* Add. modo memoratis codd. inter MSSt. codd. *Paris.* bibl. publ. a Senino ex oriente adlatos, cod. XVII. teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSSt. p. 1031. *C.* et *Mart. Crusium* in Turcograccia, supra, in vol. VIII. pag. 96. sub fin. *Harl.*

De septem ecclesiae Sacramentis, quem librum Fridericus Metius latinitate donauit, teste Posseuino, sed non edita est eius interpretatio: dialogum *de poenitentia* graece et latine vulgavit Ioannes Morinus in opere de sacramento poenitentiae Paris. 1651. fol. et recuso Bruxell. 1685. et Venet. 1702. fol. p. 471-476. nec non *περὶ τῶν χειροτονιῶν* libellum *de ordina-*

zione in opere de sacris ordinationis ritibus Paris. 1655. fol. Bruxell. 1686. fol. Vtraque ex Morini versione leguntur etiam in Bibliotheca Patrum edit. Lugd. tom. XXII. pag. 792. et 793. [Quosdam codd. iam paullo ante laudaui. Add. in cod. bibl. *Escorial. de ecclesiae sacramentis* capita XIV. teste *Plüero* in *Itinerar.* per Hispan. pag. 190. — *Vindobon.* in cod. caesar. XIII. nr. 4. sunt quoque capita XIV. conf. *Kollar.* in *Supplem.* ad *Lambec.* qui pluribus, vel ex disertis nostri cod. verbis in fine contra *Fabric.* nostrum docet, illud syntagma nihil aliud esse, nisi partem magnam operis *Sim. Thessal.* ante memorati, i. dialogi eccles. contra haereses: quod etiam colligi potest ex ordine capitum in ed. *Dosithei*, supra posito. Ex eo etiam cognoscimus, quae, ab *Allatio* memorata, et a *Fabricio* pro ineditis habita, in illa editione lucem viderint. *Harl.*] — Laudant *Simeonis* de sacramentis *Hieremias* patriarcha CPOL. in responsionibus ad theologos *Wirttembergenses*, *Franciscus* *Turrianus* ad *Constitut.* apostol. *Petrus* *Arcudius* in *Concordia* pag. 6. 7. 19. et passim, *Gabrielem* quoque *Seuerum* *Philadelphensem* plura ab eo mutuatum notans pag. 10. Similiter *Allatius* in pluribus scriptorum suorum locis, vt de consensu pag. 1139. seq. 1256. 1259. 1276. etc de aetate ordinum pag. 42. seq. 136. seq.

Cetera huius *Simeonis* adhuc quod sciam inedita, ab eodem *Allatio* memorantur p. 193. seq. libro de *Simeonibus*.

2. Ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ἐρωτήσεις τῆ ἱερωτάτης Μητροπολίτης πενταπόλεως κῦρ Γαβριήλ. *Responsiones ad interrogata sanctissimi metropolitae Pentapolitani Gabrielis.* P. Ἐδὲ μὲν τὰς τοιαύτας τῶν ἐρωτήσεων ὑψηλότερας, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς. *Responsiones* sunt numero LXXXV. ^{gg)} Legebantur in Palatina, et nunc in Vaticana, [et *Mosquensi*, cod. CCCLXXXIX. v. *Matthaei* notit. etc. p. 248. *Harl.*] Continent multa theologica, moralia et ecclesiastica; et essent maxime utiles, si ederentur.

3. Eiusdem: Περὶ ἱερωσύνης πρὸς τινὰ τῶν εὐλαβῶν Μοναχῶν ἱερεὺς διακονίας ἡζιωμένων, ἔτι καὶ τῆ ἀρχιερέως εἰς τὸν τῆ Πρεσβυτέρου τελέντος τότε βαθμόν. *De sacerdotio ad quemdam pium monachum sacro ministerio insignitum, adhuc praesule in presbyterii ordine existente.* P. Ἐν Χριστῷ μοι ἀγαπητὴ καὶ γνησιώτατε ἀδελφὲ τὴν ὀφειλὴν τῆς ἀγάπης. *Fabr.* MS. in cod. *Barocc.* CCXCIV. nr. 13. In bibl. *Bodlei.* inter aduersaria *Ger. Langbaeni*, ex *Sym. Thessal.* responsis de fine saeculi, et ex eiusd. quaestionibus de typicis *Sabae* et *Damasceni*. v. cat. MSS. Angl. etc. I. p. 268. *Harl.*

4. Τῆ αὐτῆς Ἑρμηνεία συνοπτικὴ ^{hh)} κατὰ δύναμιν εἰς τὸ τῆς ὁρθοδόξου καὶ αἰμωμῆτος ἡμῶν πίστεως τῶν Χριστιανῶν θείον καὶ ἱερὸν Σύμβολον. *Expositio compendiosa, uti potuit,*

gg) Nonnulla ex his profert *Allatius* lib. de purgatorio pag. 31. 140. 214. et contra *Hottinger.* pag. 8. Exstant etiam MSS. in bibl. *Bodleiana*, codice *Barocc.* LXXXI. e quibus locus adducitur ab *Humfredo* *Hody* in libro anglice edito: *the case of sees vacant*, pag. 86. *Fabr.* Item in cod. *Barocc.* LXXXV. — *Vindobon.* in cod.

XIII. nr. 5. sunt tantum responsa decem. v. *Kollar.* *supplem.* pag. 128. sq. integra sunt in cod. CLXX. nr. 2. v. *Lambec.* V. supra vbi iam aliorum codd. mentio facta est, memoratum. *Harl.*

hh) V. supra, not. aa ad vol. VIII. pag. 78. *Harl.*

potuit, in orthodoxas et inculpatas nostras fidei [P] Christianorum sacro sanctum Symbolum. P. Περὶ τῆς ἱερωτάτης Συμβόλης τῆς ἀληθῆς καὶ μόνης τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως. [Conf. supra, not. ad vol. VIII. p. 78. *Mosquae* in cod. synod. LXXI. 8. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 61. et p. 321. in cod. XXXIX. in quo etiam sunt sequens opus, et de articulis fidei. *Harl.*

5. Τῇ αὐτῇ Ἐκθεσις ἀναγκαιοτάτη περὶ τῶν τῆς ἱερᾶς Συμβόλης ῥήσεων, ὅθεν συναλέγησαν, καὶ κατὰ τίνων αὐτὰς συγκείμεναι εἰσί. *Expositio perquam necessaria sententiarum sacri Symboli, unde collectae sunt, et adversus quos dictatae.* P. Καλὸν ἐκθέσθαι, καὶ ὅθεν τὸ ἱερωτάτον παρὰ τῶν Θείων Πατέρων συνετέθη Σύμβολον. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. CCLXXIX. 8. v. *Matthaei* l. c. p. 180. *Harl.*

6. Περιεκτικά, ὡς δυνατόν, τῆς μόνης τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως κεφάλαια δώδεκα, ἃ περὶ τινὲς ἄρθρα καλῶσι τῆς πίστεως, σαφέστερον συντεθέντα παρὰ τῇ Ἀρχιεπισκοπῇ Θεσσαλονίκης Συμεῶν, καὶ ὅτι ταῦτα περιέχει τὸ Θεῖον Σύμβολον, καὶ περὶ τῶν περιεκτικῶν ἀρετῶν. *Continetia, ut fieri potuit, solani Christianorum fidem capita duodecim, quae nonnulli articulos fidei nuncupant; clarius elucidata ab archiepiscopo Thessalonicensi Symeone; eaque comprehendere sacrum Symbolum, et de comprehensivis virtutibus.* P. Ἡ ἀληθὴς καὶ μόνη τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστις ὑπὲρ ἑνὸς ἔσα καὶ λόγος. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. CCLXXIX. 8. v. *Matthaei* l. c. p. 180. *Harl.*

7. Τῇ αὐτῇ περὶ ὧν καινοτομίαι Λατῖνοι *). *De iis, circa quae latini innouant.* P. Πρῶτον μὲν τὸ περὶ τὴν πίσιν ἀπασφαλῆναι, καὶ προσθήκην θείαν τῷ ἱερωτάτῳ Συμβόλῳ.

8. Eiusdem plura referuntur ad leges et canones pertinentia a Manuele Malaxo in Nomocanone.

9. Canones etiam et hymnos in sanctos composuisse, ex Eugenio *) colligo: Καὶ ὡδαῖς ἱεραῖς τῆς τῶν Ἁγίων χορᾶς, καὶ οἰκοθὲν κατατέψαντος, ὧν τὸν βίον ἐζήλωσε, καὶ δῆλυνσε. *Et sacris cantibus Sanctorum chorus, et ex propriis exornavit, quorum vitam aemulatus confecit.* Horum tamen ipse nihil vidi. *Hactenus Allatius. Fabr. V. cod. Vindob. citat. nr. 7. et 8. Harl.*

[Conf. supra in h. vol. de Melodis Graecor. voc. *Simeon. Thessalon.* — In cat. codd. gr. *Nanian.* p. 151. nr. 7. cod. LXXIV. citantur *Simeonis Thessalon.* oratio, quae tamen auctorem habet *Simeonem Mamant.* et supra numeratur nr. XXV. et p. 152. opus eiusd. *Sim. Mam.* — *Sim. Thessal.* oratio in *adsumptionem Mariae, Paris.* in bibl. publ. cod. CMLXXX. VII. nr. 7. *Harl.*]

10. *Simeonis Thessalonicensis Chronicon* MS. in Philippico imp. laudat *Cangius* in *Glossario graeco* p. 1606. nisi calami errore *Thessalonicensem* posuit, atque intellexit *Chronicon*

T t 3

Simeonis

ii) Vide *Allatium* lib. de purgatorio pag. 33. 264.

*) Vbi supra, p. 326. ed. vet.

Simeonis Logothetae, quod frequentissime citat alibi, vt in diss. de hebdomo pag. 128. 129. 153. 154. et notis ad Zonaram p. 28. 55. 70. et 79. et in appendice ad glossar. p. 4. 5. 6. 7. 22. 23. 36. 45. 56. 57. 58. 59. 72. 74. 75. 83. 84. 86. 90. 92. 100. 101. 103. 106. 110. 113. 114. 115. etc. De hoc dixi vol. VI. p. 352. et 158. [f. vol. VII. p. 471. sq. et p. 683. sq. ed. nou.] vbi etiam de Historia chronica adhuc itidem inedita Simeonis Sethi, lingua graecorum vulgari, ab origine mundi ad imperium vsque Constantiai Ducae, de qua paullo ante de *Simeone Setho* nr. 7.

[P] SIMON Cretensis, qui se maluit dicere CPolitanum, ord. praedicatorum hieromonachus, non diuersus, iudice Allatio^{kk)}, a Simone Tacumaeo^{ll)}, episcopo primum Gyracii et mox Thebarum archiepiscopo, clarus temporibus Ioannis Cantacuzeni, qui imperium tenuit ab. a. 1347. ad 1355. Scripsit *epistolam ad Ioannem Nomophylacem* de conciliis, quae processionem Spiritus S. a Filio definiuerunt, cuius partes longas graece et latine exhibet Allatius libro de synodo Photiana pag. 453-465. et in libro contra Hottingerum pag. 334-382. Incipit: Ἡ δὴ λωσις τῶν λόγων σε φωτιεῖ. Alterum scriptum eiusdem argumenti ad *Manuelem Olobolum*, rhetorem, qui postea monachum induens Maximus dictus est. Incipit: Τὸ Πνεῦμα ἅγιον Φιλανθρωπότατον, ὃν διὰ τῆ σοφῆ Σολομώντος. Tertium, ad *Sophroniam* de eodem argumento, incipit: Μένημαι ὡς ὅτε ἡ μεγάλη ἀγιοσύνη σε ἀπέσταλτο παρὰ τῆ τριμεγίστη. Adponit etiam Allatius^{mm)} iambos eius graecos quatuordecim ad Ioannem Cantacuzenum, quum imperio se abdicans Ioasaphi nomen inter monachos suscepisset a. 1355. sic inscriptos, Ἀρχιεπισκόπος Θηβῶν. [Sunt *Venet.* in cod. bibl. Marc. CLI. v. catal. codd. gr. Marc. p. 83. et supra, vol. VII. p. 788. *Harl.*] Denique, nisi alius is fuit, de Simone Iatumaeco haec habet *Sixtus Senensis* lib. IV. bibl. sanctae pag. 378. *Simon Iatumaecus, episcopus primum Gyracii et mox Thebarum archiepiscopus, patria CPolitanus, graece, latine et hebraice doctus et in diuinis scripturis continua lectione exercitatus, totius noui instrumenti seriem ex emaculatissimis Graecorum codicibus suprema diligentia in unum redegit, subinde uero et in hebraicum et in latinum vertit sermonem, verbum de verbo fidelissime interpretans. Demum has tres editiones in tribus per singulas paginas columnis tanta industria disposuit, ut linea lineae, et dictio dictioni sibi e regione oppositae tam sensu quam verbo aptissime responderet. Claruit anno domini 1400.*

XIV. PETRVS, diaconus CPol. et chartophylax circa a. 1092. cuius responsa canonica ad interrogationes praepositas leguntur graece cum Io. Leunclauui versione in libro VI. iuris graeco-romani pag. 395-397. [In cod. *Mosquensi* secund. indic. *Matthaei* ad suam notit. codd. gr. Mosq. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCCLV. nr. 17. *Interrogata et responsa Petri chartophyl. de iure canonico.* Ibid. exstant alius *Petri diaconi et philosophi* lib. de cyclo et indictione, in cod. CMXXIX. nr. 7. et de sole, luna ac sideribus, in cod. MMMLXXXV. — Secund. *Montfau.* in bibl. *Coislin.* p. 564. in cod. CCCLXIV. *Petri charto-*

kk) Allatius lib. II. de consensu cap. 15. n. 11. et de Simeon. pag. 202.

sancta, et Possuuntum in Apparatu sac. Apud Casum ad a. 1276. Iacumaeus.

ll) Iatumaecus apud Sixtum Senensem in bibl.

mm) Allatius de Simeon. pag. 202.

chartophyl. solutiones quarundam quaestionum, a monacho oblatarum: et pag. 104. 292. bis et 296. in codd. dicitur Petrus *diaconus* atque *chartophylax* interfuisse cuidam synodo Cpolit. — *Vindobon.* in cod. caes. LIII. nr. 21. *solutiones diuersarum quaestionum canonicar.* v. *Lambec.* VIII. p. 1010. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. in cod. Thomae Roe, cod. XVIII. f. nr. 264. cat. MSS. Angliae etc. Petri *chartophyl. quaestio* et *Chartophylacis* cuiusdam, (an Petri?) *responsa ad quaestio* Theodosii monachi. — *ibid.* nr. 1432. in cod. *Guil. Laudi, Petri diaconi expositio canonis. Harl.*] Alius *Petrus Antiochenus* circa a. 1050. ad quem scripsit Mich. Cerularius, vt notauimus supra p. 196. [vbi plura adscripsi.] Petri ad Cerularium epistolam MS. memorat *Lambecius* III. pag. 160. [p. 397. ed. Koll.] dedit graece et latine *Cotelerius* tom. II. monument. p. 145-162. partem ediderat *Allatius* de purgatorio pag. 695. [P] et de Consensu p. 786. et p. 1113. a verbis p. 149. edit. *Coteler.* ὅσα δὲ σοι καὶ ἀπαριθμηται, ad extremum pag. 160. Dominici Gradenfis archiep. epistolam ad hunc Petrum cum Petri responsoria. exhibet idem *Cotelerius* pag. 108. et 112-135. Incipit haec: πολλὰς ἡμῶν εὐφροσύνης. Professionem fidei hic misit ad Leonem IX. a. 1053. ⁿⁿ⁾ Alius iunior *Petrus*, Mediolanensium episcopus, cuius λόγος ad Alexium Comnenum, probans Spiritum S. ex patre Filioque procedere, exstat graece cum versione Federici Metii, Therimularum episcopi in *Allatii* Graecia orthodoxa tom. I. p. 379-389. [*Mosquae* in cod. bibl. synod. CCCLV. nr. 3. διὰ λέξεως τῆς - φουερῆς, τῆς μονάχης, καὶ ἰωάννης cum *Petro Mediolan.* de processione Spiritus S. coram Alexio Comneno et synodo. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 235. *Romae* in bibl. Vaticana

ⁿⁿ⁾ Praeter codd. quos supra pag. 196. memorauimus, sunt quoque in cod. *Laurent.* XL. *ibid.* laudato, nr. 23. Petri Antiocheni ep. ad archiepisc. Tranensem in Apulia, aut Aquileiae s. Venet. quae gr. et lat. edita est a *Cotelerio* in Monumentis etc. tom. II. pag. 112. sqq. vbi inscribitur ad *Dominicum Gradensem.* — nr. 24. eiusd. ad patriarcham Alexandrinum: nr. 25. eiusd. ep. ad patriarcham Hierosolymitanum: nr. 26. et 27. duae epistolae ad papam Romae, et nr. 28. huius ep. ad Petrum Antioch. Mutuae epistolae Leonis pontif. IX. et Petri Antioch. laudantur a Baronio ad a. MLIII. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. tom. II. pag. 413. sq. — *Venetis* in codd. Nanianis XCVI. nr. 5. CCXXVIII. nr. 36. et CLIV. nr. 40. epist. ad patriarch. Gradensem s. Aquileiensem. v. cat. codd. gr. Nan. p. 189. 422. et 350. — *Ibid.* in cod. bibl. *Marci* XLIX. epistolae II. ad Leonem papam. v. cat. codd. gr. Marc. p. 31. et cl. *Morell.* bibl. MSt. gr. et lat. pag. 60. — *Sec. Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 197. B. nr. 39. Petri Antioch. canones, et Montf. ib. p. 197. C. primum canonem publicauit, *Romae* in bibl. patrum Basilii: — pag. 503. D. epist. ad Graden. episc. et alia synodica, *Mediolani* in bibl. Ambros. — pag. 647. E. eadem epistola *Oxon.* in

bibl. Bodlei. — pag. 775. C. et 776. nr. 113. epistola de Azymis ad episc. Venetiar. *Paris.* in cod. cardin. Radulphi, in bibl. publ. — p. 707. E. eadem in bibl. *Sfortiana.* — Eadem epist. est *Paris.* in bibl. publ. in tredecim codd. — epistola ad *Mich. Cerular.* aduersus latinos, *ibid.* in cod. MMDCCCXXX. et *homilia, quum Argyrus Italus ad confutanda Graecorum placita venit,* in cod. CMXXXVIII. nr. 3. et MCCLXVIII. nr. 5. epistola, vbi de Argyro, qui Graecorum opiniones confutaturus in orientem venerat, ac nr. 3. et 4. *Dominici Gradenfis* ep. ad Petrum Antioch. atque huius responsum ad illum. — Rescriptum ad archiep. Gradensem, et de Azymis in cod. *Escorial.* teste *Plüero* in Itiner. per Hispan. p. 186. — *Mosquae* in cod. CCCLIII. nr. 12. 13. orat. de Argyro, et epist. ad archiep. Gradensem — ad Cerularium etc. in codd. XXXIV. CCCLV. tum X. XIV. XLVI. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 230. et 48. ac p. 256. nr. 26. et 27. pag. 305. sq. p. 311. p. 325. — *Conf. Du Pin* hist. eccles. vol. IX. p. 80. sq. *Cane* hist. literar. SS. eccl. II. p. 132. ad a. 1040. *Cas. Oudin.* comment. de S. S. eccl. II. col. 605. sq. ad a. 1040. *Harl.*

Vaticana Praefationes Ambrosianae *Petri*, archiepiscopi *Mediolani*, qui postea Alexander V. papa fuit. — In bibl. *Bodlei.* Io. Phurni disceptatio cum *Petro Mediolan.* episcopo. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 158. B. et 642. E. etc. *Harl.*] — Alii *Petri*, qui graece scripserunt praeter apostolum, fuere: *Petrus* episcopus *Alexandrinus*, martyr a. 311. et alter a. 380. defunctus et tertius S. Basilii et Gregor. Nysseni frater, episcopus *Sebastenus*, de quibus dixi volum. VIII. p. 411. seq. [vol. IX. p. 316. sqq. nou. ed.] *Petrus Arginorum* episcopus, cuius oratio in SS. Anargyros Cosmam et Damianum Allatio inspecta incipit: *ἀνέγες μὲν αἰσθητοὶ τοῦ σεπείματι.* [v. supra, vol. X. p. 214.] *Petrus Mansur Damascenus*, monachus, qui circa a. 1158. vixit, variorum asceticorum scriptor, quae in bibliothecis adhuc inedita delitescunt. Vide *Lambecium* IV. p. 200. °) *Cauci* diss. de dubiae aetatis scriptoribus, et *Michaelen le Quien* ad Ioannem Damascenum tom. I. p. 653. Fuit et *Petrus illustis*, ad quem scripsit S. Maximus, et cuius apud Photium mentio cod. CLXXXIV. °°) et *Petrus Moggius*, Alexandrinus episc. fauens haeresi Eutychis et defunctus a. 490. *Petrus Fullo* episcopus Antiochenus, infamis additione ad trisagium a. 485. °°) de quibus *Tillemontius*

oo) Siue p. 441. ed. Kollar. in cod. CLXXXVII. nr. 2. — In cod. caesar. CCLIII. nr. 20. ex *Petri Damasceni* libro ascetico excerpta varia. v. *Lambec.* V. p. 344. — *Venet.* in cod. *Naniano* CCXXIX. nr. 1. opusc. de virtutibus et vitiis. v. cat. codd. gr. Nan. pag. 423. fin. — Alios bene multos codd. iam excitavi supra ad vol. IX. pag. 718. not. °°. vbi Fabr. in contextu p. 717. sq. de *Petro Mansur* egit et *Le Quien* locum adposuit. Conf. *Cauci* diss. I. subiunctam eius hist. litt. SS. eccl. ed. Basil. tom. II. p. 15. vbi quoque de *Petro*, *Arginorum* episcopo, agitur. *Harl.*

pp) Ex Maximi epist. fragmentum *Vindob.* in cod. LXVIII. adnotante *Kollar.* in not. A. ad *Lambec.* VII. pag. 241. sq. additque, idem legi apud *Combesium* tom. II. p. 293. et 306. lin. 17. — In cod. *Coisl.* CCXCIII. Maximi epist. ad *Petrum Illustrium*, contra dogmata *Seueri*. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* pag. 411. — De *Petro Mongo*, patriarcha *Alex.* Monophysita, v. *Schroeckh.* hist. eccl. christian. tom. XVIII. pag. 510. sq. et 516. *Harl.*

qq) *Vindobon.* in cod. LVIII. nr. 3. Actis concilii CPolit. sub *Menna* patriarcha a. C. 536. celebrati praemittuntur nouem epistolae diuersorum auctorum ad *Petrum Fullonem*, (de quibus plura vide in Syntagmate canonum cum Io. Zonarae commentariis, ed. gr. lat. Paris. pag. 529-556. et in edit. concilior. Paris. Labbean. tom.

IV. col. 1057. sq. et 1097. sqq.) et ib. nr. 4. *Felici* III. papae epistola, ad Zenonem contra *Petrum Fullonem*, quo ipsi nuntiat, illum fuisse depositum, quod *Trisagio* addidisset haec verba: qui crucifixus es pro nobis. Plura, praefertim de *Trisagio*, disputat, et praeter alios, *Matthaeum Raderum* in Aula sancta imperatoris *Theodosii iunioris*, Augustae Vindel. 1608. 8. cap. 14. pag. 135. sqq. laudat *Lambec.* VIII. pag. 1036. sqq. — In eodem cod. nr. 5. sunt ipsa acta eiusdem concilii, nec non acta concilii *Hierosolymitani* sub *Petra*, patriarcha *Hierosolymitano*, contra haereticos *Acephalos* a. C. 536. quae exstant gr. et lat. in edit. conciliorum Paris. Labb. tom. V. p. 269. sqq. notante *Lambec.* ibid. p. 1040. sq. — *Mosquae* in cod. bibl. typographi synodalis X. de *Petro Fullone*, qui etiam *Lycopetrus* dictus est, patriarcha *Antiocheno*, et eius discipulo *Sergio*. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. pag. 308. nr. 64. et 65. — Ille *Petrus* damnatur in *Definitionibus fidei orthodoxae*, editis ex cod. *Coisl.* CCV. a *Montfauc.* in bibl. *Coisl.* pag. 265. sq. — Notabilem et singularem locum, in Adpendice Panopliae dogmaticae *Euthymii Zigabeni*. ex cod. caesar. LXXVII. nr. 82. in primo *Ἀντὶμαρτυρικῇ* de illo *Petro*, haereseos *Massalianorum*, *Phundaiatorum* f. *Phundaitorum* et *Bogomilorum* auctore, qui se Christum adpellasset, et se post mortem resurrecturum esse pronuntiasset etc. ideoque condemnato, excerptit *Lambec.* III. pag. 426. et *Kollar.* in not. A. pag.

montius tom. XVI. memor. *Petrus CPol.* episcopus, monothelita, ab a. 655. ad 666. *Petrus* item *Nicomediensis*, de quibus supra p. 198. ed. vet. etc. *Fabr.* Siue in indice scriptorum in concilio Lateranensi et sexto CPol. vbi sex *Petri* occurrunt. — *Vindobon.* in cod. XLV. nr. 46. est anonymi recensio compendiaria conciliorum etc. quam edidit *Lambec.* VIII. pag. 934. sq. in qua nominatur synodus CPol. sub *Petro*, (patriarcha CP. *Menotheleta* ab a. 652-656.) τῇ ἀληθῶς Ἰακωβίτῃ, μᾶλλον δὲ Θεομιήτῃ κατὰ τῶν ἁγίων πατέρων. add. ibid. p. 1040. — Hisce paucorum Petrorum memoriam adhuc adiungam. *Petrus Hispanus*; qui quidem adnumerandus est scriptoribus latinis; hic vero memorandus est, quia eius *Dialectica* graece versa est a *Georgio Scholario*. Ex *Dialectica* magistri Petri Hispani, gr. *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXXIII. i. plut. 71. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. III. p. 20. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCCXI. ex eiusdem *Dialectica*, interprete Scholario, et eiusdem περὶ τῶν τοπικῶν προβλημάτων. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. pag. 205. nr. 40. et 41. — item *Vindobon.* in cod. XXXIX. v. *Lambec.* VIII. p. 818. qui in not. 3. „claruit, ait, circa a. C. 1270. patria Vlyssiponenfis, ac professione medicus, summulisque logicalibus, ab ipso compositis, clarissimus, atque tandem, ex cardinale episcopo Tusculano, summus pontifex sub nomine *Ioannis XXI.* seu potius XIX. a d. 13. Sept. 1276. vsque ad d. 20. Maii a. 1277. quo obiit.“ — Secundum *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. p. 23. C. nr. 402. et p. 120. A. nr. 5375. *Romae* in bibl. Vatic. Petri Hispani *Thesaurus pauperum*. — eiusd. in Logice Aristotelis et alia scripta, in variis bibliothecis obuia, excitantur a *Montfaucon.* in bibl. citata. v. indic. sub voc. *Petri Hispani*. — Huius Summulae logicae, cum Verforii expositione prodierunt Colon. 1487. 4. Venetiis 1539. 4. et multo saepius tum illae, tuam alia eius scripta: v. *Panzeri* Ann. typogr. vol. V. pag. 246. sq. ac vol. X. p. 406. sq. in indicibus. Medica eius et philosophica scripta tum edita tum MSS. recenset *Lud. Iacob.* biblioth. pontific. libr. I. p. 537. Plura de eo eiusque scriptis horumque edit. prodiderunt *N. Antonius* in bibl. Hispan. vet. tom. II. p. 50. *I. Brucker.* in histor. crit. philosoph. tom. III. pag. 815. *G. Caue* in hist. litter. S. S. eccles. tom. II. p. 322. sq. ad a. 1276. *Io. Tob. Koehler* in: vollständige Nachricht vom Pabst Iohann XXI. welcher vnter dem Namen *Petrus Hispanus* berühmt ist. Gotting. 1760. 4. qui etiam *Summulas logicales* nostro vindicat, docetque, iuniorem quemdam Petrum Hispanum in illo opere quaedam mutasse: *Hamberger* in zuverläss. Nachricht. etc. part. IV. p. 440. sqq. *Saxius* in Onom. litt. part. II. p. 318. sq. ad a. 1276. — Add. *Fabr.* infra in vol. XIII. in elencho Medic. vett. vbi p. 361. sqq. plures *Petri medici* enumerantur. — *Petri Syncelli Michaelis patriarchae Hierosolymitani de diuersitate nominis*: λό-

γος,

429. addit, illam adpendicem gr. et lat. cum adnotat. euulgatam esse a *Iac. Tollio* in Insignibus itinerarii Italici etc. Traiecti ad Rhen. 1696. 4. p. 106. Add. *Lambec.* V. p. 284. nr. 1. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. VI. nr. 7. plut. 86. breuiter indicatur a *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. III. p. 295. copiosius autem a *Montfaucon.* in Bibl. bibliothecar. MSSt. p. 406. *E. Petri, pa-*

triarchae Hierosolym. demonstratio, quod haeretici insipientes omnes octo dicant hebdomadas SS. ieiuniorum, s. variorum haeticorum auctoritates circa hoc argumentum. — In bibl. *Bodlei.* inter collectanea Rich. Iamesii, in cat. MSSt. Angliae etc. I. p. 259. nr. 19. ex tribus libris de imagine mundi, editis a *Petro patriarcha Hierosolymitano.* Harl.

yes, aliisque, *Monac.* in cod. Bauar. CI. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 6. p. 41. sq. Sub nomine *Michaelis Syncelli* opusc. *de constructione orationis* exstat Venet. in bibl. Marc. cod. CCCCLXII. v. cl. *Morelli* bibl. MS. gr. et lat. I. p. 311. — *Petrus Patricius*, qui Leoni sapienti, (a. C. 889. sqq.) imperanti codicem Theodoreti Cyrensis curat, graec. adfectionum obtulit atque dicauit epigrammate ibid. praefixo, quod integrum ex cod. *Vindobon.* CLXXI. publicauit *Lambec.* in commentar. vol. IV. p. 399. sqq. ed. Kollar. — De *Petro* quodam diuite et avaro *Publicano*, qui a summa inhumanitate et truculentia ad summam erga pauperes misericordiam et sanctitatem vitae diuinitus conuersus est, narratio *S. Ioannis*, cognominis *miser cordis*, archiepiscopi Alex. desumpta ex vita dicti Ioannis, a Leontio, Neapoleos Cypri episcopo conscripta, in cod. *Vindobon.* CXLIV. nr. 46. et cod. XV. nr. 29. v. *Lambec.* IV. pag. 243. ibique Kollar. qui in nota *B.* alios codd. caesar. nominat, et vol. VII. p. 492. — Ibid. p. 251. nr. 16. cod. XIV. martyrium et vita *Petri* et nouem aliorum, sub Leone Isaurio, imperatore. — Add. supra vol. X. pag. 311. sq. vbi plurium aliorum SS. *Petrorum* vitae a Fabricio et a me memorantur. — In *Lambecii* comment. etc. vol. VIII. pag. 888. sqq. de cod. XLIV. nominantur aliquot *Petri*, qui a. C. 459. subscripserunt concilio CPolitano sub Gennadio patriarcha, n. Petrus, episcopus Ἡφαισς, alius, episcopus metropolis Γαγγαῶν, alius, episcopus metropolis Nicaeae; alius, episcopus Θύσθεως. — Sed tempore et lectorum patientia ne abutar, vereor, vel simplici commemoratione omnium *Petrorum* antiquiorum, qui numero fere sunt infiniti, et quorum multorum notitiam suppeditabunt indices ad *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. et ad alios catalogos MSS. in variis bibliothecis obuiorum. *Harl.*

XV. LVCAS CHRYSOBERGES patriarcha CPol. ab a. 1155. ad 1169. (r) a quo in *Leunclauii* iure graeco rom. libr. III. p. 217. sqq. habemus decreta synodalia XIII.

1). *Ne fiant nuptiae septimi gradus.* Libri III. iuris graeco rom. p. 217. *Fabr. Florent.* in cod. Laurent. II. nr. 82. plut. 5. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 9. *Harl.*

2). *De*

rr) Conf. de eo *Cauei* hi. litter. S. S. eccl. II. p. 231. ed. Basil. ad a. 1155. qui obseruat, *Lucam* secundum *Baron.* (annal. eccl. tom. XII. ad a. 1148. vbi de eius electione agitur,) fuisse ab a. 1148. ex monacho factum patriarcham CPolit. additque, eum a. 1166. synodum celebrasse CPolitan. et a. sequenti obiisse: (v. *Baron.* l. c. ad a. 1166.) et *Oudin.* in comm. de S. S. eccl. II. ad a. 1140. col. 1179. sq. Vterque memorat quosdam codd. caesar. ap. *Lambec.* Exstant vero in bibl. *Vindobon.* cod. CCXCII. nr. 7. Io. Chrysof. *Lucae Chrysobergae*, et anonymi cuiusdam *carmina quaedam iambica.* *Lucae* carmen incipit *Φαίνα τὰ ἡγνά.* v. *Lambec.* V. commentar. p. 524. sq. Kollar. — ibid. pag. 470. nr. 2. cod. CCLXXXII. in excerptis ex variorum scriptis, in his ex *Lucae Institutionibus asceticis* f. *monasti-*

cis: inc. τὸ νυχθήμερον ποιῶ εὐχὰς διαχίλις. — Ibid. vol. VI. part. I. pag. 68. de cod. VI. adnotante Kollar. nr. 5. not. excerptum *Lucae* ad disciplinam eccles. pertinens; incip. ὡς τοῖς ἀρχιερεῦσιν μὲν ἐφ᾽ ὧν αὐξάν. — Ibid. in vol. VIII. pag. 965. nr. 14. cod. XLVIII. in quo est *Lucas poema* versibus politicis de diaeta moderata ratione dierum festorum et ieiuniorum totius anni, compositum rogatu cuiusd. foeminae, priusquam fieret patriarcha: inc. Δεῦρο ψυχὴ βασιλίσσα, ψυχὴ φιλοσοφῶσα. — *Mosquae* in cod. LVI. bibl. typogr. synod. συνοδικὸν σημεῖον ἐπὶ τῇ ἀναγνώσει τῆς νεκρᾶς μηνὶ ἀπριλίῳ καὶ ἡμέρᾳ β. ἰνδίκτ. id. προκαθήμενος Λουκά· incip. ὡς καθυκρὸς καὶ ἀμώμης. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. pag. 332. nr. 18. *Harl.*

- 2) *De clericis, qui se immiscet saecularibus negotiis.* p. 220.
- 3) *De praefectis in extraneo monasterio tonsis.* p. 222.
- 4) *De indecoris et scenicis ritibus, sanctorum notariorum festo abrogandis.* pag. 223.
- 5) *De depositione Ioannis, Amathuntis episcopi, irrita, quod inaudita Cypriorum ecclesiae synodo facta esset.* p. 223.
- 6) *Ne ecclesiae laedantur transactione episcopi.* p. 223.
- 7) *De iis, qui testificantur contra filium spirituales.* p. 224.
- 8) *De episcopo per vim tonso.* p. 224.
- 9) *De iurjurando irregulari (ἀκανονισμῷ) non seruando.* p. 224.
- [P] 10) *De homicidio voluntario.* p. 224.
- 11) *De aduocatis.* p. 225.
- 12) *De infantibus captiuis baptizandis et infantibus Agarenorum.* p. 226.
- 13) *Ne clerici turpilucres fiant, aut medici.* p. 226.

XVI. NEOPHYTVS presbyter et monachus ἑγκληστος siue inclusus, circa a. C. 1190. cuius sermones triginta MStos in bibl. Colbertina exstare testatur Cotelierius tom. II. Monument. p. 679. quorum quintus est de monacho per daemonem decepto a. 1185. [Hodie in cod. Paris. bibl. publ. MCLXXXIX. et singulae illae homiliae referuntur in catal. MSS. illius bibl. II. pag. 244. Harl.] Occurrunt etiam sermones quidam huius Neophyti morales MSti in bibl. Coislina p. 404. "). Primus et secundus desideratur.

3) De baptismo. Incipit: *πρῶτον περὶ πρώτης θείας φωνῆς καὶ ἐντολῆς.*

4) Sermo apologeticus de latrone. Incipit: *Τὸν τῷ κόσμῳ ἰσοσκελεῖον λόγον.*

Sex homiliae in praecepta saluatoris. 5) Incipit: *Θεὸς τῷ ἀγαθῷ συνεργείᾳ καὶ χάριτι.*

6) Incipit: *Κύριος δώσει ἡμῶς τοῖς εὐαγγελιζομένοις δυνάμει.*

7) Incip. *ζητεῖ λοιπὸν ὁ λόγος ἡμῶν ὁ ἑβδόμος.*

V v 2

8) Incip.

ss) In cod. Coisl. CCLXXXVII. — *Taurin.* in cod. reg. CLXVI. sermo *in natiuitatem I. Chr.* atque narratio prodigiorum quae facta sunt in templo etc. v. cat. codd. gr. Taur. pag. 253. Memorabo etiam *Neophyti hieromonachi* orat. in S.

Myronem, metropolitam Ephesi. v. supra, vol. X. p. 295. — De alio v. supra, vol. VIII. pag. 94. et ib. p. 93. de alio *Neophyto*, aliis in monasterio Constantis, in monte Atho. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 128. sq.

8) Incip. ἦκε λοιπὸν λόγος ἡμῖν ἀρμεδιάς.

9) Incip. Θεὸς τὸ ἀγαθὸν καὶ ὑπεραγάθον καὶ παναγάθον.

10) Incip. Ἴδὲ τὸ τέγμα τῶν ἐντολῶν τῷ Κυρίῳ.

11) Homilia paraenetica de obedientia. Incipit: ἰφείλων, ἀδελφοί, συχναίως ὑμῖν προσομιλεῖν. *Fabr.* Praeterea est in cod. *Paris.* CCCXCV. nr. 19. orat. in coena domini dicta, in qua agitur de sacerdotio Christi, de azymo, de coena et de Theodosio Iudaeo. *Harl.*

Neophyti monachi Catenam in canticum canticorum memorat *Io. Garnerius* in auctario Theodoriti p. 185. b. [In nota *h.* ad Caveum l. infra cit. haec adduntur: „*Neophyti catena in Cantica et in ecclesiasten* MS. gr. in bibl. Bauarica; *Prologi et catenae in Cantica canticorum*, gr. Paris. in bibl. collegii S. Iesu, (sed postea vendita;) *Elucidationis brevis in Apocalypsin*, gr. in bibl. Colbertina meminit *Le Long* bibl. sacr. vol. II. pag. 876.“ *Harl.*] Eius lamentationem de calamitatibus Cypri a. 1191. a Richardo Angliae rege *) captae graece cum versione sua edidit *Cotelerius* tom. II. monument. pag. 457-462. Incip. νεφέλη καλύπτει ἡλίον. [MS. *Venetis* in bibl. Marc. cod. DLXXV. in quo etiam est eiusd. *Neophyti de diuinis mysteriis*. v. catal. codd. gr. Marc. p. 304. — In bibl. *Mazar.* cod. LXXXVII. nr. 5. v. *Montfaucon*. Bibl. biblioth. MSS. pag. 1318. *E. Harl.*] Alius et iunior fuit saeculo decimo tertio *Neophytus*, Cypri episcopus, de quo supra pag. 170. III. Memoratur et *Neophytus ἔγκλειστος ὁ ἀπὸ τῆς μονῆς τῆς Εὐεργέτιδος*, inter patriarchas CPol. a. 1154. et alii quatuor iuniores hoc nomine, quos ordine notatos habes volum. VI. pag. 760. **). Alius etiam ab his *Neophytus Rhodinus*, cuius *synopsin doctrinae christianae* citat *Allatius* de consensu p. 248. 309. *Orationem I. de Sacramentis* pag. 309. vbi Graecum et in Graecia diu [P] versatum adpellat. *Tractatum de septem sacramentis ecclesiae et librum secundum Panopliae* pag. 1259. et 1340. *Fabr.* — Huc reducam, quae *Fabric.* infra p. 541. vet. ed. adiecerat: „*Neophytus Rhodinus* Cyprius de septem ecclesiae sacramentis, graece editus, Romae 1628. eiusdem *Panoplia*, 1630. *Ἐξηγήσις εἰς τὴν ὁδὴν τῆς Θεοτικῆς*, 1636. Eiusdem martyrium S. *Neophyti* it. *Synopsin vernaculam doctrinae christianae* laudat *Nic. Comnenus* pag. 28. 328. — *Neophyti* monachi scholium de numeris Indicis citat *Cangius* ex cod. Colbertino

†) Vide *Allatium* de consensu II. 13. p. 639. et *Cangii* familias Byzantinas in *Isaacio Comneno* pag. 184. *Fabr.* add. *Cavei* hist. lit. SS. eccl. II. p. 251. ed. Basil. ad a. 1190. *Harl.*

uu) Ed. vet. sed in noua ed. vol. VIII. p. 103. illum catalogum patriarcharum CPol. ordine alphabet. compositum omisi. v. ibid. not. ad pag. 101. Hic tamen ex illo catal. locum habeant. “ *Neophytus ἔγκλειστος* a. 1154. dubius. *Neophytus Athen.* 1599. et 1607. 1611. *Neophytus Heracleae*

episc. 1636. *Neophytus Hadrianopoleos* *) 1686. *Neophytus* iunior, *Heracleae* metropol. 1708.“ *Harl.*

*) Duobus codd. *Mosquensibus*, CCCLIV. et CCCLV. ab vno ex possessoribus haec nota fuit adscripta: ὅς ἡρῶν Νεοφύτης Φιλαρῆτα, μητροπολίτη ἀδριανουπόλεως, τῷ ἐκ τῆς παλαιᾶς Ἡσάρου, observante *Matthaei* in *Notit.* codd. gr. Mosq. p. 232. et 254. *Harl.*

tino 1758. 77) Idem consulendus est de *Neophyto* chemico et de herbis scriptore inedito. — Haecenus Fabric. Sed in catal. codd. MSS. regg. Paris. tom. II. p. 472. in cod. MMCCCLVI. nr. 12. sic indicatur opus: *Neophyti monachi Prodromeni*, de plantis, aliisque rebus ad curandos morbos idoneis: opus ineditum, et ordine alphabetico dispositum, ἀμφοτέρων καὶ λευκῶν θύμων et pag. 476. in cod. MMCCCLXXXVI. nr. 8. *Neophyti monachi* collectanea ad rem medicam pertinentia, ordine alphabetico disposita; coniecta quoque ad marginem scholia. — *Neophyti de dentium morbis* in cod. bibl. Guil. Pellisserii, teste Montfauc. in Bibl. biblioth. MSS. p. 1199. D. et p. 1399. D. memoratur cod. bibl. Taurin. quo contineri dicitur *Neophyti monachi medicinale*, s. *de medicamentis simplicibus*; in indice tamen ad catal. codd. gr. bibl. Taurin. dicitur inesse *Neoph. Prodromeni demonstratio de plantis* euidam codici: sed nec paginae nec numeri codd. signum additur, nec vacat, grande illud volumen ideo perillustrare. — Aliorum praeterea *Neophytorum* praecipue *monachorum* in codd. aut alibi repertorum faciam mentionem. — *Neophyti monachi* diuisiones summariae totius Aristotelis philosophiae, et eiusd. definitiones, partim ex Aristotele, partim ex aliis philosophis collectae, Paris. in bibl. publ. cod. MCMXVIII. nr. 1. et 2. — *Neophyti epitome* in *Porphyrii* quinque voces, et in Aristotelis *Organon* in cod. Vindobon. CXXXVI. 2. v. Lambec. VII. p. 548. — *Neophyti monachi* de 24. litteris Romae in bibl. Vaticana, teste Montfauc. in Bibl. biblioth. MSS. p. 9. A. — De *Neophyto martyre* v. supra, vol. X. pag. 296. et in cod. bibl. Sfortianae est Magni Logothetae CPol. sermo de miraculis S. *martyris Neophyti*. v. Montfauc. Bibl. biblioth. MSS. pag. 702. A. add. Lambec. VIII. pag. 715. sqq. et pag. 1078. nr. 3. inter epp. *Gregorii Cypri*, patriarchae CPolit. a. 1283–1289. in cod. caesar. LXVII. de Nicolao, monastico nomine dicto *Neophyto*, episcopo Prusae in Bithynia. — In cod. caesareo CCLXVI. nr. 15. inter eos, qui in synodo CPolit. a. C. 1351. m. Aug. condemnationi sectatorum Barlaami Calabri et Gregorii Acindymi subscripserunt, nominatur quoque *Neophytus*, metropolita Βιζύνης. v. Lambec. V. pag. 422. Haec sufficiant, et conf. indicem voc. *Neophyti*. Harl. *Neophyti* hierodiconi Peloponnesii eruditissimum commentarium in Gazae graminat, Introduct. librum quartum, Bucurestii 1768. editum laudat cel. *Wolffius* praef. ad b Reizii lib. de prosodiae gr. accentus inclin. p. XVIII. Beck.

XVII. IOANNES Citrius, siue Citri in Macedonia episcopus, clarus circa a. 1200. Latinis infestus, scripsit de *Consuetudinibus et dogmatibus Latinorum*, ex quo nonnulla producit *Allatius* de consensu pag. 1122. sq. 1167. et contra Hottingerum p. 129. et aliis in locis. *Responsa* eius XVI. ad totidem interrogata *Constantini Cabasilae*, Dyrrhaceni archiepiscopi, exstant cum Io. Leunclauui versione in *Marqu. Freheri* iure graeco-romano lib. V. pag. 323–335. Longe plura autem occurrunt apud Diplouaticium in synopsi iuris graeci. Et *responsiones centum ad Cabasilam* citat *Nic. Comnenus* in praenotionibus mystagogicis pag. 188. 205. 219. 220. easque apud Graecos vim legis habere testatur p. 212. *Responsa ad Heronem diaconum* citat p. 411. Miratus tamen sum, quod idem pag. 225. hunc Ioannem Citrium rudem iurisprudentiae hominem non dubitat vocare, idque ait liquere ex eius responsionibus, quem ipse pag. 143. ad eas ipsas responsiones prouocans dixerat Graecorum iuris consultissimum. *Fabr.* Quaedam de eo tradit *Caveus* in hist. lit. S. S. eccl. II. pag. 279. ad a. 1203. quo anno

V v 3

eum

v) Sec. catal. MSS. regg. Paris. est cod. MMCCCL. nr. 6. ubi sic citatur: *Numeri Indici, quibus scholium Neophyti monachi accedit.*

eum adhuc claruisse et Theodoro Balsamoni aetate parem fuisse, contendit aduersus Allatium, qui de consensu occidental. et oriental. libr. II. c. 13. nr. 4. pag. 703. putat, in prooemio responsionum ad Marcum Alexandrin. pro a. 1203. reponendum esse 1193. — *Io. Citrii opus de Latinorum ritibus et dogmatibus est Paris.* in bibl. publ. codd. MCCCLXXXVI. — MCCCLXXIV. et MCCCLXXV. — In eius Responsis ad Constantin. Cabasilam Dyrachii archiep. p. 327. Iuris gr. rom. ed. Leuncl. citantur quaedam illius Constantini, quae exstant in cod. *Coisl.* CCLXXXVIII. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 392. — *Florent.* in cod. Laurent. II. nr. 75. plut. 5. sunt quaedam Constantini Cabasilae interrogationes ad *Ioannem*, episcopum Citri. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 8. — *Oxon.* in cod. Barocc. CLVIII. et *Romae* in bibl. Vatic. (v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 28. B.) excerpta e responsis *Ioannis* episc. Citri ad Cabasilam. — *Vindobon.* in cod. LI. nr. 14. sunt capp. 30. in codd. LII. nr. 6. et LIII. nr. 6. capp. 24. ex eiusd. responsis canonicis collecta et disposita a Matthaeo hieromonacho. v. *Lambec.* VIII. pag. 990. 1001. et 1006. — excerpta ex illis ibid. in cod. CCLXXXII. nr. 4. v. *Lambec.* V. pag. 470. et p. 570. cod. CCCIV. scriba fuisse dicitur *Ioannes Citrius*, cognomine *Dalassinus*, a. Chr. 1221. — In *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 111. nr. 3887. scriptum est, in cod. Vatican. exstare *Ioannis Cistras*, (hoc si recte excusum est homoque a Ioan. Citrio non diuersus,) vita, auctore anonymo. *Harl.*

XVIII. [Quae Fabricius in hac paragrapho de *Cosma* etc. ex edit. Aldina addiderat, ea iam supra pag. 175. sqq. suo loco reposui. *Harl.*]

XIX. Claudam hoc caput breui, quam supra ad caput de Simeone Setho nr. 4. promisi, de *Syntipa* Persa et *Erafto* obseruatione. Fertur nimirum liber moralis argumenti, ex syriaco, vt aiunt, graece, et alius ex graeco latine versus, de septem philosophis sapientia sua filium regis ab illecebris et calumniis nouercae immunem seruantibus. Prior adhuc ineditus laudatur subinde a *Cangio* in adpendice ad Glossarium graecum, sub nomine: *Syntipae Philosophi*, p. 5. 10. 35. 41. 47. 52. 63. 74. 85. sq. 88. 103. 104. 108. etc. Titulus libri: πρόλογος τῆ λεγομένης Συντίπα τῆ φιλοσόφου, μεταβληθεῖς ἐκ τῆς Συριακῆς βίβλου, ὡς ἔχεν αὐταῖς λέξεσιν, εἰς τὴν Ἑλλάδα γλωσσαν. Διήγησις ἐμφιλόσοφος συγγραφεῖσα παρ' ἡμῶν περὶ τῶν Περσῶν βασιλέως Κύρου καὶ τῆ γνησίης τέτῃ παιδός, καὶ τῆ διδασκαλίας αὐτῆς Συντίπα, καὶ περὶ τῶν τῆ βασιλέως ἐπτά φιλοσόφων, καὶ τῆς μιᾶς αὐτῆς πονηρᾶς καὶ ἀναιδῆς γυναικός, καὶ πῶς τὴν κατὰ τῆ υἱῆς τῆ βασιλέως διαβολὴν κατεσκεύασεν ἡ μητρίαι αὐτῆς. Ταύτην ἐν διήγησιν προϊόρησε Μῆσος ὁ Πέρσης πρὸς τὴν τῶν ἀναγνωσκόντων ὠφέλειαν. Incipit: Βασιλεὺς τις ἦν Κύρος ὀνόματι, ᾧ καὶ ἦσαν γυναῖκες ἐπτά. MS. in bibl. caesarea, et reg. Paris. et Venetiis in bibl. S. Marci. Vide *Montfauconi* Diarium italicum p. 40. et *Nessel.* parte V. p. 171. [Secundum *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 742. B. *Paris.* in cod. reg. 3400. *fabula Syntipa* (sic) *de Cyri filio* et pag. 904. A. in cod. *Paris.* CLI. *fabula Syntipa de Cyri filio et VII. Sapientibus.* Auctor dicitur esse *Musius Persa*. — Ibid. pag. 478. C. *Venet.* in bibl. Grimana: Πρόλογος etc. (vti Fabricius ex *Cangio* citarat inscriptionem et principium.) Additur hoc iudicium: „Videtur esse nugacissimi Graeculi commentum.“ De cod. *Veneto* bibl. Marc. DCV. v. catalog. codd. gr. Marc. pag. 313. — *Mosquae* in cod. CCLXXXV. de quo v. cel. *Matthaei* Notit. codd. Mosq. pag. 186. sq. et

sq. et in praefat. ad edit. Syntipae fabularum, de quibus postea sermo erit. In hac primum animaduertit, indiqem, quem ex Cangio Fabricius notauit, conuenire in omnibus cum cod. Mosquensi. Tum pag. VI. ex epigrammate, quod ante fabulam de Cyro legitur, et quod p. VIII. primum omnibus vitiis, quibus codex refertus est, seruatis, dein a se correctum adposuit, docet, vtrumque librum syriace scriptum, suadente Gabriele, vrbjs Melonymi duce, graecum esse factum a *Michaelē Andreopulo*, grammatico, homine christiano. Conf. etiam supra ad vol. I. pag. 399. et pag. 636. §. IX. *Harl.*] In multis similis est altera, quae ex Graeco versa fertur Narratio de *Erafto*, filio imp. Diocletiani, nouercae Aphrodisiae amoribus repugnante, eiusque hinc odiis et insidiis subducto per septem sapientia insignes philosophos, Euphradigorum, Demiurgum, Ternum, Enoscopum, Philanthropum, Agathum et Leucum. Haec in variis linguis et diuerso titulo legitur etiam typis exscripta. Germanice saepius vidit lucem, atque inscribitur: *Die sieben weisen Meister*. Gallice Paris. 1709. 12. *Histoire du Prince Erafius*, fils de l'Empereur Diocletien. Exstat et italice, [Gli Avvenimenti compassionevoli d'*Erafto*. Venet. 1563. 8. et *Erafto* dopo molti secoli ritornati al fine in luce. Venet. 1550. 8. in *Pinelli* bibliotheca, edit. a Iac. Morellio, tom. V. p. 7. nr. 3277. et 3279. Multo plures, etiam antiquiores, editiones recensentur a *Iac. Maria Paitono* in bibliotheca degli autori antichi gr. e latini volgarizzati, tom. II. p. 14. sqq. *Harl.*] et hispanice, vt vetustiore gallicam versionem praeteream, Lugd. 1666. 8. *les Sept Sages de Rome, ou histoire de Pontianus Empereur*. Fabr. — *Mosquae* in cod. synod. CCLXXXV. sunt quoque LXII. fabulae Syntipae, quae indicem habent: *Συντίπα τῶ φιλοσόφῃ ἐκ τῶν παραδειγματικῶν* et, antea plane incognitae, primum editae sunt a *Christiano Friderico Matthaei*, praemissa inscriptione: *Syntipae, philosophi Persae Fabulae LXII.* gr. et lat. ex duobus codd. Mosquensibus primum edidit et animaduersiones adiecit *Ch. Fr. Matthaei* etc. Lips. 1781. 8. Hic vir graece doctiss. recensendo codicem illum in Notitia codd. gr. Mosq. p. 186. sq. ed. in 8. docet, in illo cod. exflare nr. 8. *Syntipae ἐκ τῶν παραδειγματικῶν αὐτῶ λόγων*. *Ἀνδρῶπος ἀνέστας Φωνὴν τέττιγος* nr. 13. *Syntipae* fabulae, (quas edidit Matthaei,) et nr. 27. *Syntipae ἐκ τῶν παραδειγματικῶν αὐτῶ λόγων*. *ὄνος ἀνέστας Φωνὴς τέττιγος* atque sic incipit prima fabula in editione. In praefatione autem ad illam, „etsi, inquit, illi priori libello, (n. fabulae de Cyro etc.) etiam insertae sunt narrationes et fabulae, tamen ibi XXVII. tantum reperiuntur, suntque ab his, quae hic (n. in editione,) leguntur, diuersae. — Certum est, vtrumque apographum Mosquense ante saec. XIV. scriptum esse. Graecitas et oratio interpretis prope accedit ad eam, quae est in fabulis Aesopi. Minus tamen pura est in multis, dissolutior interdum etiam, crebrisque repetitionibus et verborum ambagibus taedii plena et molesta. Facta plerumque nude narrantur, nullis interpositis sententiis aut iudiciis. Lepore autem et gratia magis etiam carent, quam simplicitate et breuitate. — Codex Syntipae continet duos libellos, fabulam illam de Cyro, et has fabulas, bis a duobus negligentissimis hominibus scriptas. Vtrumque apographum scriptum est in charta bombycina, saec. vt videtur XIV. aut XIII. Duo tamen diuersa exemplaria illi scribae expressisse videntur. Nam et lectiones probas diuersas habent, et in vitiis raro consentiunt, estque nonnumquam exemplum alterum altero integrius.“ Haecenus cl. Matthaei, qui etiam in doctis adnotatt. vtriusque codicis varias lectiones diligenter adfert comparatque. *Harl.*

CAPVT

CAPVT XXXIX. (olim XLIII.)

DE IOANNE VECCO, GENNADIO ET SCRIPTORIBVS ALIIS
GRAECIS, ROMANAE ECCLESIAE FAVENTIBVS, VEL CVM
GRAECA EAM CONCILIAE CVPIENTIBVS.

(Cum supplementis G. C. Harles.)

I.

IOANNES BECCVS siue VEGCVS, graecis Βένκος, Βένος vel Βένων^{ww)} ex magnae ecclesiae chartophylace patriarcha CPol. ab a. 1274. in locum exauكتورati Iosephi, Galefii abbat, usque ad obitum Mich. Palaeologi imp. post quem a. 1282. defunctum, Iosephus sub Andronico iterum restitutus est, Ioannes vero post id tempus iterum iterumque relegatus^{xx)} in carcere a. 1298. obiit. Photianus primum, deinde lectis Nicephori Blemmydae scriptis^{yy)} Δατσο-

^{ww)} Vide Io. Boinini notas ad Nicephorum Gregoriam p. 752. et 728.

^{xx)} *Pachymeres* lib. IX. *Allatius* de consensu lib. II. c. 15. §. 8. et de Georgiis infra pag. 673. seq. Vide etiam *Lambecium* lib. V. pag. 186. seq. *Fabr.* S. pag. 391. ed. Kollar. Ibi Lambec. scribit, Io. Beccum sub Michael Palaeologo imp. esse a. C. 1275. d. 29. Maii patriarcham CPolit. electum; idem prouocat de Becco ad *Georgii Pachymeris* historiam imperii Michael, Palaeologi lib. V. c. 24. et eiusd. historiam imperii Andronici Sen. lib. III. c. 29. cum obseruat. Petri Possini part. I. lib. III. c. 6. §. 4 et part. II. lib. III. cap. 2. §. 8. ac 9. — In tomo synodico Georgii Cyprii aduersus Latinorum haeresin a. C. 1292. in cod. *Matrit.* regio LXVII. nr. 290. (v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 283.) et in cod. *Mosquensi* synod. CCCLIV. nr. 10. (v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 233.) Beccus se de patriarchali deturbatur et condemnatur cum iis, qui ibi adfuerunt. *Iriart.* adnotat, illum

tomum, sed diuerso multoque breuiore titulo graece produsse ex regis Franco - Gallici bibl. codice MMMCCCCXLII. descriptum, in *Anselmi Banduri* Imperio orientali, vol. II. p. 942. — Refutatio *Becci* et *Acindyni*, quod, quae datur nobis, non sit gratia diuina, sed ipsa natura et hypostasis Spiritus S. a Georgio Cyprio edita, laudatur in *Marci Monachi* dogmatica collectione dictorum s. locorum, adornata contra Barlaam et Acindynum, et edita a *Montfauc.* in bibl. Coislin. e cod. Coislin. CCLXXXVIII. p. 405. sq. — De *Ioanne Becco*, viro sui temporis et ingenio et eruditione celeberrimo, eiusque scriptis conf. supra, vol. III. pag. 497. *G. Cauet* histor. litt. SS. eccl. tom. II. p. 319. sq. ad a. 1276. *Io. Fabric.* in Historia bibl. Fabric., tom. II. p. 338. *Sax.* in Onom. lit. part. II. p. 318. et *Schroeckh.* in hist. eccles. christiana, germanice scripta, tom. XXIX. pag. 435. sq. 446. sqq. 451. sqq. et 455. sq. *Hart.*

^{yy)} *Nic. Comnenus* praenot. mystagog. pag. 202.

Λατίνῳ φρον, plurima scripsit, quibus latinae ecclesiae dogmata siue tueri siue cum graeca conciliare adnitus est omni studio, idem propter ingenium, eloquentiam atque doctrinam et imperatori Michaëli acceptissimus, et aliis admirandus. Eius scripta, multa interciderunt, certe non sunt edita: nam quae sigillatim scripsit *aduersus Methonensem*, *aduersus Ioannem Phurnem*, *aduersus archiepiscopum Bulgariae*, *aduersus Georgium Moschamparem*, atque iterum *aduersus eundem* compositae ἀντιρρήσεις, lucem necdum viderunt. Horum quidem meminit ipse apud *Allatium* tom. II. Graeciae orthodoxae p. 8. sq. Vide infra, p. 678. Eorum tamen omnium epitome vel neruus continetur, ut est credibile, in scriptis, quae typis exscripta habemus. Sunt autem haec:

1. Περὶ τῆς ἐνώσεως καὶ εἰρήνης τῶν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Ῥώμης ἐκκλησιῶν. *De unione ecclesiarum veteris et nouae Romae liber*. Incipit: τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀψευδὲς τῆ Σωτῆρος. Graece cum *Leonis Allatii* versione in huius Graecia orthod. Rom. 1652. 4. tomo I. pag. 16-224. Singillatim in hoc scripto *Photium* oppugnat *Veccus* p. 154. sq.

2. Ex *Vecci* λόγῳ siue libro περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης τὸ τῆ σκανδάλου ἀλόγιτον καὶ ἐκ μόνης ἰσορείας ἀποδεικνύντος, *de pace ecclesiastica, ad absurditatem scandali ex sola historia demonstrandam*, ampla excerpta dat *Allatius* de aetatibus ordinum pag. 165-169. et de purgatorio [P] p. 591-626. et *Guil. Beueregius* tom. II. magni synodici pag. 273-292. vbi multa de synodo Photiana. Incip. ἦν ἂν μακάριον ἀληθῶς. *Fabric.* V. supra, vol. X. p. 674. init. et infra, vol. XI. p. 59. nr. 18. ed. vet. — In cat. MSS. bibl. reg. Paris. tom. II. p. 279. inesse dicitur in cod. MCCXCV. nr. 22. *Becci tomus dogmaticus. Harl.*

3. Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τῆ ἀγίας Πνεύματος. *De processione spiritus S. capita XII.* tom. I. Graeciae orthodoxae p. 225-2359. Incip. Καὶ ἐπεὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἐν ὀλίγῃ τις ἀνέκυψε ζήτησις. *Fabr.* Io. *Vecci* et aliorum scripta quaedam circa processionem Spiritus S. in Arcudii Opuscul. aureis theologicis, Romae 1630. 4. et 1670. 4. (in cat. bibl. *Nic. Rossii* p. 82. et in bibl. *Bodlei.* inter libros Rob. Huntington. nr. 6114. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. pag. 283. ab aliis ipsoque *Fabric.* citatur ed. a. 1671.) — MS. *Paris.* in cod. Radulph. in bibl. publ. *Becci* de processione Spiritus S. — ibid. de process. Spirit. S. contra *Photium*. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 769. E. nr. 15. et p. 775. A. nr. 29. *Harl.*

4. Epistola de professione fidei ad Ioannem XXI. papam. Latine apud *Allatium* de consensu lib. II. cap. 15. §. 5. pag. 746-752. Incipit: *Principis boni optimum esse finem.* [add. infra, vol. XI. p. 643. ed. vet. *Harl.*]

5. Σημείωμα siue synodalis sententia a. 1280. de loco Gregorii Nysseni, (pro Spiritus S. processione ex patre et filio) petita ex eius homilia in *pater noster*, quae incipit: ὅτε προσῆγεν ὁ μέγας Μωϋσῆς. Graece et latine tom. I. Graeciae orthodoxae pag. 366-374. Huius σημειώματος initium: καὶ θρὶξ ἱμπεσῶσα τῷ ἰφθαλμῷ. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLVIII. nr. 3. *Becci scholia tria in totidem Basilii M. Gregorii Nysseni et Cyrilli Alexandrini. Harl.*

6. Διαθήκη. *Testamentum* ab exfule scriptum. Graece et latine tom. I. Graeciae orthodoxae p. 375-378. et lib. II. de consensu cap. 15. §. 8. p. 763. Incipit: πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ἐν ἐξορίαις καὶ φυλακαῖς. Exstat etiam in notis *Petri Possini* ad *Pachymerem* tom. I. p. 541. sq. *Fabr.* MS. *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXXI. nr. 4. plut. 7. v. *Bandin.* catal. codd. gr. Laur. I. p. 292. *Harl.*

7. *Ad Alexium Agallianum*, magnae ecclesiae CPol. diaconum, de *protesione Spiritus S.* epistola. Incipit: ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ποτε ἀκῶσαι αἴσθην τοιαῦτα. Tom. I. Graeciae orthod. p. 360. 365.

8. Ἐπισημέωσις τῶν αὐτῆ ἀπασῶν βιβλίων καὶ γραφῶν συμφωνίας. *De omnibus suis libris et scriptorum suarum consensione, animadversio ad Theodorum Sugdaee episcopum*: hunc enim malo intelligere, quam Theodorum Xiphilinum, magnum ecclesiae oeconomum, cui promiserat, se de dogmatibus non scripturum neque contradicendum, quicquid alii dicerent, ὡς ἔγραφοι, ὡς οὐκ ἀντίποι περὶ δογματῶν, καὶ ὅτι λέγοιεν ἄλλοι, quod deinde seruire non potuit, ut refert *Pachymeres* lib. VI. Incipit: καὶ τὴν παρεῖσαν δεῖξαι τὴν βίβλον, φίλον μοι ψυχῆς ἐνδιαίτημα, Κύριε Θεόδωρε. Tom. II. Graeciae orthodoxae pag. 1-10. Rom. 1659. 4.

9. Περὶ ἀδικίας ἧς ὑπέστη, τῆ οἰκείας θρόνου ἀπελαθείς. *De iniustitia, qua adfectus est, a proprio throno eiectus.* id. pag. 11-36. Incip. ἐσιώπησα, μὴ καὶ εἰσέτι σιωπήσωμαι.

10. Λόγος ἀπολογητικὸς καὶ ἀντιρρητικὸς. *Oratio partim apologetica de iniustitia, qua adfectus est, partim antirrhethica ad prauas expositiones nonnullarum scripto traditarum auctoritatum.* id. pag. 36-83. Incipit: Τὰ μὲν ἔν' ἐφ' οἷς ἀδίκως τῆ οἰκείας ἡμεῖς ἀπηλάθμεν θρόνον.

[P] 11. Ἀπολογία. *Apologia, nullo modo nostras consuetudines destrui, si ecclesiarum unionem acceptamus, sed ad conciliandam in Christo pacem multum conducere, quod inter se in adferendo dogmate conueniunt.* id. pag. 84-94. Incipit: πρόσερχε ἐξανὲ καὶ λήσω. [In bibl. Bodlei. codd. *Barocc.* LXXI. et CXI. *Harl.*]

12. Τῶν πρὸς τὸν Σεγδαίαις Θεόδωρον α', β', γ'. *Ad Theodorum, quem ipse Sugdaee episcopum ordinauerat, libri III. de protesione Spiritus S. ex patre et filio.* Primi initium: ἐπειδὴ τὸν εὐαγγελικὸν ζυγόν. id. p. 95. Secundi: Σὺ μὲν ἀγαπητὴ ἀδελφέ. pag. 117. Terti, quo *Photius* speciatim oppugnatur: πάλιν σε τὰ γραμμὰτα πρὸς ἡμᾶς. pag. 133-148. Hos libros ex *Allatii* versione *Bartoldus Nihufius* subiunxit latine epistolae eiusdem *Allatii* ad *Boineburgium* de consensione vtriusque ecclesiae, Mogunt. 1655. 8. Tertium graece et latine dederat *Allatius* ipse ad calcem libri de purgatorio p. 827-856. Rom. 1652. 8.

13. Τῶν πρὸς Κωνσταντῖνον α', β', γ', δ'. *Ad Constantinum* (Meliteniotam, de quo dixi volum. IX. p. 198.) [vol. X. p. 400: not. n. nou. edit.] libri IV. de eodem argumento.

mento. Primi initium: φθάνω μὲν τάχας καὶ οἶον διερεισάμενος p. 149. Secundū: εἰδὲ τὴν δευτέραν σὴν ἀποπέμπομεν αἰτησιν. pag. 169. Tertiū: Ναὶ, καὶ τὰ ἐπηγγελμένα σοι. p. 287. Quartū: ἀπορεῖ καὶ πάλιν, καὶ ἐκ ἀπορεῖμεν ἡμεῖς. p. 202-214.

14. Εἰς τὸν τόμον τῆ Κυπρίε κατὰ τῶν νεοφανεῶν αἱρέσεων αὐτοσχεδιασθεῖς, λόγος α', β'. In totum Georgii Cyprii patriarchae CPol. spiritum S. e patre per filium procedere negantis, et nouas eiusdem haereses, libri duo extemporales ad Theodorum Sugdaeae episcopum, quem adloquitur p. 252. σὺ δὲ, γνήσιε υἱέ, φίλτατέ μοι Θεόδωρε. Primi initium: ἔμελλεν ἄρα πολλάς κατὰ καιρὸν. pag. 215. Secundū: δεύτερος ἡμῖν ἔτος ὁ κατὰ τῆ Κυπρίε ἀγών. pag. 252-286. Λόγον tertium contra Cyprium citat Nicolaus Comnenus p. 356. praenot. myslagogic. et tertium suum τῶν τῆ Κυπρίε αἱρέσεων ἔλεγχον memorat Veccus ipse in animaduersione de libris suis tom. II. Graeciae orthod. pag. 7.

15. Ἀντιρρητικὰ. Refutationes aduersus D. Andronici Camateri sub Manuele Comneno pridem Drungarii Viglae siue praefecti vigilum (de quo supra in cap. anteed. §. VII.) super scripto traditis testimoniis de Spiritu S. animaduersiones. Incipit: βαλόμενος ἡμᾶς τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην αἰεὶ προάγειν ἐπὶ τὸ βεβαιότερον. p. 287-521.

16. Ἐπιγραφαί. Epigraphae siue praescriptiones XIII. in dicta ac sententias sanctorum patrum a se collectas de processione Spiritus Sancti. Incip. ῥήσας [P] διάφοροι γραφικαὶ συλλεγείσθαι εἰς ἀπόδειξιν τῆ εἶναι τοῦ Πνεῦμα καὶ ἐκ τῆ Υἱῆ. pag. 522. 641. Has epigraphas graece et latine ediderat Petrus Arcudius, Corcyraeus, in opusculis aureis, Rom. 1630. 4. 1671. 4. [al. 1670.] vna cum scriptis quibusdam Gregorii Palamae et aduersus Palamam Bessarionis, nec non Demetrii Cydonii, et Maximi Planudae. Habentur et MStae in bibl. caesarea. Vide Lambecium V. pag. 186. Fabr. Siue p. 317. sqq. ed. Kollar. in cod. CL. nr. 14. — it. ibid. p. 390. sqq. in cod. CCLXII. — Venetiis in cod. Naniano CCCIII. nr. XIII. Κεφάλαια· οὗ ἡ ἐπιγραφή. etc. Atque (Mingarellius) in cat. codd. gr. Nanian. pag. 508. contendit, id opus, quod ab Allatio diuiditur in Epigraphas, diuidendum esse in capita, et inscribendum: Capitula de processione Spiritus Sancti. Idem docet, illam collectionem esse apud Allatum in fine mutilam, et quae apud ipsum postrema sint verba, ea in hoc codice legi pag. 357. opus vero totum absolui p. 359. tum post illa verba sequi in codice testimonia desumpta ex Clemente Alexandrino, et aliud ex S. Maximi epistola ad Marinum. — In cod. cod. nr. 14. Auctoritates patrum, quibus, Purgatorium esse, confirmatur. Tum alia plura ad confirmandam processionem Spiritus Sancti ex filio. Ac demum aliud caput additur, quasi supplementum operis Becci, et inscribitur p. 367. ἀπεδείξας καὶ ἐκ τῶν οἰκουμενικῶν ἀγίων συνόδων; plura dedit ex eo Mingarell. Adferuntur postea auctoritates aliarum synodorum generalium II. III. IV. V. VI. et VII. — Ibid. in bibl. Mart. codd. CLX. et CLXI. Auctoritates patrum de processione Spir. Sancti; capita numerantur in margine XIX. sine nomine quidem auctoris, qui tamen in posteriore cod. per notam Bessarionis indicatur Veccus. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 90. — Florent. in bibl. Medic. Laurent. cod. XIV. nr. 4. plut. 10. sunt XII. capp. Io. Becci ἐπιγραφῶν. cum totidem Gregorii Palamae confutationibus, et card. Bessarionis apologiis. — in cod. XII. nr. 20. plut. 4. collectio mirabilis, s.

Io. Vecchi Epigraphae etc. in hoc etiam cod. in fine operis alia adferuntur excerpta, quae defunt in Allatii Graecia orthodoxa tom. II. post pag. 641. vid. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. I. p. 483. et 535. — Idem ibid. p. 546. coniecit, ea, quae exstant in cod. XXII. nr. 4. plut. 4. *περὶ Τριᾶδικῆς καὶ ἀσυνχύτῃ τάξεως*, de ordine Trinitatis personarum distincto, ex *Vecco* esse desumpta, qui simile quoddam opus confecit, editum a *Petro Arcudio*, Romae 1630. — Eadem *ἐπιγραφαῶν* collectio, *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLXX. nr. 4. — *Matriti* in cod. regio LXXVII. insunt *Gregorii Palamae* — de processione Spir. Scti sermones; *Io. Becci Epigraphae*, et *Palamae* antiepigraphae; *Barlaami* monachi de eodem argumento, etc. v. *Iriart.* cat. codd. gr. *Matrit.* p. 279. sqq. singula copiosius persequutum. — In cod. *Coislin.* C. *Gregorii*, archiep. Thessal. contra Beccum et alia de eodem argumento. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 171. sq. add. ibid. p. 405. sq. — Conf. *Oudin.* in comment. de scriptorr. eccles. III. pag. 510. sq. ad a. 1270. qui praeterea adnotat, illas sententias a *Vecco* collectas, reperiri apud *Bzouium* in Annalibus, tom. XIV. ad a. 1339. item *Epistolam Io. Vecchi ad romanum pontificem* a. 1277. missam esse gr. et lat. in conciliis, ed. Labbeanae tom. XI. col. 1033. Idem a pag. 506. historiam fataque *Vecchi* et controuersias inde enatas fusius enarrat, prouocatque ad *Henr. Spondanum* in continuatione Annal. Baronii ad a. 1274. nr. 15. ad a. 1283. nr. 9. et 10. atque ad *Anton. Arnaldum*, Doctorem Sorbonic. de perpetua ecclesiae catholicae fide circa Eucharistiae sacramentum, lib. III. capp. 3. et 4. pag. 299. sqq. *Harl.*

Memorat etiam *Allatius* p. 767. de consensu, *Κεφάλαια τινὰ περὶ τῆς ἁγίας Πνεύματος*, capita quaedam de Spiritu S. Incip. *ἔτα καὶ πάλιν οἱ αὐτοὶ καθ' ἑξῆς*. Nec non titulos de recens natis haeresibus. Incipit: *ἔμελλεν αὖρ ἀντ' ἐπισκόπων κατὰ λύκω καὶ αἰρεσιάρχω*.

Nic. Comnenus pag. 14. praenot. myslagoga. citat *Io. Vecchi orationem I. de inauguratione sua*, quae incipit: *ἀκούσατε ἱερὸν συνέδριον, φίλοι συμπράκτορες, ἀρχιερεῖς ἀδελφοί*.

Orationem quartam de unione ecclesiarum pag. 164. 207.

Synodicon de clericorum ordinatione, apud Canonarcham, Christophorum Campanam pag. 292. *Synodicon de officio parochi* pag. 310. *Synodicum III.* pag. 145. *Synodicon* a. 1275. promulgatum de capite corpori S. Mamantis abscisso pag. 242.

Epistolam encyclicam pag. 203. *paraeneticam ad unionem* p. 346. *Fabr.*

[*Mosquae* in cod. synod. CCCXXIV. de synodo oecumenica, ἡ τις ἀποκατέστησε Φώτιον — εἰς τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως· ἀπὸ τῆς λόγῃ τῆς Βέκκω. inc. ἦν αὖν μακάριον· v. *Matthaei* Notit. codd. gr. *Mosq.* pag. 212. Pertinet ad nr. 2. Idem forsan opus, in cat. *MSS.* Angliae etc. vol. I. p. 55. nr. 691. in cod. *Guil. Laudi* XXXIX. sic citatur: *Ἀκτὰ synodi oecumenicae*, quae Photium, patriarcham, in thronum CPolitan. restituit, et scandala novae et antiquae Romae sustulit, ex relatione *Becci* scribas. *Harl.*]

[In cat

[In cat. MSS. gr. bibl. *Estorial*. in: *Ed. Clarke* Briefe von dem gegenwärt. Zustande des Koenigr. Spanien, ex versione germ. *Io. Tob. Koehler*, Lemgo 1765. 8. pag. 406. citatur *Io. Bechii* (vel potius, arbitror, *Beccii*) patr. CPol. de vnione ecclesiarum: (v. supra, nr. 1.) In *Plüeri* autem cat. MSS. Escor. pag. 173. mentio illius op. nulla fit; sed male tribuuntur *I. Bechio* (sic) patr. CPolit. paraphrasis in Aristot. libros ethicorum ad Nicomachum, item aduersus legem Saracenorum apologiae IV. et aduersus Mahometem, libri IV. quae a *Clarkio* l. c. adscribuntur *Io. Cantacuzeno*, imper. Byzant. *Harl.*

II. GENNADIVS ²²), qui primus nouae Romae patriarcha post imperii Graccorum orientalis excidium ^a) renunciatus est, ante susceptam dignitatem, GEORGII SCHOLARII nomen habuit ^b). Ita testantur auctores historiae Constantinopolitanae apud Crusium

X x 3

in

²²) Haec quae de Gennadio CPol. sequuntur petita sunt ex eruditiss. Viri *Eusebii Renaudoti* observationibus ad Gennadii homilias de SS. Eucharistia. editis Parisiis, 1709. 4. p. 40. seq. quibus pauca quaedam per notas adiunxi. [Id Gennadii opus de *Sacramentis* genuinum esse, dubitat *Gerius* ad Can. hist. cit. pag. 172. *Harl.*] Ea Lector conferet cum iis, quae de eodem Gennadio Allatius diatriba de Georgiis, hoc ipso volumine infra p. 760. seq. ed. vet.

a) A. 1453.

b) De hoc Gennadio, et de controuersia, num vnus Georgius Scholarius, an duo tresue eiusdem nominis fuerint, plures scripserunt. Aliis omis-
sis, conferendi sunt *Frid. Spanhem.* in Introduct. ad hist. S. p. 140. et summa H. E. pag. 835. it. in Exercitat. histor. theologic. de perpetua dis-
fensione ecclesiae graecae et orientalis a romana, part. I. §. 9. et 10. tom. II. opp. pag. 491. — *Io. Moller.* in Homonymoscopia pag. 468. fqq. qui, (vt alii quoque fecere,) *latxa*, et plures adducit, in vtramque partem disputantes; *H. Warton.* in adpend. ad G. Cauei hist. litt. S. S. eccl. pag. 140. sq. ed. Basil. ad a. 1438. qui potissimum *Phranzae* testimonio in hist. libr. II. c. 19. nixus vnicum Scholarium illo saeculo floruisse autumat, et *Robert. Gerium*, ibid. p. 171. fqq. ad a. 1453. qui copiose ostendere studet, diuer-
fos fuisse Georgios Scholarios, et de scriptis, eorum codd. et quorundam editt. agit. — (*Phil. Iac. Lambacher*) in dissertat. litter. de editione quadam antiqua *Gennadii Scholarii de via salu-
tis humanae*, subiuncta eius bibliothecae anti-

quae Vindobonensis ciuicae etc. part. I. Vien-
nae Austriae 1750. 4. qui pag. 4. fqq. censet, duo
quidem fuisse diuersis temporibus ecclesiae CPo-
lit. antistites, qui nomen Gennadii habuerunt,
alterum, miraculis sanctum circ. medium saecu-
lum V. alterum, qui etiam Georgius Scholarius
dicitur et floruit ante captam a Turcis CPolin,
et posthaec; sed cum Renaudoto contendit, Leon.
Allatium ex hoc vno Gennadio duo Gennadios
Scholarios perperam fecisse. Idem plura de eius vi-
ta et doctrina etc. adnotat. De *Lambacheri* diss. plu-
ra scripsi in Introd. in hist. L. Gr. II. 2. p. 312. fqq.
— *Iac. Brucker.* in Histog. philosoph., tom. IV.
part. I. p. 69. fqq. §. IV. qui Renaudotio de vno
Georgio Scholario ad sensum praebet. — *Saxius*
in Onom. lit. part. 2. pag. 447. sq. ad a. C. 1454.
cui dubium videtur, idemne sit, qui Marci Ephe-
sii amicus, an diuersus. In primis copiosus est
de Gennadio et longam de eo, praecipue de eius
doctrina et scriptis dissertat, conscripsit *Cas. Oudin.*
in comment. de SS. eccl. tom. III. col. 2469-2514.
Postquam in prologo recensuit Renaudoti dissert.
de Gennadio, agit in cap. 1. de Geim. vita et do-
ctrina; in cap. 2. de sententia *Friderici Spanhe-
mii*, qui in exercitat. cit. de perpetua disensione
eccl. gr. etc. part. I. sect. 9. et 10. opinatur,
Gennadium nunquam Latinis, neque in synodo
Florentina neque post synodum fauisse, neque
ante adeptam sedem patriarchalem, neque postea,
illum semper vsque ad mortem Graecorum
ritibus et opinionibus constanter adhaesisse, et
omnia, quae producuntur in Latinorum gratiam
a Georgio Scholario scripta, spuria esse, falso
ipsi adscripta ab aliis Graecis Latinorumque par-
tes sectantibus. Atque Spanhemii iudicio sub-
scribit

in Turco-graecia *). *Elegerunt*, inquit, *philosophum dominum Georgium, virum sanctum et piū, iudicem imperatorii iudicii, et electionem eius iuxta consuetudinem acclamationibus comprobantes, constituerunt patriarcham, adpellantes Gennadium. Hunc, ut scribit Malaxus, Ioannes Palaeologus, quum in Franciam seu Italiam proficisceretur, ubi habita est octava synodus *)*, secum duxit tamquam sapientissimum. In actis graecis Florentinae synodi Sess. 25. Georgii Scholarii verba ad imperatorem referuntur, a quo rogatus sententiam de facienda cum latinis concordia, respondit, se iam editis orationibus exposuisse, quae sibi mens esset, amplecti romanae ecclesiae doctrinam de capitibus inter vtriusque [P] ecclesiam controversis, quae mox synodali definitione explicata sunt. Earum quoque orationum mentio fit in apologia Iosephi Methonenſis; et magna inter eruditos quaestio est, num de iis, quas habemus graece et latine in bibliotheca patrum, et in conciliorum collectionibus, intelligenda sint graecorum actorum verba. Erat tunc *Georgius Scholarius* inter laicos, iudexque primarius aulae imperatoriae; atque adeo nihil mirum, quod in definitione synodica scribendo non adfuerit: nam soli ecclesiastici subscribebant, et ex laicis praeter imperatorem nemo. Reuersus Constantinopolim Gennadius anno 1439. post absolutam synodum in magna apud Ioannem imperatorem Constantinumque fratrem et successorem dignitate vixit, usque ad annum 1453. qui imperio Graecorum Constantinopolitano supremus fuit. Quid vero totis his annis tredecim Gennadio factum sit, diuinavit Allatius, neque enim a graeco ullo auctore didicit, eum catholicae fidei, quam Florentiae cum aliis Graecis professus fuerat, obseruantissimum, schismaticos voce et scriptis confutasse, praesertim vero Marcum Ephesium schismatis antesignanum, latinoque nomini infensissimum. Quia tamen ex variis actis et monumentis, quorum pauca edita sunt, reliqua seruantur in bibliothecis, intelligitur, eodem tempore quemdam Georgium Scholarium Marco Ephesio summa familiaritate coniunctum, multa aduersus Latinos scripsisse, Matthaeus Caryophylus *), et eum sequutus Leo Allatius,

scribit Oudin. tum in capp. 3. et 4. de scriptis Georgii Scholarii et editis et maxime mssis in biblioth. Britann. aliisque et pag. 2488. ex Car. Dufrenii, domini du Cange Glossario med. et infimae Graecitatis, duce Renaudotio, quosdam Gennadii libros, ab Allatio omissos, refert. In cap. 5. 6. et 7. exhibet operum Gennadii notitiam ex MSS. codd. bibl. reg. Paris. ex Eus. Renaudot. In cap. 8. repetit de cod. Opp. Gennadii, quem habet Renaudot. et indicat summam syntagmatis opusculor. eiusdem, Paris. 1709. 4. In cap. 9. recenset, quae *Manuel Malaxus* iunior in historia patriarchica CPolitana pag. 107. fqq. usque ad pag. 120. Turcograeciae lib. II. Mart. Crusii et Mart. Crusius in notis ad illum libr. p. 187. 189. et 190. retulerunt, et ex Man. Malaxo perlongum exscripsit locum: item, quae Gerlachius alique Graeci recentiores de Gennadio scriptis mandarunt. Illi igitur VV. DD. ad quos lectores ablego, otium mihi fecerunt.

Praeterea fuerunt *Gennadii* plures, nim. *Gannensis*, (v. infra in h. vol. p. 440. ed. vet.) tum tres medici, (v. infra vol. XIII. pag. 167. sq. in elencho Medicor. vet.) et *Gennadius Heracl. Metropol.* (v. infra, *Demetr. Protop.* de eruditis graecis, sect. XLVII.) — In *Montfauc. Bibl. biblioth. MSS.* pag. 589. *E.* de cod. caes. Vindob. CXVII. (v. quoque in cat. codd. gr. Bau. pag. 50. cod. CXIIX.) citantur opera contra Latinos *Gennadii Bulgariae*, qui si a Georgio Scholario diuersus est: ut praetermittam *Gennadium, Massaliensem presbyterum*, ante a. 495. scriptorem latinum, de quo v. *Fabricii bibl. med. et inf. latin.* tom. III. p. 50. fqq. ed. Mausi. *Harl.*

c) P. 107.

d) Florentina.

e) V. infra in h. vol. pag. 415. nr. 7. ed. vet. *Harl.*

Allatus f), duos Gennadios, duos Georgios Scholarios effinxerunt, illum, qui concilio Florentino interfuit, catholicum: alterum schismaticum esse iusserunt. Hic monachus factus, Gennadii nomen simul cum habitu religionis accepit; ille ex laico factus patriarcha post captam urbem, Gennadius quoque nouo nomine adpellatus fuit, qui post annos quinque, depositis infulis patriarchalibus, in monasterium se recepit, atque anno circiter 1460. diem suum obiit. Imò alium quemdam *Georgium Scholarium Cortesium*^{g)} existisse suspicatur Allatus, quem auctorem existimat diuersorum aduersus Latinos operum; atque ita tres Georgios Scholarios et Gennadios recenset, sed, vt infra videbitur, plane infelicitè. Hanc tamen eius coniecturam sequuti sunt omnes ferme theologi, donec R. Simon^{h)} vir doctissimus

f) Item *Lambec. comment. V. p. 460. sq.* vbi vero Kollar. subscribit Renaudoti iudicio: vol. VII. pag. 239. sq. nr. 7. et alibi, atque in iudiciis. Pariter alii catalogorum codd. confectores discernunt duo eiusdem saeculi Georgios Scholarios. *Harl.*

g) Sic *Florent. in bibl. Medic. Laurent. cod. XXVII. nr. 1. plut. 58.* inscribitur liber τῆς Γραμματικῆς καὶ Σχολαίας de elementis et litteris, de accentibus et octo partibus orationis, seu potius in Grammaticam introductio prima. v. *Bandin. cat. codd. gr. Laur. II. p. 470.* qui adnotat, MS. etiam exstare Mediolani in bibl. Ambros. et Romae in S. Siluestrina et Vallicelliana. — Ibid. in cod. XIII. nr. 30. plut. 74. sunt *Georgii Curtesii* (*Κουρτίου*) *Scholaris* epistolae XVIII. quarum inscriptiones et initia adtulit *Bandin. l. c. III. p. 107. sq.* obseruat vero praeter alia, epistolarum Georgii Scholaris selectas quasdam superesse in cod. regio MMCMLV. sed ex eorum nominibus, ad quos illae missae sunt, ab illis, quas l. c. recensuit, diuersas esse colligit. In indice tamen ad vol. III. p. 511. suspicatur, istum Georgium Curtesium eundem esse cum Georgio Scholario, patriarcha CPolit. — Secundum *Pluturum* in itinerar. per Hispan. pag. 170. in codd. bibl. *Escorial. Georgio Curtesiae* (sic) *Scholaris* tribuuntur libri duo, de constructione siue Chronographia, et tamen alia quoque opp. quae Georg. Scholar. patriarcham CPol. habent parentem. Conf. supra ad vol. VI. pag. 342. sq. et infra de scriptis Gennadii ad nr. 24. *Harl.*

h) Lib. de transubstantiatione contra Tho. Smithum a. 1635. 12. *Fabr. Smithus* in sua de hodierno ecclesiae graecae statu epistola dixerat,

Gabrielem Scuerum, Philadelphiae archiepiscopum, hominem nullius aut imbecilli ingenii, vel primum vel saltem inter primos fuisse, a quo voc. μετασώσεως, exprimendo *transubstantiationis* figmento perquam idonea, fuerit efficta. Contra hunc surrexit *Dominus de Mont*, (sub quo nomine delituit *P. Richard Simon*.) in: *Histoire critique de la Creance et des coutumes des Nations du Levant*, Francof. ap. Frid. Arnald. 1684. 12. et 1693. 12. cap. II. et dogma illud graecae ecclesiae cum romana commune esse contendit, et produxit Gennadium, patriarcham CPolit. plus quam centum annis Gabriele antiquiorem, aliosque. (v. Lips. acta erudit. a. 1684. m. Nou. p. 490. sqq.) Simonio se opposuit *Th. Smith* in *Miscellaneis*, Londini, impensis Sam. Smith. 1686. 8. cap. II. et euincere studuit, locum, e Gennadio productum, esse suspectum, et a *Meletio Syrige*, graeculo tenebrione ac romanis partibus addictissimo, Gennadio dolose suppositum, in Gennadii scriptis editis ineditisque nihil tale deprehendi, ex aliisque argumentis concludit, *υποβολιμαῖον* esse Gennadium, a Meletio Syrige et inde a Simonio productum etc. (v. acta erudit. a. 1687. m. Febr. pag. 92. sqq.) Necdum Simon. vadimonium deseruit, sed causam suam iterum agere parauit in: *La creance de l'Eglise orientale, sur la Transubstantiation, avec vne reponse aux nouvelles objections de M. Smith*; Paris. 1687. 12. et *Niceron*, in *Nachricht von den Begebenheiten v. Schriften ber. Gelehrten*, ex vers. Baumgarten, part. 2. p. 35. vbi adnotatur, Simonium postea edidisse adpendicem contra auctores actor. litt. in *Hollandia*, qui male in compendium redegebant eius librum. Inter alia respondet, Gennadium sua plurima scripisse post patriarchatum in monasterio;

mus docuit certissimis argumentis, vnicum fuisse Gennadium. Quia tamen haec quasi in παρ-
έργω ab eo scripta sunt, quum breuitas operis non pateretur, vt totam ex antiquis monu-
mentis quaestionem explicaret, superest, vt, quantum licebit, paucis eam expediamus.

[P] Gennadius sane, qui Georgii Scholarii nomen habuit, patria, vt videtur, Con-
stantinopolitanus, doctrina, eloquentia et iurisperitia magnam ab ineunte aetate famam
apud suos consequutus, in aulae imperatoriae ministerio fuit, antequam Ioannes Palaeolo-
gus in Italiam proficisceretur. Tunc vero iudicis primarii munus sustinebat, Κετῆς τῆς
Βασιλικῆς κρίσεως, vt non solum historia politica et ecclesiastica apud Crusium, sed varii
etiam opusculorum tituli testantur. Negotiorum ipse molestiam conqueritur ad Philelphum
scribens, his verbis: ἀλλ' ὑπὸ τῶν ἐν τῷ δικάζεν θορύβῳ εἰς ἀνάπνεῖν σχεδὸν συγχωρέμε-
νος, καὶ αἰκῶν ἐξαμαρτάνω τι πρὸς τὰς φίλας. Sed iudiciorum tumultu oppressus, vix re-
spirare vt concedatur, etiam inuitus nonnihil erga amicos delinquo. Quod etiam in aliis qui-
busdam ad amicos epistolis, et in orationibus apologeticis non obscure designat. Interea
cum doctissimis Italis Francisco Philelpho, Ambrosio Camaldulensi, Marco Lipomano, patri-
tio Veneto, litterarum commercium habebat, quarum plures exstant haud inelegantes in co-
dice regio MMCMLV. paucae in Colbertino MMMCMLVIII. verum summa librario-
rum negligentia sine die et consule, aut loco vnde missae sunt, adeo vt historiae Gennadii
mediocrem omnino lucem adferant. Philelphus ipse graeco quodam carmine testatur, se
admodum iuuenem in eius adhuc iuuenis familiaritatem venisse, Constantinopoli quum esset:

Ὅν μοι ὄντι νέῳ νεαρόν πάνυ, δια θεάων
Ἐν Βύζαντος ἔργῳ ἤψατο Καλλιόπη.

Quem iuueni mi olim, iuuenem Byzantis in urbe
Calliopes diae conciliauit amor.

Ad nostrum enim Gennadium pertinet hoc Philelphi ¹⁾ carmen, non, vt censet Allatius ²⁾,
ad

rio; mirum ergo non esse, si scripta eius in pa-
triarchali ecclesia non reperiantur. Idem copiose
probat contra Allatium, Gennadium hunc et
Georgium Scholarium eundem esse. Subiungit
excerpta quaedam gr. latina ex Gennadii et Mele-
tii Syrigii libris de transubstantiatione, enumerat-
que speciatim opp. Gennadii MSS. in bibl. Paris.
regia. (Conf. auctor. erudit. Supplem. I. sect. 2.
pag. 75. sqq.) Neque tamen pollicem prefficit Th.
Smith, sed vindicauit suam sententiam in nouis
Miscellaneis, Londini, 1690. 8. Primo capite
continetur responsio ad nuperas D. Simonii in li-
bro super fide Graecorum de dogmate transub-
stantiationis cauillationes; suam sententiam de
voc. μετασώσεως eiusque nouitate, de Gabriele
Philadelph. et Gennadii testimonio ὑπεβολιμαίως,

de Georgio Scholario vltterius stabilire, et aduer-
sus Simonii exceptionem vindicare studuit; apo-
logiam pro quinque capp. concilii Florentini
cum Arcudio et Caryophilo abiudicat Gennadio,
quum post concilium Florentinum eorum, quae
olim in gratiam Latiuorum concesserat, palino-
diam cecinerit. Inprimis autem ea Gennadio
adungi probat, quae pro transubstantiationis
dogmate Meletius Syrigius et Simonius adduxe-
runt. (conf. acta erudit. a. 1691. m. Febr. p. 81.
sqq.) Harl.

i) Philelphus Constantinopolim iuuenis pro-
fectus est, Emmauelis Chrysolorae filiam duxit.
V. Poggium de Philelph. epist. ad Iustinianum
l. 1.

k) Infra, p. 769.

ad nescio quem Georgium Scholarium Gennadium, metropolitam Phasorum: Argumento est, quam modo laudauimus, epistola, quae in regio codice octaua est, qua Philelpho scribit, imperatori summopere placuisse scriptas ab eo litteras, cuius perspectam haberet erga se humanitatem. Vtebatur familiarissime Georgius Scholarius *Luca Notara*, Magno Duce, imperatoris Ioannis Palaeologi genero, ad quem exstant aliquot non inelegantes epistolae, et Ducis ad Scholarium; imperatoris eiusdem fratre *Constantino Palaeologo*, qui imperauit ultimus Christianorum, ad quem scripta est secunda epistola [P] regii codicis; *Theodora Despota*, eorum fratre, quem funebri oratione laudauit, quae exstat in eodem codice; et aliis praecipuae dignitatis viris. Inter ecclesiasticos colebat prae caeteris *Marcum Ephesum* ¹⁾ ad quem exstat decima quinta, qua significat, mittere se defensionem doctrinae Aristotelis contra Gemistum Plethonem, turn etiam Nomophylacem, Chartophylacem *Paisium Crotae*, ut videtur, archiepiscopum, et alios non paucos. Ad hos exstant epistolae de priuatis plerumque negotiis, omnes sine die et consule. Plures opinor intereiderunt, quia elegantiores tantummodo selectas videntur fuisse, ut antiquis Demosthenis, Isocratis, Libanii, et aliis praecipuorum auctorum adiungerentur, ut in codice Colbertino; reliqua perierunt, ut multa alia Gennadii opera, quia auctor numquam ea, ut videtur, colligenda curauit; sed post eius obitum a studiosis in codices relata sunt, quaecumque tam Constantinopoli, quam in monasteriorum bibliothecis delitescabant.

3. Tricesimo aetatis anno Georgius Scholarius votum fecit amplectendae solitariae vitae, quod tamen non nisi paulo ante captam urbem et post Ioannis Palaeologi mortem persoluit. Ita de se scribit in apologia ad Constantinum: *Quod, inquit, ego nondum tricesimum annum egressus firmiter statuerim et voverim Christo, magistratum ut incommodum quiddam negotium abdicare, et ad priuatam vitam, quam Christus nobis designauit, declinare tamquam multae philosophiae, spei quoque futurorum, et vno verbo boni cuiuscumque plenissimam, nullus arbitror meorum ciuium ignorat. Causam, cur tam diu dissulerit, fuisse refert parentum curam, quos in senili aetate destituere absque impietate vix poterat, et quasdam alias.*

4. Itaque sub Ioanne Palaeologo Georgius Scholarius imperialis iudicis munus sustinens, quum procurandae concordiae inter latinam et graecam ecclesiam causa imperator in Italiam proficisceretur ^{m)}, in eius comitatu Ferrariam primo, mox Florentiam venit. Ita testantur auctores ferme omnes, et acta graeca concilii. Ferrariae, ut videtur, scriptae sunt epistolae duae, vna Venetias ad Marcum Lipomanum, ad Ambrosium Camaldulensem altera. In prima scribit, optasse se ad eam proficisci, *sed fortuna quaedam, inquit, me ad imperatorem currere cogens, aueis Venetiis commorari non finit, neque lepores huius urbis et gratias degustare, in qua Lipomanus optimus primarium locum obtinet; sed statim atque exsuffum fecimus, iter ad imperatorem per flamen instituimus, nempe fortassis, quia serius [P] aduenerat. In altera ad Ambrosium, quem non alium esse existimamus quam Camaldulensem,*

1) V. infra, p. 529. sq. ed. vet. Harl.

m) A. 1438.

Vol. XI.

sem, ita scribit: *At quandoquidem cum imperatore, qui te plurimum diligit, nos quoque unionis desiderium ad tuam urbem transfert, aut potius ipse ex tali desiderio nobis transmigrandi necessitatem imposuit; reliquis quidem sufficit, tuam adire urbem, et habere illic delicias, spectacula, aedes magnificas, et alia domesticis non inferiora. Nobis vero angulum aliquem concede tui monasterii, quod in cara urbe carissimum habes et ornas. Ita eos, qui te maxime diligunt, tuorum tibi coniunctissimis non immerito praeferes, tuncque facilius una esse nobis licebit, neque morbos causabimur, neque tantum ex infelicitate nostra dolorem capiemus. Quod si aliquando rursus, minus tamen omnino, quam nunc, te a nobis disiungunt publicorum negotiorum curae, hanc absentiam monachorum illic viuentium virtus et sapientia solabuntur. Quos quidem sub tali patre et rectore ad virtutem prouectos, utilissimos et iucundissimos accedentibus fore confido, adeo ut singuli ipsorum sufficiant non habentibus patrem.*

5. Non alieno ab ecclesiastica concordia animo Scholarium fuisse praeter ea, quae supra dicta sunt, suadet particula epistolae ad Magnum Ducein, quam aliena interpretatione corruptit Allatius *), dum eam ex Graecia scriptam existimauit, quum ex Italia missa fuerit. Nunc vero scito, nos praeclara omnino tranquillitatis initia experiri: quae verba ad ecclesiasticae concordiae spem videntur referenda. Sed quae legitur act. 25. Florentini concilii in graecis actis Georgii Scholarii responsio eiusmodi est, ut viro pio pacisque studiosissimo dignissima videatur. Rogatus enim ab imperatore sententiam de unionis decreto, ita respondit: *) *Optime et potentissime imperator, quam ego quidem habuerim et nunc habeam sententiam de proposita unionis materia, indicat sermo a me utcumque compositus, et huic nostras synodo oblatas, quo sacros hostes adhortabar patres ad unionem et auxilium rebus Constantinopolitanis ferendum. Testantur etiam duo libelli, quos antea compositos, nunc praesenti synodo trado, quorum alter consilium dat ut fiat, et quomodo fieri debeat unio, et exponit, quicquid aliud ad hanc materiam spectat: alter vero quaestionem ipsam tractat, estque illi scopus, ostendere, doctores ecclesiae inter se concordare esse non rationibus ac demonstrationibus humanis, sed sacrae scripturae et doctorum eorundem sententiis. Eosdem libros oblatos synodo fuisse testantur eadem acta paulo superius: Post orationem Bessarionis obtulit nobis Scholarius dominus Georgius tres orationes pro unione deliberatas, cohortans animansque nos ad amplectendam unionem. Vulgo [P] existimant, illas ipsas orationes esse, quae cum actis concilii et seorsim sub Georgii Scholarii nomine editae sunt, contra quam sensit Matthaeus Caryophyllus, qui hanc vulgarem opinionem solidissimis rationibus confutauit, aduersus quas Allatiana defensio nihil aut parum facit. Sed de his, quia operosior quaestio est, dicetur, ubi de operibus Scholarii disputandum erit. Id habet autem Caryophylli sententia commodi, quod si suppositas Scholario **) fuisse a Graecis concordiae studiosis orationes istas statuimus, nulla ferme superest de vno vel geminis Scholarii et Gennadii controuersia. Qui enim foetura hunc celeberrimo apud Graecos schismatis tenacissimos auctori supposuit, potuit etiam nullo negotio actis graecis inferere, quae illic ad illarum auctoritatem confirmandam leguntur.*

*) Infra, p. 766.

o) Ex vers. Caryoph. p. 478. edit. Par.

p) Hoc neuiquam credibile videtur, et a

Gennadio ipso eiusque amicis et inimicis continuo falsitatis conuictum fuisse.

tur. Nam si haec pauca verba excipiuntur, et Marci Ephesii epistola, quae ante paucos annos ab Allatio edita est, vix quicquam in illius saeculi monumentis occurrit, unde Gennadium siue Scholarium conslet ecclesiarum fanciendae concordiae nauasse operam, quum in eadem disrumpenda deinceps ad extremam vsque aetatem pertinacissime occupatus fuisset videatur.

6. Siue igitur, vt fieri omnino potuit, Georgius Scholarius Graecos Florentiae ad vnionem hortatus fuerit, siue secus egerit, id enim plane obscurum est, reuersus cum Ioanne Palaeologo Constantinopolim, adiunxit se Marco Ephesio in oppugnanda vnione, quae Florentiae sancita fuerat. Atque illo, vt videtur, temporis interuallo scripsit Georgius multa aduersus Latinos opuscula, quae exstant in variis biblioth. regiae codicibus, nempe *homiliam ad Ἀνατόλιον de purgatorio, et responsonem ad eorum obiectiones; de processione Spiritus Sancti*, et alia quaedam, de quibus dicitur suo loco. Hac occasione Georgius Scholarius in Ioannis Palaeologi offensionem incurrit, grauiter commoti, quod vnionem tanto labore a se procuratam, et cuius beneficio auxilia ab Italis in summo rerum suarum discrimine necessaria sperabat, Scholarius voce, scriptis et auctoritate, quae erat apud populares suos praecipua, disturbare conaretur. Testis ipse in oratione apologetica ad Constantinum imperatorem, ita tamen vt Ioanni simulatam potius indignationem quam sinceram adscribat. *Deinde, inquit, optimo illo imperatore indignationem prae se ferente ob verorum dogmatum defensionem; committendum non existimaui, vt, quibus fabula ignota erat, videretur, quod me ira imperatoris ad Christi iugum compelleret, [P] et quod inuitus ad tranquillam vitam confugerem.* Illam enim causam adsignat, cur viuo Ioanne votum monasticae vitae diu ante conceptum non impleuerit.

7. Eo etiam regnante, post reditum ex Italia scripsit orationes in homiliarum modum multas, quae legebantur concionis loco, vel scribebantur, postquam viua voce erant declamatae, vt ex inscriptione, quae occurrit in nostro codice, colligimus. Etsi enim laticus vsque ad susceptam patriarchalem dignitatem Georgius Scholarius vixerit: vix tamen dubitare licet, eum coram imperatore et senatu singulis sextis feriis ex suggestu concionatum fuisse, non, quod magistratus ille, quem gerebat, ecclesiasticam quamdam dignitatem adiunctam haberet, sed quia in imperatorio triclinio vespertinis et pomeridianis horis declamabat, non ex ambone, aut mane inter synaxes; hoc enim sacerdotum secundum ecclesiasticam disciplinam munus erat, et similes Leonis philosophi et aliquot aliorum laicorum orationes exstant.

8. Testatur ipse Scholarius, reconciliatum tandem sibi fuisse extremo vitae tempore Ioannem imperatorem, iamque sibi non obscure fauentem vitam cum morte commutasse. Quamuis porro apud Latinos omnes auctores et graecos vnioni addictos legemus, imperatoris animum a concordia, quam Florentiae subscriptione firmauerat, nusquam fuisse alienatum, dissentiunt tamen schismatici ferme omnes. Ita legitur in titulo pseudosynodi Constantinopolitanae, in Addendis apud Allatium: *1) Quas, inquit, habita fuit post exaltationem*
Yy 2 *psu-*

q) *Add. ad l. 3. De perp. conf. pag. 1280. et seq.*

pseudosynodum Florentinam unius et dimidii anni intervallo, et post obitum Ioannis Palaeologi, qui cum Latinis sentiebat, ab Italis sub spe auxilii delusus, ante tamen obitum orthodoxo dogmati adsensum praeberat. Tunc Scholarius domesticis rebus ordinatis, erat mox sese in monasterium recepturus, quum propositum mutare coactus est. Obiit eodem circiter tempore Marcus Ephesius paullo ante mortem Ioannis Palaeologi. Georgius morientis supremas voces excepit, et in eius verba iuravit, Deo et angelis in testimonium aduocatis, servaturum se veterem fidem, et contra Florentinam unionem perpetuo ex amici et praeceptoris sui sententia pugnaturum. Haec ipse scribit in epistola ad Constantinopolitanos tamquam notissima: mortuum vero oratione laudavit, quae exstat in variis codicibus. Exstant quoque in codicibus regiis *) extrema Marci Ephesii morituri ad Scholarium verba, [P] quibus ipsi graecae ecclesiae et eius dogmatum defensionem commendat *); Scholarii quoque responsio, quae huic epistolae plane consentanea est.

9. Ioanni Palaeologo successit Constantinus frater, imperatorum Constantinopolitanorum postremus, exeunte anno I. Ch. 1448. apud quem statim Scholarius accusatus est, quasi ecclesiasticis, apud quos plurimum poterat, auctor fuisset procrastinandae coronationis, quae ecclesiastico ritu cum variis precibus celebrari solebat. Neque negabat plane Georgius Scholarius differendam esse, donec ecclesiae et reipublicae consulere; sed non alio id aiebat fecisse animo, quam ut labefactatam maiorum fidem restaurandam curaret, tam fidei quam imperatori consulens, ab hominum vero nefariorum consiliis alienissimus, quippe qui novum imperatorem singulari amore complecteretur, et ab eo in melius res suas commutatum iri speraret, cuius gratia adversam, ut sciebant omnes, fortunam fuisset expertus. Quum vero Constantinus imminentem sibi, et quae post annos vix quinque consequuta est, cladem metuens, auxilia ab Italis postularet, quae Nicolaus V. pontifex romanus non aliter pollicebatur, quam si Florentinam unionem confirmaret, et ad eam amplectendam Graecos praesertim ecclesiasticos et monachos compelleret, missae sunt a pontifice legationes aliquot Constantinopolim. Prima videtur fuisse episcopi Cortonae, qui cum graecis theologis saepius disputavit, annis circiter quatuor ante captam urbem. Graecorum partes tuebatur Georgius Scholarius, qui disputationes scripto complexus est, et variis opusculis Latinos refellendos suscepit. Meminit ipse in epistola ad Constantinopolitanos scripta 29. Novembris anno 1452. in qua scribit, perseverare se in ea doctrina, quam exposuerat in disputationibus habitis adversus Cortonae episcopum, *ad demonstrationem, inquit, eius, quae apud nos est, veritatis, et multis variisque operibus, quae scripta pro patria fide divino munere, ut etiam in confessione fidei suae, vel potius catholicae ecclesiae, quam ante annos tres elaboratam publicaverat.*

10. Eo circiter tempore Georgius ob unionis odium, quo omnia imperatoris consilia vehementer turbabat, sibi, ut videtur, metuens, saeculo renuntiavit, et in monasterium
Omni-

*) In cod. bibl. publ. Par. MCCXVIII. nr. 29. ib. nr. 10. est *Marci Eugenii* episk. ad Georg. Scholarium, qua ipsum reprehendit, quod ad Latinos desciverit. *Hart.*

§) Haec *Marci Ephesii* ultima verba cum *Gennadii* responsione edidit *Renaudotus* ex cod. reg. MMCMLXIII. graece, addita latina versione, p. 70-75. ad *Gennadii* homilias de eucharistia.

Omnipotentis, urbi proximum, se recepit. Scripsit simul valedictoriam orationem ad Constantinum, [P] quae exstat in codice regio, qua non solum criminationes aduersariorum conatur diluere; sed saepe in suis laudibus nimius, res gestas pro maiorum religione tuenda, susceptosque labores in coelum tollit, ita ut vanitatis et proterviae, in qua accusatus est, culpa non vacet. Quum hanc orationem scriberet, adhuc laicus in monasterio Omnipotentis residebat: vnde migrans in Cardianeti, illic schema siue habitum religiosum accepit. Ita docet nos huius orationis inscriptio in regio codice. Videtur autem simul accepisse nomen *Gennadii*, iuxta vulgarem apud Graecos consuetudinem, ut, qui mundo per vitae monasticae professionem renuntiarent, etiam nomen antiquum quasi per alteram natiuitatem mutarent; mox enim Gennadius vocari coepit, atque adeo, antequam patriarcha designaretur, contra quam ex Malaxo, Historia politica, et quibusdam aliis auctoribus docuit Allatius *). Quo solo argumento, etsi nullius ponderis, totam de duobus Gennadiis disputationem superstruxit. Vnde etiam refellitur altera eius historica observatio circa Gennadii professionem monasticam, quam abdicata patriarchali dignitate, et quinquennio post captam urbem factam existimat, quum nouennio plus minus abdicacionem praecesserit. Nec enim Malaxi et Theodori Zygomalae, qui Historiam politicam concinnauit, tanta est auctoritas, ut auctorum aequalium testimonia labefactet. Nam Michael Ducas ante captam urbem Gennadii monachi nomine designat eum, qui antea Georgius Scholarius dicebatur.

II. Quum Gennadius saeculo valedixisset, misit imperator ad Nicolaum papam Bryennium Leontarem. Isidorus cardinalis Russiae paulo post a Nicolao V. legatus Constantinopolin venit anno 1452. ut Ducas in historia **) docet, quo nemo melius ecclesiasticas res illius temporis videtur explicasse. Is igitur legatum Constantinopolin adpulisse scribit mense Nouembri, anno secundum Graecos 6961. qui erat Christi 1452. habitis de ecclesiarum concordia sermonibus, imperatorem et quosdam ecclesiasticos consensisse, ut unio Florentina obseruaretur, ecclesiasticorum et monachorum plures et praecipuos ab ea fuisse alienissimos. *Nihilominus*, inquit, qui Henotico obtemperare videbantur clerici, sacerdotes et diaconi, imperator et senatus in magnam ecclesiam conuenerunt, ut concordibus animis et unitis diuinam liturgiam celebrarent, finteraue mente vota Deo redderent. Tum etiam schismatici ad Pantocratoris monasterium currunt, Gennadium, antea Georgium Scholarium, adeunt, consiliumque [P] ab eo quomodo se gerere debeant petunt. Is inclusum se cella tenebat; accepta ergo charta, sententiam suam consiliumque rogatus, scripto aperuit, quo talia continebantur: *Miseri Romani, quare aberratis*, etc. quae apud Ducam leguntur. Haec et alia plura quum stripsisset, cellae suae ianuam a cunctis postea lecta clauo adfixit, iterumque intra eam se conclusit. Scilicet ex variis et aliis huius temporis actis et epistolis intelligitur, post habitas cum episcopo Cortonae et aliis Latinis de vnione disputationes, Gennadius se in cellam receperat, neque prodibat in vulgus: ita fortassis iubente Constantino, vel cogente potius, ne vnionem, quam siue per dissimulationem, siue sincero animo conabatur procurare, viri apud plebem et ecclesiasticos acceptissimi auctoritas disturbaret. Quis est ipse saepe intentatas minas; atque ea potissimum causa fuisse videtur seruati per an-

nos

*) Infra, p. 764.

**) Ed. reg. 142.

nos admodum duos silentii statim post susceptum religiosum habitum. Eo temporis intervallo scripsit orationem contra simoniacam haeresim ad Constantinum duobus ante excidium urbis annis, cuius titulus in cod. reg. talis est: Γεννάδις μοναχὸς τῷ Σχολαρίῳ κατὰ τῆς ἐκ-
 μονιακῆς αἰρέσεως, ἥτοι ἀπιστίας. Ἐγράφη δὲ οὖν ἔτσι πρὸ τῆς ἀλώσεως, καὶ ἐπέμψθη
 τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, ἀλλ' ἐκεῖνος εἰδὲ τι βελτίων ἦν. Gennadii monachi, qui et Schola-
 rius, contra simoniacam haeresim, siue infidelitatem. Scripta est oratio duobus annis ante ca-
 ptam urbem, et missa imperatori Constantino, sed ille nihilo melior effectus est. Epistolam
 item ad eundem, cuius initium est: ἀλλ' ἐκ ἔχεται μοναχοῖς, ἄριστε βασιλεῦ, σπανίσις καὶ
 δυσπορίσις τρεφέσθαι βρώμασιν. Verum non licet monachis, optime imperator, raris nec
 facile parabilibus alimentis uti: quae officii tantum causa scripta videtur, ut de misso fortassis
 munusculo gratias ageret. Exstat decima in cod. reg.

12. Scripsit etiam homilias quasdam; sed controuersis ecclesiasticis plane se non
 immiscuit vsque ad aduentum cardinalis Russiae. Nam paullo antequam adueniret, scripsit
 Gennadius ad Ἀγιορείτας, hoc est, sancti montis Atho monachos, epistolam hortatoriam, ut
 in antiqua fide, omitta synodi Florentinae definitione, permanerent; quam epistolam misit
 per eiusdem montis monachos duos, Anastasium et Simonem, ut ipse in cuiusdam epistolae
 fragmento testatur. Scripsit etiam ad imperatorem 12. Martii, eodem, ut videtur, anno,
 vel 1453. paullo ante cladem. Orationem quoque recitauit coram eo, magna nobilium ci-
 uium frequentia, in monasterio Pantocratoris seu Omnipotentis, περὶ τῆς ἰλώσεως τῆς θᾶς
 καὶ τῆς οἰκόθεν παρασκευῆς, de [P] placando numine et interiori praeparatione, 15. Nouem-
 bris a. 1452. forte antequam legatus venisset: nam imperatorem omnino dehortabatur Genna-
 dius ab vnione Florentina obseruanda; quod praesente legato nec ipse ausus fuisset, nec pas-
 sus imperator. Quum vero, ut supra ex Duca dictum est, frustra plerisque reclamantibus
 renouata esset vnio, statim eam voce et scriptis Gennadius impugnauit. Exstat ea de re opu-
 sculum virulentissimum hoc titulo: Γεννάδις ἐλαχίστη Σχολαρίῳ ἐπὶ τὴν δι' ἐγκατάλειψιν
 Θεοῦ ματαίαν καὶ ἄλογον καὶ ἀσυνδέτον καινοτομίαν τῆς πίστεως. Gennadii minimi Scholarii
 de ea, quae per Dei desertionem facta est, vana, inepta et inconcinna fidei inuouatione. Scri-
 ptum fuit in monasterio Pantocratoris, in quod venisse Gennadium intelligimus, impera-
 tore ita iubente, existimante, illum, si latinissimum, ut vocant, amplexus fuisset, reliquis,
 ut idem facerent, statim persuasurum; sed contrarium prorsus accidit: neque enim a senten-
 tia sua remoueri Gennadius potuit, nec efficere, ut negotium vnionis omitteretur, quae,
 ut ex scholio cod. reg. discimus, in eodem monasterio perfecta est vno mense, postquam
 Gennadius orationem suam recitasset. Vnde turbatis iam omnino rebus, et Turcis urbem
 obsidione cingentibus, vnionem liberius coepit impugnare, et latinismo insultare petulantius.

13. Interea quum, ut scribit Ducas, cella se iterum conclusisset, et neminem admit-
 teret, scripsit epistolas duas, vnā ad Constantinopolitanos omnes ecclesiasticos, 27. No-
 uembris datam, cuius titulus est: Γεννάδιος ὁ ἀμικτωλὸς, τῷ Θεῷ δῶλος καὶ ἐλάχιστος, τοῖς
 εὐγενεστάτοις πολίταις τῆς Κωνσταντινουπόλεως; ἀπαδὴν ἱερωμένοις καὶ κοσμικοῖς. Genna-
 dius peccator, dei seruus et minimus, nobilissimis ciuibz Constantinopolis, omnibus tam sacri
 ordinis quam saecularibus. Haec ita incipit: Γινώσκετε πάντες καλῶς. Alteram ad eccle-
 siasticos,

fiasticos, quae eodem tempore data videtur, et missa dicitur ad magnum ecclesiarcham, Syropolum scilicet, auctorem historiae synodi Florentinae, magnum Chartophylacem Agallianum, quando ecclesiastici convenire iussi sunt in palatium Xylocerci, et celebrata est liturgia, quum omnia ex sententia cardinalis et trium pontificum anni istius gesta essent 15. Nou. In ea excusat se, quod non venerit, testaturque, se cum milibus exposuerit sententiam de hoc unionis negotio suam, displicereque sibi illam vehementer, tam imperator quam reliqui omnes intelligant in eadem se persistere. Mox unionem et latinae ecclesiae fidem vehementer exagitat.

14. Scripsit praeterea, ut Ducas observat, breuem contra latinisimum querimoniam; sed, quae ab illo auctore refertur, differt ab [P] altero eiusdem exemplo, quod suppeditat codex regius in haec verba: *O pauperes, perdidistis omnia, et nunc tandem abiicitis pietatem turpiter et absque conscientia. Quum enim deberetis ad deum confugere in praesenti rerum statu, a deo separamini. Ego innoxius sum, testemque habeo deum, eius sanctos et vos ipsos, quod nihil umquam neglexerim. Et nunc ita me deus iuvat, malam unionem facitis, peribitis. Calumniamini me, et minas intentatis; sed etiam si mortem, quam minamini, inferatis, ego ad illam subeundam paratus sum. Quid enim iuvat vivere, ut videam dei tam manifestam erga vos derelictionem? Domine, ne finas hos homines in talem ruinam praecipitari, ne iustificetur orthodoxa fides in oriente, in occidente et in insulis contra nostram urbem, ita ut, quia illam et te negleximus, pereamus. Iustifica potius illam, ita ut non pereamus. Da illis aures ad audiendum, quandoquidem est, qui verbis significet voluntatem tuam, aut me eripe, domine, a praesenti vita citius, antequam videam talis impudentiae fructus vindemiantem. Non negabo te, amica orthodoxia, neque te mendaciter dissimulabo, angusta traditio, quousque spiritus meus in hoc corpore permanebit. Ne me igitur amplius tentetis, o homines: etenim numquam eiusmodi unionis particeps ero, quia neque sic cum Latinis uniti eritis, et a deo separati, infamiam aeternam sustinebitis. Neque tamen velim in dubium revocari, quod a Duca relatum exemplar est, quod quisque per otium potest cum altero comparare. Adfixum autem pependit a prima mensis Nouembris, ut inscriptio docet, post cardinalis aduentum, ut habet eodex MS. Iis quoque postremis temporibus, aut saltem ultimo Constantini anno, alia scripsit Gennadius aduersus *Ἀντιόχειους*, ut duodecim capitula ad imperatorem Constantinum missa per papam Ignatium, alia ad magnum ducem: Metropolitaram subscriptiones, siue synodales definitiones aduersus Florentinam unionem, et diuersas apologias legato aut episcopo Cortonae pro Graecis contra Latinos datas, quae non alium, quam Gennadium auctorem videntur habuisse.*

15. Quantus fuerit graecorum schismaticorum, praesertim monachorum et monialium, aduersus Henoticos furor, narrat Ducas²⁾, et variis exemplis confirmat. Omnes Gennadium quasi ducem et magistrum sequebantur, ex cuius sententia a Latinorum et Henoticorum communione separati, non modo turbas in ecclesiis, sed tota passim vrbe seditio-nem fecerunt. Quae dum a Turcis obsideretur, Gennadius saepe vaticinatus est apud suos imperii ruinam et vrbs cladem, non aliam tot malorum causam adsignans, quam quod pa-ternam fidem prodidissent, et Latinis haereticis fuissent per legatum reconciliati.

15. Ca.

v) Ducas p. 143.

[P] 16. Capta est vrbs 29. Maii an. 1453 et eodem anno Gennadius, quo nullus Graecis acceptior, Sultani Muhamedjs iussu electus est patriarcha, vt Malaxus, Historia politica; Phranzes et alii docent. Fugerat cum alijs, et extra urbem se receperat, atque eo intervallo temporis, quod ab vrbs excidio ad eius electionem effluxit, Monodiam scripserat, qua publicam deploravit calamitatem. Exstat illa in varijs codicibus, et partim edita est in Turco-graecia et in Bibliotheca patrum. Qua ratione ad thronum patriarchalem adsumtus fuerit, refert ipse in epistola, cui titulus, τοῖς ἀπανταρχῶ πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ad omnes fideles in Christo Iesu, quum dignitatem abdicavit. Multi, inquit, eo die liberabantur ab ijs, qui prius, qua se ratione eriperent, nesciebant. Ego vero pondus inutile, in victorum hostium manibus eram, quum semel amicos exorasset, et ijs nolentibus succurrere, Deo omnia commisi sem. Ego quidem non mediocri pecunia redemisset licentiam latendi alicubi, et communes calamitates cum peccatis meis deplorandi. Sed huic domino latitentem manifestauerunt, hunc ipsum esse vociferantes, quem oportet animarum nostrarum curam gerere, simul laudibus ad coelum tollentes, quem latentem saluare oportebat, si vere talem esse ipsi apud se existimassent, non eiusmodi labyrinthis includere. Statim itaque raptus sum ex remotiori loco, et ingredior urbem magis infelicitur, quam quum ex ea egressus eram. Sed transigente domino, iubeor monasterium plane desertum et conculcatum regere, et liberator absque pecunia fieri monachorum, qui simul degerent, monachorum, qui prius malitia et tumultu omnia impleverant, qui etiam nunc, plusquam opus erat, praetexentes Christianorum calamitates, occasionem explendi concupiscentiam nacti, infamia quidem sacrum olim ordinem, scandalo spectatorum animas, omni malo totum orbem replerunt. Deinde aedificare cogor, templa eversa a fundamentis excitare, et necessaria providere istis, utinam Christianis, qui singulis in locis reperti, qua ratione secundum legem patriam viverent deumque colerent, non curabant. Deinde coacta est synodus multorum episcoporum ex Europa et Asia confluentium, quorum suffragiis ego primum diaconus, deinde presbyter, deinde episcopus et patriarcha constituor.

17. Quae in patriarchali munere constitutus Gennadius gesserit, vix aliunde habemus, quam ex Historia ecclesiastica graecobarbara ^{w)}. Quum Turcae S. Sophiae templum et patriarcheum occupassent, ipse ad SS. apostolorum monasterium se recepit, vastum et iam solitudine horridum, vnde eodem aut sequenti anno fugit, veritus, ne caedis commissae erga Turcam, cuius cadauer intra muros repertum erat, [P] poenae a Christianis exigenterentur. Videtur porro Gennadius vrbe profugisse: nam tres βίαιαι ἀνόδαι, siue violentos in urbem regressus commemorat in aliquot opusculorum titulis iuxta antiquissimum regium codicem. Ter autem vrbe excessit, semel quum hostis irrumperet, iterum post caedem, quae intra muros SS. apostolorum patrata est: tandem deposito patriarchali munere, quum se recepit in monasterium Prodomi ad Menoeceam montem, vnde compulsus est in urbem redire, et tunc aliquas homilias ad populum habuit. Hinc emendanda, quae ante paucos annos prodiit Philippi Cyprii patriarchalis historia ^{x)}, qui statim patriarchas Constantino-

politanos

w) Turcogr. lib. II. p. 108.

x) V. infra p. 543. vet. ed. Harl.

politanos ad Pammacaristas habitasse scribit contra historicorum omnium fidem, ut et multa alia, quae hunc auctorem siue potius confarcinatorem saepe hallucinatum esse demonstrant.

18. Quum ex fuga rediisset, sed, quo anno, nescitur, habuit Gennadius orationem, siue disputationem illam celebrem, quae graece, latine, imo et turcice, sed graecis litteris edita est, *περὶ τῆς μόνης ἐδῆ πρὸς τὴν σωτηρίαν ἀνδρώπων*. Occasionem narrat Historia graeco-barbara *). *Eo tempore*, inquit, *idem Sultanus ipsamet intravit patriarcheum, quumque in templum Pammacaristas venisset, in sacellum ingressus est, ubi hodie armarium xerum sacratum est, et cum patriarcha Gennadio libenter sermones contulit. Tunc, omni metu posito, universam ei patriarcha veritatem fidei christianae aperuit, scripsitque pro numero quaestionum eius capita viginti . . . quae et dedit Sultano*. Subiiciuntur autem haec capitala loco citato, cum turcica interpretatione Acumatis siue Achmetis Beroerae praefecti. At in nostro codice non per quaesita et responsa haec apologia scripta est, sed continua oratione, qualem coram Sultano Gennadius habuit, antequam compendiarium illam christianae fidei expositionem scripto complecteretur. Edita est quoque oratio ipsa multis *) , tum seorsim, tum in Bibliotheca patrum.

19. Paulo post quam hanc orationem habuisset Gennadius, patriarchali se dignitate abdicavit, aegre obtenta a Sultano venia: mox epistolam *) seu potius prolixam orationem apologeticam scripsit *ad omnes fideles in Christo Iesu, τοῖς πανταχῇ πιστοῖς ἐν Χριστῷ*. Narrat, quomodo post praedictam saepius urbis et totius imperii cladem comminationemque divinae vindictae ob susceptum latinismum, capta urbe, in hostium manus venerit, eo ex fuga retractus, patriarcha renuntiatus [P] fuerit, licet inquit: cui tandem muneri, statim atque per Sultanum licuit, renuntiandum statuerit, tum quia destitutus esset eorum auxilio, qui oneris partem secundum ecclesiasticas leges sustinere debuerant, tum ob impenso inanis labores in auferendis scandalis, et componendis simultatibus. Varias etiam calamitates refert, quas ab invidis fuisset perpeffus, qui patriarchatum non obscure ambiantes, multa ipsi negotia facessabant: significat tandem, se dignitati renuntiare, ut iam sibi soli vacet, poenitentiamque in tranquilla et solitaria vita de peccatis suis agat. Haec est illa *παραιτήσις*, quam in codice ecclesiae Constantinopolitanae descriptam fuisse memoriae et auctoritatis causa docet Historia ecclesiastica apud Crusium.

20. Mox recepit se Gennadius in monasterium S. Ioannis Baptistae in monte Meoecaſo prope Serras vel Pherras, ut scribitur in cod. regio, quum annos quinque et menses aliquot ecclesiae Constantinopolitanae praefuisset, atque ita eius abdicatio ad annum 1459. refertur. Videtur tamen aliter statuendum; nam titulus orationis, quam habuit Gennadius in fu-

y) *Turcogr. lib. 2. pag. 109.*

z) *Infra p. 773. et volum. VI. p. 697. [vol. VIII. pag. 92. ibique not. ww. nou. ed. in primis Lambacher. in diss. cit. p. 3. sqq. Harl.]*

Vol. XI.

*) *Exstat illa epistola in cod. reg. Taurin. CLXXXIX. fol. 74. v. ult. codd. gr. Taur. pag. 267. Harl.*

aa) *Pag. 120.*

in funere Theodori Sophiani, sui ex fratre nepotis, docet, pronuntiatam fuisse 28. Septembris anno 6965. secundum Graecos, hoc est anno Christi 1457. a Gennadio monacho. At vulgo non ita adpellatur in titulis eorum opusculorum, quae in patriarchatu scripsit. Quae coniectura confirmatur altera satis verisimili. Nam in monasterio Ioannis siue Prodromi, multa Gennadius elaborate scripsit, quae, si secundum Panuinii et Genebrardi chronologiam obiit anno 1460., vnius anni intervallo vix poterat absolvere: tales sunt tractatus de existentia et natura animarum, de purgatorio, de praedestinatione ad Iosephum Thessalonicensem, tres alii de praedestinatione sermones, epistolae ad Theodorum Brennum siue Bryennium, et alia nec pauca nec extemporalia. Unde quum nemo huc usque ex certis graecae historiae monumentis annum Gennadii supremum designauerit, si quis eum ultra annum 1460. vitam produxisse statuatur, non inaniter videbitur coniectari. Nam in regio cod. Homilia de transitu b. Mariae virginis scripta Constantinopoli dicitur in monasterio Paramacariis, quum tertio in urbem redire coactus fuisset anno 93, hoc est, ut nemo non intelligit, 6972. secundum graecam chronologiam, qui annus respondet anno Christi 1464. cuius certus character est indicio 12. quam huic anno adiunctam habet canon annorum expansorum ab Allatio editus, [P] in opere de dominicis et hebdomadibus Graecorum ^{bb)}). Scripsit etiam opusculum περί τῆς πρώτης τῆ Θεῆς λατρείας, post abdicatam dignitatem in Menoecaeo monte et monasterio Prodrōmi an. mundi 6966. qui est I. Ch. 1458. Itaque iam ab anno 1458. aut 1457. si vera est inscriptio orationis in funere Sophiani, Gennadius monachus vocabatur, et patriarcha esse desierat: quum, si Malaxo et Historiae barbarae fides habenda est, non ante 1459. priuatam vitam repetiisse videatur. Tum etiam non recte statim eum obiisse scribunt, quum annos ut minimum quatuor superuixerit. Atque haec sunt, quae de Gennadii vita et rebus gestis in tanta historiae recentioris caligine obseruare potuimus.

21. Multa scripsit Gennadius praeter ea, quae variis locis dudum edita sunt. Nam quaecumque tribus suis Georgiis siue Gennadiis Allatius adtribuit, hunc nostrum auctorem habent; sed plura longe in bibliothecis delitescunt, quorum indicem qui leuiter inspexerit, mirari desinet, virum doctissimum perum accuratam in iis recensendis critice exercuisse. Vix enim quartam eorum partem viderat, et plerumque alienis oculis. Neque tamen etsi plura et certiora designamus, omnia Gennadii opera existimabimus explicuisse. Sparsa si quidem et disiecta hinc inde scrinia a studiosis post illius mortem collecta sunt, atque ita non mirum est, quaedam intercidiisse. Homiliae ante patriarchatum scriptae, Constantinopoli repertae sunt post captam urbem, quaedam Thessalonicae et Callipoli, ut alia eiusdem scripta, quae deinceps recensentur, omittam: adeo ut mirari nemo iure queat, quod nonnulla perierint in tanta reipublicae et ecclesiae graecae calamitate.

22. Ex iis, quae supra exposita sunt, manifestum est, Georgium Scholarium *Philopho*, *Lipomano*, *Ambrosio Camaldulensi*, latinis hominibus, coniunctissimum; Graecis vero, *Lucas Notaras* ^{cc)}, *Theodoro Despotas*, et aliis, eundem iudicis primarii munus in aula

^{bb)} Pag. 1522.

^{cc)} Inter subscriptores epist. encyc. vocatur *Neripus Islenopus Γαζης* in subscriptione concilii

Ephesini oecumenici III. adpellatur *Neripus* in Labb. ed. concilior. Paris. tom. III. col. 542. et 692. adnotante *Lambec.* VIII. p. 891, *Harl.*

aula Ioannis Palaeologi sustinuisse, Florentiam in eiusdem imperatoris comitatu venisse animo prompto et alacri ad procurandam utriusque ecclesiae concordiam, ita tamen, ut ab episcoporum et patriarchae nutu penderet, quum laicus inter eos sententiam dicere non posset. Eo fortassis animo apud imperatorem exposuit, quid sibi factu optimum videretur, et consilium de amplectenda vnione dedit, quod refert graecorum actorum Scriptor: cuius idcirco fides vacillare non debet. Syluester enim Syropulus ^{dd)}, latinismi non suspectus, refert formulam concordiae circa quaestionem de processione [*P*] Spiritus sancti, quae a Georgio Scholario composita, coram imperatore et Graecorum praecipuis lecta fuerit. Oratio- num, quae cum iisdem actis circumferuntur, nulla in nostris codicibus memoria est, neque illarum meminit Syluester Syropulus, et eas Georgio Scholario Matthaeus Caryophylus abiudicat. Etsi enim non indiligentiae solum nomine, sed perpetuo aduersus Latinos odio suspectissimus Syropulus esse debeat: nemo tamen graecae recentioris historiae vel mediocriter peritus, cuiusdam Critici praeposterum iudicium, quo homini fidem omnem abiudicat, sequendum existimabit; sed Allatio potius credet, qui Syluestrum agnoscit auctorem vnum ex adflectis patriarchae, non eum tamen, qualem e cerebro suo effinxit temerarius interpres ^{ee)}, *linguam et mentem synodi Graecorum, doctum, elegantem, antiquis Graeciae luminibus comparandum*, quum pessime scribat et semibarbare. At ille Georgium Scholarium in synodo cum Marco Ephesio vnionem impugnasse non refert, atque ita actorum graecorum fidem non impugnat, cum eo tamen Florentia se proripuisse testatur peracta synodo. Nullus interea occurrit sine apud graecos auctores editos siue manuscriptos alter, quem Caryophylus et Allatius designant, Georgius Scholarius, qui Constantinopoli substitit, quum Ioannes Palaeologus et Iosephus patriarcha, simul cum Graecis aliis, Ferrariae et Florentiae vnioni faciendae operam darent.

23. Marco Ephesio utebatur familiarissime noster Georgius; duos autem eiusdem nominis et cognominis eodem tempore, summa doctrinae, praesertim vero philosophiae Platonicae et Aristotelicae, laude floruisse, iisdem amicis vsos, quum circa religionis negotium vehementissime dissiderent, id quidem fieri vix potuisse, nemo non videt. At ex meritis coniecturis ita statuere, ut Caryophylus et Allatius fecerunt, sine vllis auctorum testimoniis, confusa et insuper habita temporum ratione, absurdum prorsus est et excusatione caret. Neque enim, ut ita apud se haberent, ceterisque suadere conarentur, alia causa fuit, quam quod Georgium Scholarium, qui Florentino concilio cum purpuratis aulae Constantinopolitanae interfuit, ex suaforia oratione, qua Ioannem Palaeologum hortatus est ad vnionem, catholicis adiunxerint, quem deinceps Constantinopolin reuersum non agnoscunt. Tunc enim contraria prorsus sensisse illum, certis argumentis ex historia illorum temporum constat, maxime vero scriptis in Latinos acerbissimis, [*P*] quae tam singulares Georgii Scholarii auctoris notas prae se ferunt, ut benignam nullam interpretationem aut falsae inscriptionis accusationem admittant. Hoc autem solo argumento tota Allatianarum disputationum strues nititur, tam in opere *de perpetuo consensu*, quam in *diatriba de Georgio*; et in *exercitationibus*

Z z 2

bur

dd) *Hist. concilii Flor. p. 243.*ee) *Rob. Cregythones in Praefat. ad Syropuli historiam.*

bas adversus Robertum Creyghtonum. Quod argumentum cogit nos, ut de fide Georgii Scholarii siue Gennadii quaestionem instituamus, tanquam institutae disputationi neccessariam.

24. Statim vero fatendum est, non plane constare, quae Florentiae circa unionem Georgii Scholarii sententia fuerit, praeterquam ex citatis actis act. 25. quae non quibusdam regiis codd. solum, sed libris vetustis consentiunt, antequam graece Romae prodirent, atque adeo falsitatis aut interpolationis suspicione vacant^{f)}. Eum enim reconciliandis in pristinam concordiam ecclesiis fuisse haud mediocriter, non actorum sola fides confirmat. Ea siue Xantopulum siue alium auctorem habeant, praestant sane salebrosi Syropuli narrationibus, tum naturali quadam simplicitate et nitore orationis, tum etiam rerum gestarum historia, quae ab actis latinis raro dissentit, cum monumentis ecclesiasticis utraque lingua exstantibus, tam editis quam MSS. nullo negotio potest conciliari. Ex illorum autem testimonio, ex epistola ad magnum Ducem, et altera ad Ambrosium Camaldulensem, non dubitamus adserere, Scholarium cum Graecis aliis, praesertim patriarcha Iosepho unioni fuisse, et imperatorem scripta oratione hortatum fuisse, ut illa secundum propositam a pontifice romano definitionis formulam componeretur. Orationes tamen illas secundum Caryophyli sententiam aut falsas aut admodum interpolatas esse, non inmerito suspicamur. Nam in plerisque exemplaribus mentio captae urbis intersemitur, cuius clades cum non nisi post annos duodecim consequuta sit, locum illic non habebat. Ita etiam suadent alia non pauca, quae in his orationibus a viris doctis observata sunt. Hac occasione propensioris in latinos animi videtur Marcus Ephesius, arctissima cum Scholario amicitia coniunctus, scripsisse ad illum epistolam, quam edidit Allatius^{gg)}, communicatam a viro cl. Emerico Bigotio, qui eam ex Ambrosianae biblioth. Mediolanensis codice descripserat, et quam integerrimam nacti sumus in optimo codice MS. biblioth. reg. Ὅσως ἡμᾶς ἐνέπλησας ἡδονῆς, ἡνίκα τῆς ὁρθῆς πίστεως ἐγένεθ, καὶ τῷ εὐσεβῆς καὶ πατρὸς Φρονήματος, καὶ τῇ καταδικασθείσῃ παρὰ τῶν ἀδίκων κριτῶν [Γ] συνηγόρησας ἀληθείᾳ, τοσαύτης ἐκ τῷ ἐναντίῳ λύπης καὶ κατηφείας ἐπέπλησθημεν, ἀκούσαντες, μεταθῶσθαι σε πάλιν καὶ τὰναντία φρονεῖν τε καὶ λέγειν, καὶ τοῖς κακοῖς οἰκονομοῖς συντρέχειν ἐπὶ τὰς μεσότητας καὶ οἰκονομίας. Quantum voluptatis et laetitiae nobis attulisti, cum rectam fidem, et piam patriamque sententiam amplexatus es, et condemnatae ab iniustis iudicibus, veritatis patrocinium suscepisti; tantum e contrario moerore et tristitia repleti sumus, cum ad aures nostras pervenit, te rursus alterata facie pugnantia tenere loquique, et cum pessimis oeconomis una confluere ad procuranda media unionis et dispositionis. Ita vertit Allatius; melius dixisset, ad media quaedam et temperamenta: id enim, ut ex actis constat, satagebant imperator et patriarcha, Bessarion, Isidorus et alii, quorum in numero tunc erat Georgius Scholarius, ut salva doctrina, integraque disciplina, quas a maioribus acceperant, concordia cum latinis coalesceret. *Fabr.* In bibl. Bodlei. in cod. *Land.* LXXVIII.

f) Conf. infra, vol. XI. pag. 679. sq. ed. vet. de Synodo Florentina, et p. 677. sqq. de synodo Ferrariensi. Add. Baumgarten. Nachrichten von merkwürd. Büchern, tom. VI. p. 425. sqq. et pag. 451. de quibusdam Gennadii scriptis, in

tomo II. edit. promulgatis, et quae infra de oratt. ad §. 2. et 76. de scriptis Gennadii adscripta sunt. *Harl.*

gg) Allatius in Creyghtonum p. 88.

LXXVIII. nr. 8-13. et 22. sunt *Marci Eugenii*, Ephesii metropolitae, relatio de synodo Florentina; eiusd. epistola ad Georgium quemdam presbyterum, in Methonem missa; eiusdem epistola ad Scholarium; eiusd. apologia seu confessio extemporaria, sub mortem facta; Scholarii responsum, et Marci Eugenii syllogismi contra Latinos. de processione Spiritus S. cum apologia s. responsione Gennadii Scholarii: adde codd. infra ad §. 3. de Gennadii scriptis nominatos, et ab *Oudino* l. c. p. 2481. sq. excitatos, ut alios in praesenti omittam. *Harl.*

25. Quod vero synodum Florentinam designet Ephesius, probant subsequencia epistolae verba. Ἀλλ' ἐρεῖς ἴσως ὡς ἐκ ἐπὶ τὰναντία γέγονεν ἡ μετάθεσις, μεσότητά δὲ τινα καὶ οἰκονομίαν περισκοποῦμεν. οὐδέποτε διὰ μεσότητος, ἀνδρῶπε, τὰ ἐκκλησιαστικά διορθώδη. μέσον ἀληθείας καὶ ψεύδους ἔδεν εἶναι. *Forſan aſſeres non in contraria mutationem factam, medium vero quoddam et temperamentum inueſtigamus. Nuſquam, mi homo, eiꝰ- modi mediis res eccleſiaſticae in melius reſormatae ſunt: medium inter veritatem et mendacium nullum eſt.* Citat verba Gregorii theologi de ſynodis Arianorum, quas Caiphae concilium vocabat, vbi Chriſtus condemnatus eſſet, mox addit; Ἀρ' εἰ προσηκεῖ ταῦτα τῇ νῦν ἡμετέρᾳ ſυνόδῳ; καὶ πάνυ μὲν οὖν φαίνεται ἄν' ἔγωγε. Et infra: Καὶ ἴσον ἀράχνης ὑφαίνεσι, καὶ ὁ- τως ἴσος ἀράχνης ὁ παρ' αὐτῶν ſυντεθεὶς καὶ ὀνομαſθεὶς ὄρεσ. *Nonne haec conueniunt huic nunc congregatae noſtrae ſynodo, et omnino ſane mea quidem ſententia.* . . . Telam aranea- rum texunt; vere enim araneae tela eſt, compoſita et ab ipſis nominata definitio. Hortatur, fugere Sodomam et Gomorrhā: reprehendit, quod dignitatis et diuitiarum amor, et alia munda- na commoda eum peruerterint, iubet cogitare, quam cito finem acceptura ſint, et iudicium ſubeundum. Ὡς περ ἡ ψευδώνυμος ſύνδοδος ἀπατήſεται τὸ αἷμα τῶν ἀπολυμέ- νων ψυχῶν, τῶν ſκανδαλιſθέντων ἐπὶ τῷ μυſτηρίῳ τῆς πίſτεως, τῶν τὴν ἀφόρητον βλαſ- φημίαν καὶ ἀσυγχώρητον ταῖς ψυχαῖς ὑποδεχάμενων τὴν κατὰ τὴν ἁγίῃ Πνεύματος, καὶ εἰς δύο τελμώντων ἀρχὰς ἀναφέρειν τὴν αὐτὴν ὑπαρξιν, τῶν ὑπαχθέντων τοῖς ἀθέτοις καὶ [P] λατινικοῖς Ἱερεſιν. *Vt etiam pſeudofynodus rationem reddere cogetur ſanguinis pe- reuntium animarum, eorum, qui ſcandalizati fuerunt in myſterio fidei, qui intolerabilem blaſ- phemiam et irremiſſibilem contra Spiritum ſanctum amplexi ſunt, quique audent ad duo princi- pia eius ſubſiſtentiam referre, qui illegitimis Latinorum ritibus abduci ſe paſſi ſunt.*

26. Hanc epistolam Florentiae scriptam oportuit statim atque Scholarius orationem illam exhibuisse, cuius in actis graecis mentio est, vel saltem paulo postquam Constantino- polin Graeci redierunt. Neque interest, quod vterque Ephesius et Scholarius Florentiae simul essent. Sed Ephesium verisimile est, quo plus haberet ponderis eius oratio, eam scripto comprehendisse. Sane tam perspicue synodum Florentinam designat, ut Allatius ipse, qui nodos eiusmodi saepius rescindere, quam explicare solet, aquam sibi haerere non diffiteatur, sed recurrit ad suum illum Scholarium siue Gennadium schismaticum, ad quem datam arbitratur, nulla ratione fultus, quam quod, si ad Scholarium, qui cum imperatore ad concilium venit, scripta sit, concidit tota duorum Gennadiorum fabula. At quum li- quido adpareat, non alium hoc loco designari, quam virum doctissimum, philosophum, in amplissima dignitate constitutum, qui ad concordiam reliquos hortatus fuerit, quod de suo Gennadio schismatico ne suspicatur quidem Allatius, haec in larvam illam cadere non

possunt, Gennadium nempe alterum, qui obscurus in cella, solo in Latinos odio commendatus, ante captam urbem diem suum obiisse dicitur.

27. Verum etsi Scholarius Florentinam unionem oratione laudauerit: non tamen eam subscriptione firmavit, quum laici non subscripserint. Atque ita nihil propemodum egisse sibi visus est, quasi oratoris potius more sententiam dixisset imperatori pericundam, Graecorumque addictis rebus commodissimam. Atque ita Constantinopolin reuersus, Marco Ephesio reconciliatus est, et a Latinis Henoticisque abalienatus, unde in Ioannis Palaeologi offensionem incurrit, quod habemus ex eius Apologetica ad Constantinum oratione, quae Allatio numquam visa est. Nulla tota intervallo temporis, quod inter Florentinae synodi finem, et Ioannis Palaeologi obitum intercessit, alterius Georgii, siue Gennadii mentio est; sed tantum huius nostri, qui coniunctissime cum eo vixit, qui suos ei pro Aristotele contra Gemistum libros dicauit, qui morienti adfuit, et, Deo teste, multis praesentibus [P] ecclesiae suae aduersus Latinos defensionem in se recepit, quique tot libros edidit, quibus unio Florentiae facta conuelleretur, qui graecos antislites adhuc laicus a coronando Constantino deterruit, et tandem in monasterium se recepit paullo ante captam urbem, Quae omnia ex sola ad Constantinum epistola tam perspicue demonstrantur, ut in obscurum alterum Gennadium cadere nequaquam possint, quem Florentiam iuisse, unioni fauisse, philosophum, iudicem primum, Notariae amicissimum, Italis doctis coniunctissimum, Marci Ephesii discipulum et pernecessarium fuisse, nemo unquam vilo idoneo testimonio probare potest, multo minus id, quod Allatius palmarium argumentum habet, Scholarium non nisi, postquam dignitatem abdicasset, monasticam vitam professum esse, *Fabr. Conf. Oudin. l. c. col. 2473. sqq. vbi quoque locum adducit ex Dufrenii du Cange Glossario ad scriptor. med. et inf. Graecitatis, tom. II. col. 1281. et locum ex epistola Marci Ephesii ad Georg. Scholar. in cod. regio MMMCXVIII. Harl.*

28. Quia vero illum in eadem semper, quam Florentiae significauerat, concordiae cum Latinis sancienda sententia fuisse existimavit, non mirum, si quem latino nomini infensissimum esse negare non poterat, alium fuisse existimavit. Alius nempe factus est, dum mutauit sententiam, tot graecorum antistitem exemplo, qui unioni subscripserant, quod Scholarius non fecerat. Quo vero circa Florentinam synodum animo fuerit, nemo iam coniecturis adsequi diuinando debet, sed eius orationibus credere. Praecipua est valedictoria ad Constantinum, in qua non aliam inimicis suis calumniandi causam fuisse testatur, quam quod inuolutioni per definitionem synodalem factae totis viribus obfisteret. Idem probant varia aduersus Latinos et Latinophronas scripta, disputationes cum Cortonae episcopo, et alia, quae vel supra designata sunt, vel in Notitia eius operum designabuntur: tum quae sub Isidori cardinalis aduentum, et in ipsa obsidione scripsit, tandem oratio codici magnae ecclesiae inserta, quum patriarchale munus deposuit. Priores enim demonstrant eum, qui iudicis primarii dignitate ornatus, Florentiam in imperatoris comitatu profectus est, ipsum esse, qui tantas contra Latinos et Florentinam unionem turbas excitauit: posteriores eundem patriarcham primum designatum, ex quo Constantinopolis in Turcarum potestatem

testatem venit, omnes inter se consentiunt, et lucem alterae alteris foenerantur, ut institutum illum nullo neque loco, neque tempore consilire patiantur.

29. Operae pretium est, ipsius Gennadii de se ipso scribentis verba referre, ex incerta epistola ad ciues suos ecclesiasticos et saeculares, scripta sex ante captam urbem mensibus. Postquam initio questus [P] est, peti se variis inimicorum calumniis, intentari minas, non alia, inquit, ratione, nisi quod nolumus separari a patria traditione, et simul cum ipsis impudentes contra Deum esse. Nisi desidero pacem ecclesiarum, et concordiam Christianorum omnium, sed veram, spiritualem, ecclesiasticam, iustam et salutarem, vita mea pace careat. . . De primo autem capite, nempe quod religionem adinebat, dico et testor, quod hanc ego sanctam matrem ecclesiam cum aliis tribus sanctissimis patriarchis habui semper et habeo tamquam veram matrem orthodoxorum Christianorum, in qua, sicut initio praedicationis evangelicae, iuxta domini praedictionem fidei probatio efficaciter perficitur, ex omnibus apostasiae incurfibus. Omnia etiam huius ecclesiae dogmata amplector tamquam diuina, verissima et salutaria, quorum unum est, quod Spiritus sanctus ex Deo et patre procedit suae subsistit, quemadmodum habetur in symbolo omnium generalium conciliorum. Neque enim ex patre et filio, ut Latinorum symbolum dicit, et Florentina synodus inauditis explicationibus exponit. Amplector factam contra Beccum Latinophronem sanctam et magnam synodum, et eam firmiter inter oecumenicas collocandam censeo, quia schismatici absentia oecumenicae synodo qualitatem non aufert. Eiusdem terribilem sententiam cum sententiis et anathematismis trementer suscipio, tamquam sacram et diuinam sententiam, quae de Latinorum dogmatibus, et de papae commemoratione conuenientia decreta statuerit. Persisto in ea promissione, qua me obstrinxi beato Ephesino episcopo, quum ad Deum migraturus esset, coram Deo, angelis et hominibus, et disputationibus, quas habui aduersus episcopum Cortonas, ad demonstrationem veritatis, quam profitemur, ut etiam diuersis operibus, quae pro patria fide diuino munere publicauimus: confessione quoque fidei meae, vel potius catholicae ecclesiae, quam ante biennium accurate elaboratam euulgauimus: subscriptionibus etiam, quas cum ecclesiasticis viris, eadem nobiscum sentientibus, scripta firmauimus legati tempore, et deinde post legationem domini Bryennii, cuius particeps nullo modo fui, quum nusquam papae commemorationem suscipere statuissemus, quamdiu circa praecipua fidei dogmata diuisi et discordes essemus ab eo, sequuti praedictae synodi definitionem, patrum nostrorum magistrorumque omnium.

30. Idem in epistola ad Syluestrum magnum ecclesiarcham, et ad Agillianum Charophylacem, reliquosque ecclesiasticos scripta, quum liturgia publice celebraretur, post renouatam unionem cum Isidoro cardinale Russiae, legato apostolico, postquam exconsuluit se, quod vocatus ire ad synodum renuisset: *Ad quid porro haec synaxis habita est? Nempe quia, ex quo unio per populum facta est, (Vah! nam diuisio est a Deo.) ecclesiasticorum consensum obtinere gestiunt. Relinquit me horum inexpertum: meam [P] enim de hoc negotio sententiam miles dominus noster imperator, et eius consiliarii, et vos omnes perspexistis. Ante hos siquidem dies misi ad eum per venerabilem monachum et sacerdotem D. Ignatium capitula duodecim de hoc argumento, quas et ipsi vidistis. Ego vero aliud quid ab eo, quod nunc dico, nunquam dicam, quandoquidem Florentinam illam synodum eo loco habeo, quae apud Deum est, et veritas docet, Christianique omnes legitimi ecclesiae orientalis filii, iuxta sanctorum patrum sententiam*

tentiam et conscientiam suam sentiunt; et ut clarius dicam, eam synodum talem existimo, qualis pseudooecumenica illa sub Constantio fuit, quae Consubstantialis, ut sibi videbatur, sustulerat. Quoniam item mea sententia est, quod, qui papae commemorationem facit, aut facienti communicat, etiam consilio aut adhortatione, talis apud me est, qualis is, quem damnauit sancta et magna synodus Constantinopoli congregata, quae Latinorum doctrinam examinauit, Beccumque tunc, et qui eadem cum illo sentiebant, deposuit. Neque existimo leue quiddam esse papae, aut alterius cuiusquam episcopi commemorationem. Sed spiritualis paria sentientium communio, et perfecta subordinatio erga legitimos pastores in commemoratione illa consistit. Synodi vero et sancti patres definiunt, ut, a quorum opinione abhorremus, eorundem communionem fugere non oporteat. Multa alia eiusmodi definiunt vobis haud ignota. Prae omnibus vero dominus dixit: Alienum non sequentur, sed fugient ab ipso, quia non norunt vocem alienorum. Absit quoque, ut ecclesiam meam, quae sancta est orthodoxorum mater, faciam haereticam, suscipiens papae commemorationem, quamdiu papa ea confitebitur et credet, quorum causa a nostra ecclesia non suscipitur. Si quis enim nunc confiteatur, eum recte dispensare verbum veritatis, fatetur is, maiores suos fuisse haereticos. Sententia igitur mea talis est, fuit et erit, eroque extra communionem papae et omnium, qui illi quocumque modo communicant, ut patres nostri, quorum pietatem imitari nos decet, quum nec sanctitatem nec sapientiam illorum habeamus. Haec sane oratio non est latini hominis, aut eius, qui in Romanorum sententiam transierit. Est autem eius, qui in aula vixerat, qui Florentiam profectus erat, quique patriarcha post captam urbem statim creatus est; quod non sola probat codicum MSS. fides, sed vel una epistola ad omnes fideles valedictoria, quum dignitatem deponeret, abunde confirmat.

31. Porro quaecumque de duobus Gennadiis siue Scholariis a Caryophylo aut Alatio disputata sunt, praeter ea, quae carptim delibauimus, non tanti videntur esse, ut ad singulare examen reuocanda sint. Id enim non nisi prolixa et taediosa commentatione potest absolui, sed absque vilo operae pretio. Nam cui semel perfecta fuerit brevis, [P] quam ex certis monumentis delineauimus, historiae Gennadianae synopsis, is statim intelliget, in quibus et quoties hallucinatus fuerit vir doctissimus. Mirari vero satis non possumus, eum, quum primum in opere *de perpetuo consensu* ^{hh}), edito anno 1644. contentiosum hunc de duobus Gennadiis funem ducere coepisset, deinde paullo post dissertationi de Georgiis ⁱⁱ) totam suam verbotenus disputationem inseruisset, post annos triginta non secundis aut tertiis vel tricesimis curis meliorem factam in opere contra Creyghtonum ^{kk}) re-coctam, iterum dedisse, ita ut verba ipsa, iocos, sales religiosissime, ne mutato quidem apice, seruauerit. Qui itaque vnam harum dissertationum nouit, ambas alteras nouerit.

32. Fefellit virum doctissimum Caryophyli ^{ll}) iudicium de duobus Gennadiis; quae opinio, quum ad adserendum catholicae ecclesiae Gennadium commodissima videretur, eam, quo se duceret, non satis praeuidens, sequutus est non alio fine, quam ne periret auctoritas

hh) Lib. 3. c. 5. seq.

ii) Infra p. 760. seq.

kk) P. 94. seq.

ll) Praef. ad Gennadii apologiam pro V. capitibus concilii Florentini, Rom. 1628. 4.

floritas apologeticarum pro Florentina synodo orationum, quae tanti non erat, ut totam idcirco ecclesiasticae historiae recentioris seriem conturbari necesse foret. Caryophylus duplicem Gennadium cur primus somniaret, ratio nulla erat, nisi quod ex collectore Bibliothecae patrum Margarino Bigneo didicerat, quo nemo fortassis in ferenda de veterum scriptis sententia infeliciores fuit, ex Bellarmino et aliis, quorum critice in exscribendis aliorum commentariis tota constabat.

Gennadii, sive Georgii Scholarii, operum Notitia.

QVAECVMQVE a Gennadio scripta ad nos peruenierunt, aut ante patriarchatum scripsit, aut in ipso patriarchatu, aut deposita dignitate, quum priuatus in monasterium S. Ioannis baptistae prope Serras ad Menoeceum montem se recepisset. Hunc ordinem eius operum, qui vitae seriem sequitur, quidam MSS. codices repraesentant, qui tamen id habet incommodi, quod de multis non ita liquet, ut, quando scripta sint, certo habere possimus, quo in genere sunt homiliae complures et minutiora quaedam opuscula. Sed tamen hunc ordinem, quia commodior est, sequemur. *Fabr.* In *Montfauconii* Bibl. biblioth. MSS. quidam codd. memorantur, qui *Varia* Gennadii tantummodo continere dicuntur, omissa singulorum mentione: ex gr. p. 1308. *A.* in bibl. card. *Mazarini* ita notatur: *Gennadii Scholarii cod.* CXV. nr. 18. *cod.* CXVI. nr. 3. *Gennadii, cod.* IV. — pag. 1326. *C.* in catal. des MSSs de M. — de Mefme, *Georgius Scholarius graec.* in 4. — pag. 1397. *D.* in cat. bibl. Taurin. *Gennadii C. P. episcopi opuscula.* — In cat. MSS. gr. Bauar. p. 17. *cod.* LII. *Georgii Schol. Protosyngei et aliorum scripta pro Latinis.* — In *Montfauconii* Bibl. biblioth. MSS. pag. 737. *B.* citantur codd. reg. Paris. MMCMLVI-MMCMLXI, *Georgii Scholarii contra Latinos et Gennadii opera.* ibid. p. 777. nr. 32. in ead. bibl. Par. *Georgii Scholarii opp.* multa, ubi quaedam contra Latinos. *Harl.*

1. Georgius Scholarius, adhuc laicus, circa Florentini concilii tempora scripsit *epistolas*, ut videtur bene multas, quarum selectae quaedam [P] supersunt in cod. regio MMCMLV. hoc titulo: ἐν τῶν ἐπιστολῶν Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου τῆς ὕστερον Γενναδίου. *Ex epistolis Georgii Scholarii, qui Gennadius postmodum fuit.* 1. Nemini inscripta. 2. Imperatoris fratri. 3. Magno chartophylaci. 4. Marco Lipomano, Florentia Venetias missa, 5. Ambrosio Camaldulensi. 6. Magno duci: ibidem quoque scripta, ut videtur, non ex Graecia, ut suspicatus est Allatius ^{mm}, qui illius meminit. Exstat quoque in cod. Colbertino MMMMCMLVIII. 7. Anonymo de priuatis negotiis. 8. Philolpho Mediolanum Constantinopoli scripta, ut existimo, et ante professionem italicam, aut post reditum; nam in ea dolet eripi sibi per strepitum iudiciorum, occasiones ad amicos scribendi. 9. Principi, Πριγκίπι, siue is sit Theodorus despota, siue Constantinus, qui postea imperator ultimus fuit. 10. Imperatori Constantino, quam scripsit iam monachus, gratias agens de munusculis missis. 11. Paisio Cretae, ut coniicimus, archiepiscopo, cui perpetuos pro Christo labore

^{mm}) *De consensu* p. 692.

Vol. XI.

labores et liberationem ex carcere gratulatur. 12. Lemnum de turbis Constantinopolitanis. 13. Imperatori Trapezuntis de missa ad Italos legatione ⁿⁿ). 14. Nomophylaci in Peloponnesum. 15. Marco Ephesino, praefixa opusculo aduersus Gemistum Plethonem pro Aristotelis defensione. 16. Absque titulo, de priuatis negotiis. Has epistolas omnes repraesentat codex MS. bibliothecae regiae, selectas, ut videtur ex aliis pluribus, quasi digniores, quae in codicem referrentur. In Colbertino adiunctae sunt veterum aliquot epistolis, unde stili potius gratia, quam ad historiam illustrandam videntur collectae, ut etiam paucae aliquot Lucae Notariae magni, ducis, Theodori Despotae, et quorundam aliorum imperii Constantinopolitani procerum. *Fabr.* Secundum cat. MSS. regg. bibl. *Paris.* tom. II. exstant in cod. MCCLXXXIX. nr. 1. *Georgii Schol. epp. variae* ad varios; ad imperatorem nempe, Marcum Eugenicum, Philelphum et alios complures; (conf. infra p. 511. vet. ed.) — in cod. MCCXCII. in quo sunt eiusd. 25. scripta varii generis, reperitur nr. 25. eius epistola ad Theophanem, vbi de anima rationali differitur; in cod. MCCXCV. nr. 1. epistola ad monachos Sinaitas; nr. 2. ad Ioachimum monachum epistola; in cod. MCCXCVII. nr. 1. ep. inedita ad magnum ducem, in qua in Latinos acerbius inuehitur; (v. supra §. 5. vitae Gennadii:) in cod. MDCCLX. nr. 15. *Mesazontis*, imperatoris generi, ad Theodorum Canptenum et Georgium Schol. qui cum imperatore Florentiae versabantur, epistolae; item *Scholaris* responsa: quae epistolae nondum prodierunt, in cod. MMCXXXV. nr. 3. *Gennadii*, adhuc laici, epistola ad metropolitam Ephesinum; in cod. MMDLI. nr. 5. epistolae ad Amaram de fide; in cod. olim Colbertino MMMXLIII. nr. 9. epistola ad imperatorem, de iis, quae Florentiae agebantur. — *Epistola encyclica Gennadii et synodi* cum eo congregatae ad omnes metropolitans, *Taurini* in cod. reg. CV. cui subiiciuntur eorum omnium, qui subscripserunt, nomina, numero LXXXI. (vt ap. Leunclau. tom. I. Iuris gr. rom. libr. III. p. 189.) v. cat. eodd. gr. Taur. p. 197. (vbi confector cat. „Hanc eandem, ait, epistolam habet *Beuerigius* in Pandectis canonum tom. II. p. 181. sed partem eius, a verbis *καὶ διὰ καὶ λῆαν εὐσεβῆ τῷ κανόνος τῶν ἀγίων* etc. tamquam Theodori Balsamonis scholion proponit, quod et in collectione canonum, Paris. 1620. cum Balsamonis commentariis factitatum est. At perperam profecto: omnia enim ad ipsam epistolam spectant, ut clarissime colligimus ex nostro cod. [quocum consentit *Bauar.* mox citandus,] et opinatus est etiam Leunclauius.“ (Ita quoque iam iudicat *Fabric.* infra in vol. XI. p. 56. sq. ed. vet.) — Ibid. in cod. CLXXIX. fol. 74. epist. (de qua v. supra, §. 18.) et fol. 81. epist. ad principem *Manuelem Raoul*, inc. *Θέλεις μὴ φοβεῖσθαι τὴν ἐξουσίαν* et oratio ad deum patrem: inc. *Θεὲ ὑπεράγιε, δημιουργὲ θεανῶ καὶ γῆς* etc. — ib. in cod. CLXXXVI. epist. ad graecos patres in concilio Florentino congregatos *de pace deque ferendo patriae auxilio*. v. cat. cit. pag. 267. et 272. Eadem in cod. *Bauar.* XXII. v. *Hardt.* l. c. a. 1803. in *Aretini* Beytr. p. 14. part. I. — *Epistola encyclica, Florent.* in cod. *Laurent.* XL. nr. 51. plut. 5. et cod. VIII. nr. 36. fin. plut. 9. in cod. I. plut. 10. et cod. X. plut. 10. v. *Bandini* cat. eodd. gr. Laur. I. pag. 75. et 400. it. p. 468. nr. 12. et 478. 5. Eadem ib. in cod. plut. 10. sub fin. sec. *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 264. C. sed *Bandini* l. c. pag. 467. sqq. de eod. cod. non memorat illam. — Eadem

ⁿⁿ) *Mosquae* in cod. synod. CCCXCV. nr. 2. v. *Matthaei* Not. eodd. gr. Mosquens. pag. 253. *Harl.*

Eadem in monasterio S. Trinitatis proxime CPolin etc. teste *Montfauc.* l. cit. pag. 1331. *B.* — cum subscriptionibus in cod. *Coislin.* XXXV. et CCIX. v. *Montfauc.* cat. bibl. Coislin. p. 102. et 268. Eadem *Vindob.* in cod. caes. XLIV. nr. 35. vna cum 81. subscriptionibus, quas *Lambec.* comm. vol. VIII. p. 888. sqq. inprimis p. 891. reddidit, et citauit *Theod. Balsamonis* syntagma canonum pag. 1084. sqq. et edit. concilior. Paris. Labbaean. tom. IV. col. 1025. sqq. atque discrimen cod. notat: Kollarius vero in nota subiecta laudauit Leunclau. iam supra citatum, *Baluzii* coll. concil. ac *Mansi* ed. concilior. tom. VII. p. 915. qui etiam variant: — eadem ibid. in cod. XLV. nr. 30. vbi tamen subscriptiones synodicae defunt. v. *Lambec.* l. c. p. 915. — Excerpta ex ista sunt ibid. in cod. XVIII. nr. 4. v. *Lambec.* VI. part. I. pag. 130. — *Ep. encycl.* ibid. in cod. XLV. nr. 16. in quo sunt subscriptiones quatuor solummodo episcoporum. subiectae. v. *Kollar.* supplem. ad *Lambec.* I. pag. 321. — Eadem ep. *Monac.* in cod. *Bauar.* LXVIII. in quo sunt non nisi 78. subscripti. v. cl. *Hardt.* in *Aretini* Beyträgen etc. a. 1804. part. 4. pag. 13. sq. — Eadem in codd. *Barocc.* XXVI. et CLXXXV. — in cod. *Io. Mori* XII. nr. 46. f. nr. 9198. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. pag. 362. et *Dublino*, in coll. S. Trinitat. cod. CXXXVII. nr. 3. siue catal. codd. Angliae etc. vol. II. part. 2. nr. 277. e MS. *Barocc.* — in cod. bibl. *Escorial.* cum pluribus aliis Gennadii opusc. v. *Plüer.* itinerar. per Hispan. pag. 169. — *Mosquae* in cod. synod. CCCXCV. nr. 2. epist. ad regem Trapezunt. et nr. 5. ad imp. Ioannem Basilicum de dicto quodam Theodori Grapti. v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 253. — Eadem, itemque de iis, quae *Acindyssae de Spiritu sophistici disputant*: Georgius Scholarius vero dicitur διδάσκαλος etc. *Magister sacrae theologiae* in cod. *Coislin.* CI. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. pag. 177. — Ad Gennadium sunt aliquot *Theodori Studitae* epistolae in codd. *Coislin.* v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 146. 148. 149. 316. 318. 320. — Conf. Sagittarianae introductionis in histor. eccles. tom. II. curante *Io. Andr. Schmidio*, pag. 747. et 748. sq. ac *Io. Fabric.* in hist. bibl. *Fabric.* part. 2. pag. 337. et supra, vol. IX. p. 61. inter Basilii epistolas. *Harl.*

2. Florentiae scripsit orationes, quae cum actis concilii circumferuntur, si tamen illius sunt; potuit sane eas scribere, vt ex actis liquet: nam ad eorum sententiam, qui vniorem cum Latinis suaderent, accessisse Georgium Scholarium verisimile est, imo certum, nisi quis acta falsitatis accuset, quod certis argumentis probare difficile est. Confirmat actorum fidem epistola Marci Ephesini ex cod. Florentino et quae exstat in regio MMCMLIII. producta ab Allatio **), qua in Scholarium inuehitur, quod aliquam cum Latinis concordiam fieri posse existimasset. Verum non pauca in has orationes irrepsisse fatendum est, quae adnotare prolixioris esset operae. Editae sunt et Romae cum concilio Florentino in fol. graeco-latine, Io. Matthaeo Caryophylo interprete, et in 4. tum in [P] editione romana conciliorum an. 1612. tom. IV. Existare ait Allatus in codd. MSS. Scoriacensi, Bauaricis duobus, Altempfiano, et Ant. Augustini. Habentur quoque in codd. regijs, et in **)

A a a 2

caesarea

oo) Supra S. 23. et 24. in h. capite.

pp) V. *Lambecium* l. 8. p. 505. et seq. *Fabr.* 8. pag. 1055. sq. ed. *Kollar.* nr. 4. cod. caes. LXI.

Lambec. prouocat ad edit. concil. Paris. Labbaean. tom. XIII. col. 563. sqq. Eadem tres oratt. cum epistola Georgii Scholarii ad graecos patres concilii Florentini, ib. in cod. LXII. post acta concilii

caesarea bibliotheca n. 61. inter graecos historicos. *Fabr.* Conf. infra, vol. XI. p. 679. ed. vet. et *Oudin.* l. c. p. 2473. sq. vbi iudicia *Rinetti*, qui in *Critici sacri* libr. IV. c. 19. illas quatuor oratt. a maleferiato quodam Latino confictas et Gennadii nomini suppositas esse contendit, *Roberti Creightoni*, in praef. ad historiam Sguropuli idem sentientis aliorumque late adtulit, et pag. 2482. sq. vbi iterum fuseque disputat de auctore et mala fide illarum oratt. *Harl.*

3. *Apologia* pro quinque capitibus concilii Florentini serius scripta, edita est Romae 1577. in fol. cum eodem concilio graece: et latine, Fabio Beneuolentio interprete, in 4. 1579. et graece-barbare versa a Io. Matthaeo Caryophylo, 1628. 4. et latine aliquoties in bibliotheca patrum: tom. XXVI. ed. Lugd. 1562. p. 560. et cum aliis opuse. Dilingae 1581. 8. Eam Caryophylus Gennadio abiudicat, quem refellit Allatius. Illorum rationes ad examen reuocare prorsus inutile videtur. Nam, quum ex iis, quae a nobis de Gennadio dicta sunt, constet, eum statim atque Constantinopolin reuersus est, Marco Ephesino reconciliatum, operam omnem in peruertenda vnione contulisse: frustra quaereretur, quo tempore hanc apologiam edidit, quae non nisi post cladem vrbis, atque adeo in patriarchatu scripta censetur, ab iis, qui illam Gennadio adtribuunt: numquam enim resumptum semel in Latinos odium deposuit, imo perpetuis accusationibus in eos inuectus est, et in ea sententia ad finem vsque vitae perseueravit. Si ergo illius opus haec apologia censenda est, scriptam fuisse oportuit aut Florentiae, aut statim post reditum. Sed si quis ita statuatur, eandem interpolatam fuisse fateatur necesse est, adfuta de calamitatibus Constantinopolitanis satis longa lacinia. *Fabr.* Conf. infra, vol. XI. pag. 683. ed. vet. et supra, in hoc vol. et cap. §. 23. sq. atque *Allat.* infra in h. vol. p. 775. et 779. ed. vet. et *Oudin.* l. c. col. 2483. sq. qui addit, istud opus prodiisse Dilingae lat. 1581. 8. gr. Romae, 1577. et lingua graecor. vulgari cum vers. lat. Romae 1628. 4. — *Mosquae* in cod. synod. CCCLII. nr. 5. *Marci Ephesini*, Eugen. epistola, cum *apologia Gregorii hieromonachi*, sic exaratum a *Matthaeo* in Notit. codd. gr. Mosq. p. 228. sq. forsan errore typothetae; nam in indice p. 341. adtribuitur *Georgio Scholario*, sed *Gregorius Mammas* quoque scripsisse dicitur apologiam aduersus *Marci Ephesini* confessionem; v. infra §. III. huius cap. sect. 3. p. 382. ed. vet. Atque in cod. Mosquensi synod. CCCXCIV. nr. 1. sunt *Marci Eugenici* capp. syllogistica adu. Latinos cum responsione *Georgii Scholarii*; nr. 2. eiusd. *Marci* epistola ad Scholarium; nr. 3. 4. 6. 7. 8. 12. 15. 20. quaedam eiusdem scripta, ac nr. 9. *Gregorii* patriarchae CPol. apologia contra Ephesii confessionem. — *Florentiae* in cod. Laurent. XIV. plut. 10. nr. 14. *Marci Eugenici* capp. syllogistica

concilii Ferrariens. et Florent. v. *Lambec.* l. c. p. 1060. sq. — *Augustas Vindel.* in cod. *Gennadii homiliae de orthodoxa fide.* v. *Reiseri* indic. MSS. bibl. Auguſt. p. 85. — *Monaci* in cod. Bauar. XI. III. quatuor oratt. ad synod. Florentin. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beytr̃g. a. 1803. part. 5. p. 38. sq. — *Ibid.* in cod. XXII. eadem post acta concilii etc. v. *Hardt.* l. c. part. 3. pag. 13. sq. — Eadem, in codd. CDXXII. et post acta concil. CDXXIII. bibl. publ. *Paris.* — Epistola

et tres oratt. post acta concilii Florent. *Taurini.* in cod. regio CLXXXVI. cat. codd. gr. Taur. p. 272. — Plures aliae oratt. in cod. *Escorial.* v. *Pluer.* Itiner. per Hisp. pag. 169. — Oratt. in concilio Florent. *Romae* in cod. Otobon. — et in cod. bibl. *Sfortianae.* v. *Montfauc.* Bibl. bibliothecar. MSS. p. 183. B. et 703. E. et pag. 707. B. C. de aliis scriptis huc pertinentibus. Conf. *Oudin.* l. c. p. 2481. sqq. 2487. 2490. sqq. *Harl.*

logistica aduersus Latinos, et responsio *Georgii Scholarii*, et a capite XVIII. Bessarionis continuatio post mortem Georgii, vti copiose docet *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. tom. I. p. 484. — Eadem in cod. Bavar. CXV. sec. catal. codd. gr. Bau. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. *Barocc.* XXXVI. — in cod. *Bodlei.* XCIV. nr. 8. siue num. 2877. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. et ib. pag. 268. nr. 14. *Marci Eugenici* confessio fidei etc. et nr. 15. *Scholarii responsio*, in Aduersariis Ger. Langbaeni. — *Taurini* in bibl. reg. *Scholarii apologia*, sec. *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. pag. 1401. C. add. supra ad sect. I. et 2. et infra ad §. III. 3. *Harl.*

4. Orationes hae exstant, *εἰς τὴν ἀγίαν τῆ Κυρὸς ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Μεταμόρφωσιν.* In *Iesu Christi domini nostri transfigurationem.* Scripta, vt habetur in cod. regio MMCMLV. quum adhuc saecularis esset, sub Ioanne imperatore, reperta Thessalonicae post captam Constantinopolin. *Fabr.* V. ad sect. 2. paullo ante adscripta. Haec orat. MS. in cod. *Barocc.* XCII. *Harl.*

5. In Festo τῶν εἰσοδίων προσφωνητικός. Lecta haec oratio in monasterio Periblepti primum, praesente Constantino imperatore. *Fabr.* *Mosquae* in cod. synod. CCLXXIX. nr. 2. oratio *εἰς τὴν ἐσπερὴν τῶν εἰσοδίων τῆς Θεότητος* inc. τὸ μὲν ἐχλᾶδες τῶν ἀνθρώπων v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. pag. 179. — *Parisi* in quatuor codd. oratt. de Sctorum festis diebus: n. in cod. MCXCI. nr. 1. homilia in festum praesentationis, nondum edita; — in cod. MCCLXXXVIII. exstant plura Gennadii opusc. in his: nr. 3. homilia in domini transfigurationem, lecta in palatio coram Ioanne imp. quum Georgius saeculo nondum valedixisset; Thessalonicae autem post expugnatam CPolin reperta dicitur, — nr. 25. homilia in illud apostoli; *Exinaniuit seipsum* etc. nr. 27. hom. in decollationem Ioannis baptistae; nr. 29. in natiuitatem I. C. nr. 30. de transitu deiparae; nr. 31. oratio contra Automatas, deum vnum esse conditorem vniuersi, in trinitate hypostaseon: praeterea insunt Scholarii nr. 24. de praedestinatione, tractatus quartus, ad magnum domesticum Theodor. Agallianum; nr. 26. apologia de silentio a se seruato; nr. 28. Hymni, nr. 32. interrogationes et responsiones de diuinitate Christi; nr. 33. solutio nonnullarum difficultatum, quae in euangeliiis occurrunt. — In cod. MCCXCII. sunt Gennadii opuscula 25. varii argumenti, et cod. MCCXCIV. opusc. 14. diuersi generis, quorum singulorum argumenta recensere, non vacat: v. catal. MSS. regior. Paris. II. p. 277. et 278. *Harl.*

7. Alia absque titulo, *πάλα μὲν Ἰσδαίοι*, in eodem codice.

7. In commemoratione decollationis S. Ioannis baptistae. Oratio extat in eodem cod. in nostro, sub titulo Gennadii monachi. Incipit: Ὁ μὲν μακάριος Ἰωάννης τοῦ Βαπτισῆς. Omittitur ab Allatio.

8. Alia, *εἰς τὴν μετὰ σάρκα γέννησιν τῆ Κυρὸς ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.* In *Natiuitatem domini nostri Iesu Christi secundum carnem.* Gennadii monachi in eodem cod. et in nostro, incipit: Οἱ λαμπρότατοι τῆς ἐκκλησίας [Γ] Φωστῆρες. Scripta est autem in monasterio S. Ioannis

Δ α α 3

Ioannis baptistae. Exstat in codd. regis MMCMLV. et MMCMLIX. et in nostro: eius non meminit Allatius.

9. Alia de transitu b. Mariae Virginis, ἐπὶ τῇ μεταστάσει τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Exstat in eodem regio codice, et in MMCMLIX. Ex eius titulo colligitur, scriptam fuisse in monasterio Pammacaristae, nempe Constantinopoli, lectam in festo dormitionis b. Mariae, in tertio, inquit, nostro ad urbem violento reditu, Indiēt. 12. añ. 72. hoc est, anno mundi secundum graecos 6972: cui respondet Indiētio 12. I. C. 1464. Atque ita falluntur, qui annum 1460. supremum Gennadio fuisse nullo fundamento adfirmant. Videntur autem verbi ista manu ipsius Gennadii scripta; incipit: Ἡ μὲν τῷ ἔττει ἀρχὴ, habetur quoque in nostro cod. Fabr. Haec et superior orat. cum multis aliis Gennadii scriptis Paris. in bibl. publ. cod. MCCXCIV. — In cod. Th. Gale XXXV. siue nr. 5869. cat. MSS. Angliae, vol. II. homilia in adiunctionem b. Virginis. Harl.

10. Alia, de secundo aduentu domini nostri, et de resurrectione corporum. Περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ περὶ τῆς τῶν σωμάτων ἀναστάσεως. Exstat in cod. reg.

11. Alia, ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ τελῶνῃ καὶ Φαρισαίου. De parabola publicani et Pharisei, cuius initium est: τὸν τῆς ὑψηλῆς καὶ κρημνῶν. Exstat in cod. reg. MMCMLVIII. et in nostro, neque hanc vidit Allatius. Fabr. Paris. in cod. MCCXCII. nr. 20. et nr. 6. ac 21. de parabola talentorum in euangelio et multa alia opuscula Gennadii. Harl.

12. Alia, ἐπὶ τῇ παραβολῇ τοῦ ἀσώτου, καὶ περὶ μετανοίας. De Parabola prodigi, et de poenitentia. Incipit: Ὁ τῶν Φαρισαίων καὶ Γραμματέων γογγυσμός. In eodem cod. reg. et nostro: non meminit Allatius. Fabr. Romae inter codd. bibl. reginae Sueciae Gennadii, monachi scholastici, homil. super parabolam coenae, et de decem leprosis. v. Montfaucon. Bibl. biblioth. MSS. p. 33. D. nr. 904. Harl.

13. Alia hoc titulo: τῷ μακαριωτάτῃ καὶ αἰοδιμῷ πατριάρχῃ Κυρίῳ Γενναδίῳ ὁμιλία ἐξηθεῖσα τῇ ἀγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ ἐν τῷ παλατίῳ, ἔτι ἐν τῷ τῶν κοσμικῶν σχήματι τυγχάνοντες. Beatissimi et venerandi patriarchae domini Gennadii homilia dicta in sancta et magna parastoe in palatio, quum adhuc saecularium habitu esset, Exstat in eodem cod. MMCMLVIII.

14. Alia sub titulo: Θεωρία περὶ τῶν ἐν τῇ εὐαγγελικῇ παραβολῇ ταλάντων. De parabola talentorum in euangelio consideratio. Huius initium: Ὅτα πέντε τάλαντα πεπιστευμέναι. In cod. cod. [i. cod. MCCXCII. cit. secundum catalog. MSS. Par.]

15. Homilia de corpore et sanguine domini, quam hucusque in solo nostro codice *) reperi-

qq) Ex codice monasterii Brundusini edidit Renaudotus p. 1-35. latinamque versionem addidit. Paris. 1709. 4. Fabr. Genuinum esse Gen-

nadii foetum, negat Th. Smith. in Miscellan. vol. II. pag. 48. conf. Gerium ad Cauei hist. litt. cit. p. 172. de hac et alijs orat. Gennadii. Harl.

reperimus hoc titulo praenotatam: Ἐκ [P] τῶν ὁμιλιῶν αἱ ὁμιλόμεναι ἐν τῷ δυσυχῇ παλατίῳ κατὰ παρασκευὴν ἐν τῇ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, εὐρημένων μετὰ τὴν ἄλωσιν. Ἐγράφητο δὲ μετὰ τὸ ἀγράφως ὁμιληθῆναι παρακλήσει Φίλων, αὐτὴ δὲ ὁμιλήθη ἐν τῇ παρασκευῇ τῇ Αὐζάρῃ. Ὁμιλία περὶ τῆς μυσηριαῶδους σώματος τῆς Κυρίῃς Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Ex homiliis, quae pronuntiatae fuerunt in infelici palatio, singulis sextis feriis in magna quadragesima inuentis post captam urbem. Scriptas autem fuerant, postquam viva voce fuissent pronuntiatae amicorum hortatu. Porro haec pronuntiata est in parascueus Lazari. Homilia de sacramentali corpore domini nostri Iesu Christi.*

16. Alia de eodem argumento breuior, scripta, vt videtur, Constantinopoli, postquam patriarcha renuntiatus esset, in qua alterius meminit. Eam in nullo codice reperimus, sed eam transtulimus ex opere Meletii Syrigi aduersus Cyrillum Lucarin, vbi refertur.

17. Multas praeter enumeratas a nobis homilias scripsisse Gennadium testatur ipse in epistola quadam, in qua de suis operibus ad amicum scribit: Ἐτι δὲ ὁμιλίαι αἱ σχεδιασθεῖσαι, ἵνα μετὰ τὰς ἀπὸ σώματος γενησομένους ὁμιλίας τῇ λαῷ ἀναγινώσκωνται αὐταῖς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις καὶ ἐκάστη κυριακὴν ἐκ διαδοχῆς μετὰ τὸ ἄριστον συναγομένων τῶν ἐνορίτων ἐν ἐκάστῃ ἐκκλησίᾳ, πᾶν ἀναγκαῖον χεδὸν περιέχουσαι. *Item homiliae compositae, vt post eas, quae viva voce pronuntiandae sunt homiliae, in ecclesiis populo praelegerentur per singulas dominicas successus post prandium, congregatis Enoritis, siue montis accolis in una quaque ecclesia, quidquid fere necessarium est continentes.*

18. Homiliis adiungi possunt: *Oratio contra simoniacam haeresim*, scripta biennio ante captam urbem ad Constantinum imp. κατὰ τῆς σιμωνιακῆς αἰρέσεως ἢ ἀπιστίας, initium: Τὰ ἐκ αἰθέων τέτων βαρβαρίων, in cod. reg. MMCMLV. et nostro. [v. supra, in vita Gennadii, sect. II. *Harl.*

19. Περὶ διαφορᾶς τῶν ευγγνωστῶν καὶ θανασίμων ἀμαρτημάτων. *De rr) differentia peccatorum venialium et mortalium.* Incip. Ὁ μὲν ἀκριβέστερος, in eodem regio codice.

20. Περὶ τῆς μὴ γίνεσθαι νῦν θαύματα ὡς πρότερον. *De eo, quod nulla nunc, vt olim, miracula fiant.* In cod. reg. MMCMLIX. [f. MCCXCIV. nr. 14. sec. cat. MSS. Par. tom. II.] initium: Ζητῶσι τινες. *Fabr.* Gennadii orat. ad populum, quum primum ingrederetur in templum apostolorum et alia scripta Georgii Scholarii in bibl. Escorial. vt iam vidimus, et conf. *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSS. p. 619. *D. E.* Aliae oratt. exstant in codd. iam supra laudatis. *Harl.*

Opera Gennadii theologica varia sunt, praeter ea, quae aduersus Latinos scripsit, de quibus agetur postremo loco.

21. Pri-

rr) MS. in bibl. caesarea Viennensi cod. theol. CCXCVI. *Lambec.* V. pag. 257. *Fabr.* Siue p. 543. *Kollar.* ur. 1. cod. CCXCVI. *Harl.*

21. Primum inter opera theologica locum tenet: *Expositio fidei christianae coram Turcarum imperatore Muhamede facta, et scripto comprehensa*. [P] Huius duplex editio est, altera proluxior, altera breuior. Primae titulus in nostro et regijs codd. talis est: Γενναδῆς μοναχῶ καὶ πατριαρχῆς τῶν τῆ Χριστοῦ πενήτων, περὶ τῆς μόνης ὁδοῦ πρὸς τὴν σωτηρίαν τῶν ἀνθρώπων. Ἐξεδόθη δὲ τῷ Σουλτάνῳ, αἰτήσαντι μετὰ τὰς ἐνώπιον αὐτοῦ διαλέξεις ἐν τῷ πατριαρχείῳ τότε γεγενημένης καὶ μετὰ τὸ αὐτὸ συντομώτερον ἐξεδόθη. Ἑρμηνεύθη δὲ ἀμφοτέρως ἀρβήσικῳς, καὶ ἔτιως ἐδόθησαν. *Gennadii monachi et patriarchae Christi pauperum de sola via ad salutem hominum. Datum vero est hoc opus Sultano petenti, post habitas coram eo disputationes in patriarchio, et deinde aliud breuius editum est: ambo autem arabice interpretata sunt, et ita publicata.* Arabice quum interpretatum aiunt, Turcice intellige; neque enim vllum arabicae versionis vestigium in codd. MSS. Exstat illud in plerisque codicibus. De eo Allatius p. 402. *) Breuius alterum opusculum idem est, quod edidit Turco-graeciae lib. II. *Martinus Crusius*, cum versione turcica, quae vt titulus habet, facta est ab Ahmeto Iudice Berhoeae, patre Mahmouti Chelebi, scribae imperatorii. Eiusdem exemplar simul cum turcica versione elegantissima manuscriptum, sed graecis literis, et fortassis idem, quod aut imperatori, aut primario alicui Turcae destinatum fuit, habetur in bibliotheca regia n. MMCMLXI. *Fabr. Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXCIV. nr. 3. est apologia, in epitomen contracta; tum DCCCLXXXVII. nr. 9. apologia ad Amurathem. etc. codd. CMXXXVIII. nr. 6. MXXXI. nr. 4. MCCXCIII. nr. 2. MCCXLIV. nr. 2. MCCXCVI. et MCCXCVIII. homilia s. opusc. de recta et inculcata Christianorum fide ad Mahammedem II. — *Florentiae* in bibl. Medic. Laurent. cod. XXXIV. plut. 7. nr. 1. *Gennadii liber brevis de aliquibus capitibus nostrae fidei, de quibus colloquium habitum est cum Amoera Machumeto* (μετὰ Ἀμοιρᾶ τῆ Μαχαμέτε,) et inscriptum fuit: *de via salutis hominum*: et nr. 2. eiusd. *de quibusdam capitibus nostrae fidei ad eundem liber secundus*. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 295. De alijs codd. v. quae paullo post ad hist. edit. adscripsi. *Harl.*

Editum quoque est anno 1656. fol. pag. 797. in *Haeresiologia*, translatus latine a *Gregorio Hermonymo Spartano*, Helmsstadii gr. lat. 1611. 4. in bibliotheca patrum tom. IV. pag. 950. De eo videnda quae scribit Possenninus apparatu sacro: quamquam falso suspicatur, a Graecis subtracta quaedam fuisse, quae ad processionem Spiritus sancti a patre et filio pertinerent. Id enim non ex collatione MSS. codicum, sed coniectando tantum colligit, quia Gennadium, qui ipsi catholicus videbatur, ea silentio praeteriisse non existimabat. Sed quam inanis haec coniectura sit, ex superius dictis manifestum est. *Fabr. Spartani* versio atque ed. *Libellus de quibusd. fidei articulis adu. Turcas*, *Via salutis hominum inscriptus, latine a Ge. Hier. Spartano*, prodiit Paris. 1533. 4. v. *Thesaurum bibliothecalem*, Noriberg. 1738. 4. tomo I. part. 1. p. 305. sq. vbi *Brassic.* editio praecipue *Lambach.* diff. (1. edit. Vienne 1730. 4. et 1737. 4.) recensentur. — Ex Spartani versione, curante Io. Polo de Albo castro, lat. editus est liber in *Haeresiologia Io. Heroldi*: sed interpolauit Herold. quem sequuti sunt editores bibliothecarum patrum. Prima autem editores *Brassicani* graecolatina est genuina, quae, inscripta est: Τῆς - - Γενναδῆς Σχολαρχῆς βιβλίον σύντομόν τε καὶ σαφές etc. — *Gennadii*

*) Infra p. 773.

Gennadii Schol. libellus compendarius et dilucidus de quibusdam fidei nostrae capp. de quibus dissertatio habetur cum Amurate Mashumeta. Inscriptur autem de via salutis humanae. Edidit Io. Alex. Brassicanus, Viennae Austr., Hier. Vietor. 1530. 8.^{ss}) Subsequitur in continenti et absque titulo *Homologia*, seu *Confessio fidei* eiusdem Gennadii. Illam editionem fuse ac diligenter recenset *Lambacher* in bibl. antiqua Vindob. ciuica, p. 202. sq. not. b. cum primis in subiecta diff. de eadem Brassicani editione: p. 6. sqq. refert Posseuini, Allatii, Frid. Spanhemii et Renaudotii, cui adcedit, diuersa de Gennadio iudicia; tum ostendit, principem illam edit. ab aliis edd. praesertim ea, quae habetur in bibl. patrum, (ed. Paris. 1644. et Lugdun. 1677.) mire differre, et quidem in iis ipsis, quae ab Allatio citantur. In §. XII. obseruat, illum ipsum dialogum cum quadam discrepantia circumferri etiam inter opera S. Anastasii, (scr. *Athanasii*) sub titulo: *viginti quaestiones ad Antiochum*, in ed. Commel. 1601. et deinceps, ac in nouiss. opp. ed. Paris. 1698. tom. II. p. 436. (conf. supra, ad vol. VIII. p. 86. not. mm. et p. 91. ac 92. ibique not. ww. et vol. IX. pag. 491. sq. ibique notas; vol. X. p. 597. praesertim ad vol. VIII. pag. 198. sqq.) In §. XIII. colligit docetque, illum dialogum non ita indubie Gennadio, patriarchae, adscribendum esse, et §. XIV. suspicatur, auctorem videri Graeco-schismaticum, aequique sequioris, forsan Ioannem, patriarcham Antiochenum, ad fia. saec. X. fatetur tamen, nihil esse in hac re definiendum. Add. quae scripsi in Introduct. II. 2. p. 312. sqq. et in Supplem. tom. II. pag. 258. sqq. vbi iam *Daumii* ed. gr. lat. cum *Hieronymi*, theologi graeci, dialogo de Trinitate, Cygneae 1677. 8. cum variis lectt. (de qua v. Act. erud. tom. II. Supplem. p. 531. et Io. Fabric. in hist. bibl. Fabric. tom. VI. pag. 446. sqq.) et alias memorauimus editt., versionem quoque slavicam, in opere slavico: *Buckwar*, Mosquae a. C. αψα. 4. Prodiit quoque *Gennadii dialogus de via salutis humanae adu. Mahometanos et eius Confessio*, gr. lat. a *Fuchtio*, Helmstad. 1591. 8. (v. Kollar. paullo post cit. pag. 135.) 1612. Add. *Oudin.* comment. citat. III. col. 2494. Aliorum codd. notitiam adhuc suppedi-
tabo. — *Vindobon.* in cod. XIV. nr. 3. *Gennadii dialogus cum Amara Muhammedis* (μετὰ Ἀμοιρᾶ τοῦ Μάχουμμετρου) *de praecipuis christianae fidei, maxime de Sctiss. Trinitatis mysteriis* — i. *via salutis hominum*, graece cum versione lat. *Aretini*, vt probabile videtur *Kollarjo*, qui multus est de eo in Supplem. ad Lambecii comm. I. p. 133. sqq. Ille etiam censet, hunc esse codicem, ex quo Brassicanus illum Gennadii dialogum Vindob. 1530. 8. gr. et lat. edidit. Idem excerptit ex *Lambacheri* diff. longum locum, et prouocat ad suam adnotat. ad Lambecii comm. III. p. 253. not. A. vbi *Athanasio* Quaestiones ad Antiochum vindicare studuit, et tandem coniecit, quum hic dialogus ab illa *Fidei christianae confessione*, a *Crusio* gr. et turcice vulgata, toto coelo sit diuersus, et certum sit, Gennadium de christianae fidei dogmatibus semel solum coram Muhammede II. (non cum hoc ipso, sed, praesente illo, cum Turca quodam, legis Muhammedicae perito, μετὰ Ἀμοιρᾶ τῷ Μάχουμμετρε, h. e. cum Emiro Muhammedis,) esse colloquutum, laudatum patriarcham, colloqui cum Turcis habitum

ss) In *Maittaire* Annal. typogr. tom. II. part. 2. pag. 731. haec est operis inscriptio: *Gennadii Scholarii*, patriarchae CPol. *de sinceritate christianae fidei dialogus*, qui inscribitur *ὑπὲρ τῆς ὁδοῦ*

τῆς σωτηρίας ἀνθρώπων interlocutores sunt *Turcus Amurates* et *Gennadius*, patriarcha; gr. et lat. *I. Alex. Brassicano* interprete: Hieron. Vietor excud. Viennae Austriae. 1530. 8.

habiti praetextu, Athanasii Quaestiones, temporibus suis adcommoatas, cum fidelibus suis communicasse, praesentissimum aduersus Muhammetis doctrinam antidotum futuras etc. In eod. cod. nr. 4. sequitur *Gennadii Scholarii* lib. II. f. *christianae fidei Confessio* seu *Summa*, Muhammedi II. scripto exhibita, quae a Gennadio, Sultani iussu, graece scripta, et ab erudito Turca in Turcicum sermonem conuersa, biennio aut triennio post captam CPolin, eidem Sultano, Muhammedi II. oblata fuit. Eam gr. et lat. Brassicanus cum Quaestionibus arte cohaerentem, ut vnum idemque cum priore opusculum videatur, omissa cod. epigrapha, primus euulgauit, nec in omnibus Aretini versionem lat. quae in eod. est codice, est sequutus, ut Kollar. l. c. p. 138. sqq. vberius commonstrauit. — Idem opusc. breue de capp. quibusdam fidei etc. est *Mosquae* in cod. synod. CCCLIII. nr. 7. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 229. ibid. p. 29. in cod. XLIII. fol. 85. *dialogus*: inc. ἀλλὰ καὶ εἰς ἐπισκέψασθαι. — Ibid. pag. 253. in cod. CCCXCV. nr. 4. *dialogus νεόφρων ἡ ἀερομουθία* etc. — *Oxon.* in cod. *Barocc.* CVII. — in cod. *Th. Gale* CXXVI. f. nr. 5960. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. et seo. *Montfauc.* in Bibl. biblio:h. MSSt. pag. 651. *E.* in bibl. *Bodlei.* nr. 721. — in cod. *Oliu. Cromwelli* CXV. siue nr. 294. cat. MSS. Angliae vol. I. *dialogus inter christianum et alienigenam de doctrina S. Trinitatis.* — in cod. *Mazarinae* bibl. CXXIV. *Scholarii dialogus*, et cod. CXXV. *Gennadii de reſta Christianor. fide:* — *Romae* in bibl. Vatic. in cod. CCMIC. reginae Sueciae, v. *Montfauc.* l. c. p. 1322. *A.* p. 535. — ibid. p. 747. bibl. *Gennad. de dogmatibus ecclesiast.* in bibl. reg. *Parif.* id. liber in vol. II. pag. 9. nr. 310. et 311. catal. MSSt. Angliae etc. inter codd. ecclesiae *Dunelmensis.* ibid. nr. 2194. tom. I. part. 3. *Cantabrigiae* in bibl. publ. cod. XIV. 3. *Harl.*

22. Contra Iudaeos scripsit per modum dialogi librum hoc titulo. Ἐλεγχος τῆς ἰουδαϊκῆς πλάνης ἐκ τε τῆς γραφῆς καὶ τῶν πραγμάτων, καὶ πρὸς τὴν χριστιανικὴν ἀληθειαν παρώδεις ἐν χήματι διαλέγεσθαι. *Confutatio erroris iudaici ex scriptura et rebus gestis, et ad christianam veritatem cohortatio, per modum dialogi.* Colloquuntur Christianus et Iudaeus. Initium est: Βάλε διαλεχθῶμεν, ἐφ' οἷς πρὸς ἀλλήλους διαφερέμεθα Χριστιανοί τε καὶ Ἰουδαῖοι. Exstat in cod. reg. MMCMLIV. et MMCMLIX. et in nostro similiter. In utroque scriptus dicitur, ἐν τῇ τρίτῃ με βιαία πρὸς τὴν πέλιν ἀνόδω. In meo additur, καὶ δόξα ἐκείθεν ἐλευθερώσαντί [P] με τρίτον ἢ Θεῷ, scriptus in tertia mea ad urbem violenta profectio, et gloria Deo tertium inde me liberum abire finenti. Non viderat Allatius, qui ex bibliotheca Roberti Constantini titulum citat pag. 408. opus non contemnendum, satisque longum, foliorum circiter sexaginta in eodem regio. *Fabr.* MS. in bibl. publ. *Parif.* cod. DCCCLXXVIII. nr. 4. — codd. MCCXCIII. nr. 1. et MCCXCIV. nr. 1. *confutatio erroris iudaici;* — in cod. *Barocc.* XXXIII. *Harl.*

23. Eiusdem, Ἐκ τῶν περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προφητειῶν ἀσαφέστεραι, siue collectio prophetiarum de Christo, quae magis perspicuae sunt. Incipit: Οὐκ ἐκλεψες ἄρχων ἐξ Ἰεῦδα, in nostro cod. et in reg. MMCMLIX. Non meminit Allatius.

24. Κατὰ Αὐτοματιστῶν καὶ Ἑλληνιστῶν, ἥτοι πολυθέων, καὶ ὅτι Θεὸς εἷς ἐστὶ καὶ ἡμιεργὰς τοῦ παντός ἐν τριάδι ὑποστάσεων. *Contra Automatistas et Hellenistas, siue multo-*

rum

rum Deorum opinionem tenentes, et quod unus Deus sit conditor universi in trinitate hypostascon. Incipit: Οἷσθαι μὲν μὴ εἶναι Θεόν. Scriptum fuit opus in monasterio Prodromi in monte Menoecio: habetur in codd. reg. MMCMLV. MMCMLVIII. MMCMLIX. et in nostro. [In cat. MSS. bibl. Parif. II. in cod. MCCXCII. nr. 15. et MCCLXXXIX. nr. 31. et MCCXCIV. nr. 12.]

25. Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις περὶ τῆς Θεότητος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Interrogationes et responsiones de divinitate domini nostri Iesu Christi:* ex disputatione habita cum primariis duobus Turcis, qui missis litteris ex monasterio Ferras eum venire iusserant. Exstat in cod. reg. MMCMLV. Πρὸς τῷ τέλει τῆς Μαίης. Par. in cod. bibl. publ. MCCLXXXIX.]

26. Περί τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ λατρείας, ἡ νόμος εὐαγγελικὸς ἐν ἐπιτομῇ. *De primo Dei cultu, sive lex evangelica compendio explicata.* Opus dividitur in capita 40. Scriptum est rogante quodam familiari monacho, raptim anno 6966. I. C. 1458. in monasterio S. Ioann. Baptistae in Menoecio monte post abdicatam dignitatem. Μετὰ τὴν τῆ πατριάρχης ἀποκατάθεσιν, ut habet idem cod. regius. Incipit: Δυσὼν ἐν τῶν τοῖς εὐσεβῶσι λατρεῖν. Exstat in codice reg. MMCMLV. et MMCMLIX. [Parif. bibl. publ. cod. MCCLXXXIX. nr. 17. cod. MMCXXXV. et MCCXCIV. nr. 4.]

27. Περί τῆς Θεῆς προνοίας καὶ προορισμοῦ. *De divina providentia et praedestinatione.* Initium est, τὴν ἐξ αἰδίου περὶ τῶν ὄντων καὶ γινομένων γνώσιν. Fabt. Paris. in bibl. publ. cod. MCCXCIV. nr. 5. 6. et 7. sunt tres libri de praedestinatione etc. — liber quartus, ib. in cod. MCCLXXXIX. nr. 24. et nr. 18. 19. et 20. lib. 1. 2. ac tertius. Harl.

28. Περί προορισμοῦ δεύτερον. *De praedestinatione secundum.* Initium, Κλινωπετής ἰδεζάμην. Is libellus graece editus est 1. Augustae Vindelicorum a Dauide Hoefchelio, an. 1603. 4. [MS. in bibl. August. Vind. v. Reiseri indic. MSS. bibl. August. pag. 41. Harl.] Iterum cum versione latina a Carolo Libertino, Societatis Iesu theologo, Vratislaviae anno 1681. 4. [v. Acta erudit. 1682. p. 184. — gr. et lat. a Fed. Morello in append. Opp. S. Basilii, Paris. 1618. fol. In Mouttaire Ann. typogr. tom. III. part. 2. pag. 874. occurrit: Gennadii Schol. apologia pro Basilii M. assertionem, de praedestinatione, latine, Feder. Morello interprete, cum eius notis: ap. Fed. Morel. Paris. 1618. 8. Harl.] Scriptus fuit ad Ioannem archiepiscopum Thessalonicensem in eodem monasterio.

[P] 29. Περί τῆς Θεῆς προορισμοῦ τρίτον. *De divina praedestinatione tertium, ad eundem.* Incipit: Πολλὴν οἶδά σοι χάριν

30. Περί τῆς Θεῆς προορισμοῦ τέταρτον. *De divina praedestinatione quartum.* Ad magnum oeconomum, dominum Theodorum Agallianum. Σὺ μὲν καλῶς ποιῶν φίλτατε. Quatuor illi de praedestinatione libri scripti videntur, postquam prius factus in monasterium se recepisset. Exstant simul in codd. regis MMCMLV. et MMCMLIX.

31. Ὅπως ἡ Θεία πρόνοια καὶ ὁ Θεὸς προορισμὸς ἐκ ἀναιρεῖ τὸ χεῖρισμον τῶν εὐχῶν. *Quod diuina prouidentia et diuina praedestinatio non aufert precum utilitatem*, in cod. reg. MMCMLVIII. [f. sec. catal. cod. MCCXCII. nr. 17.] Incipit: Ὁ περὶ τῆς Θεᾶς προνοίας λόγος. cod. reg. MMCMLVIII.

32. Περὶ τῆς ἐν τῷ δεσπότῃ ἡμῶν Χριστῷ ἀνθρωπότητος. *De humanitate I. C. D. N.* Incipit: Ζητοῦσί τινες. Ibid.

33. Περὶ ἀναστάσεως. *De resurrectione.* Init. Τὸ μὲν τῆς ἀναστάσεως ὄνομα, Ibid.

34. Περὶ τῆς δεσποτικῆς καὶ Θεοῦ αἱματος. *De dominico et diuino sanguine*, ad Dionysium, hieromonachum. Init. Ἐζητομένον ἤδη τῷ μεγάλῳ πατρὶ Γρηγορίῳ. Ibid.

35. Περὶ τῶν Ἀγγέλων πρὸς τὴν τῆς Αργυροπέλου γνώμην ἀντιφερόμενον. *De angelis contra Argyropuli sententiam.* Incipit: Ὁ Θεὸς φῶς ὃν ἀκρότατον. Ibid.

36. Εἰς τὸ ἀποσελικὸν ῥητὸν τό, Ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών. *In illud apostoli: Exinaniuit semetipsum, formam serui accipiens.* Ibid. [in cod. Par. bibl. publ. MCCXCII. nr. 4. et supra iam memorauimus.]

37. Λύσις διαφόρων εὐαγγελικῶν ἀποριῶν. *Solutio diuersarum ex euangelio difficultatum.* Ibid. [et in cod. cit. nr. 8.]

38. Περὶ τῶν ἐμφερομένων ἐν τῇ Θεᾷ εὐχῇ ῥημάτων, ἡγουν, Κύριε Ἰησοῦ Χριστέ υἱὲ Θεοῦ, ἐλέησον ἡμᾶς. *De verbis in diuina prece contentis, domine Iesu Christe, fili dei, miserere nobis.* Ibid. [et cod. cit. nr. 9.]

39. Περὶ τῶν καρπῶν τῆς πνεύματος. *De fructibus spiritus.* Ibid. [et cod. cit. nr. 10.]

40. Ἐκφρασις τῆς, μάρτυρες σεφανῖται. *Expositio Hymni ecclesiastici*, qui ita incipit. Ibid. *Fabr.* In cod. bibl. publ. Paris. MCCXCII nr. 11. *expositio hymni* etc. ibid. nr. 18. *Genn. hymni* etc. et nr. 19. *Preces variae.* — *Hymni* ibid. in cod. MCCLXXXIX. nr. 28. — versus inscribendi tumulo abbatis monasterii τῆς παντοκράτορος, ib. in cod. MCMXXXII. nr. 5. — versus iambici de morte, ib. in cod. MMV. nr. 11. — *Florentiae* in bibl. *Laurent.* cod. XXXIII. nr. 5. *Gennadi Psalmi*, qui in diurno et nocturno recitantur officio, heic sunt adpositi cum selectis tantum precibus. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 59. *Harl.*

41. Ἐκ τῶν ἑμμέτρων εὐχῶν τῆς αὐτῆς, ὦ πάτερ ἁμβροσε. *Hexametri versus ad Deum.* Ibid.

42. Περὶ τῆς πῶς διακρίνονται αἱ Θεᾶς ἐνέργειαι πρὸς γε ἀλλήλας [P] καὶ τὴν Θεῖαν ἐσῖαν ἢς εἰσὶν ἐνέργειαι. *Quomodo diuinæ operationes distinguuntur tam inter se, quam inter diuinam essentiam.* Ibid. [in cod. bibl. Paris. MCCXCII. nr. 14.]

43. Περὶ

43. Περὶ τῶν φαῦλα πράττοντων πότερον ἄκοντες πράττουσιν ἢ ἐκόντες. *De iis, qui mala committunt, num volentes aut nolentes agant.* Incipit: Ζητητέον ἂν εἴη, in cod. [in cit. cod. nr. 16.]

44. Synesii Oratio metrica, soluta oratione expressa, cod. MMDCCLV.

45. Ὕμνος μετὰ δεήσεως. Incipit, Τολμῶντά με, μέγιστε βασιλεῦ. Ibid.

46. Περὶ τῆς καιρῆς καὶ τρόπου τῆς ὑπάρξεως τῶν νεκρῶν καὶ ἀθάνατων ψυχῶν *De tempore et modo existentiae animarum intelligentium et immortalium*, amico cuidam. Incipit: Ἐπειδὴ πυνθάνη, τιμώτατε καὶ φίλτατε ἡμῖν ἐν Χριστῷ. Exstat in codd. MMDCCLIII. MMDCCLVIII. [f. cod. cit. nr. 13. et cod. MCCXCIV. nr. 11.] et in nostro. Allatius per densam umbram designavit, quam vide pag. 405.

47. Περὶ τῶν ψυχῶν μετὰ τὴν ἐκ τῶν σωμάτων αἰάλυσιν διαθέσεως ἐπιβεβαιωτικὸν συγγράμματος, ὃ περὶ αὐτῆς ὁ Σαββάτιος τῆς μακαρίας Θεσσαλονίκης κυρίας Σιμεῶν. *De animarum, postquam corporibus solutae sunt, statu et conditione, ad confirmationem scripti Symeonis Thessalonicensis, quod ad se attulerat Sabbattus ad eundem, qui ex Sina monte ad Gennadium venerat.* In nostro cod. p. 4. Non vidit Allatius.

48. Ad Ioannem, opinor, Thessalonicensem, de eodem epistola longa. Exstat in nostro codice pag. 12. inc. Ἦδις μὲν σοι ἀποκρινόμεθα. Nec vidit Allatius.

49. Πρὸς τὸν πανιερώτατον Μηδείας Κύριον Θεοφάνην, περὶ τῆς λογικῆς καὶ ἀνθρωπίνης ψυχῆς δεύτερον. *De anima humana et rationali ad sanctissimum Mediae metropolitani secundum.* Huius Theophanis exstant in cod. MMDCCLVIII. [sec. cat. MSS. Par. cod. MCCXCII. nr. 24. et 31.] vbi hic tractatus habetur, epistolae tres, una ad Ignatium, monachum, quum adhuc esset oeconomus, altera ad magnum ecclesiarcham, tertia ad archiepisc. Ephesinum.

50. Περὶ τῆς βιβλίας τῆς Γεμισῆ. καὶ κατὰ τῆς ἐλληνικῆς πολυθείας. *De libro Gemisti, et contra graecam superstitionem, ad Ioannem Exarchum.* Exstat cod. MMDCCLV. et MMDCCLIX. [secund. cat. MSS. Par. codd. MCCXCIV. nr. 8. et MCCXCVII. nr. 2.] Inc. Ἐπανῶμέν σε τήν.

51. In singularem classem referendae sunt orationes quaedam funebres. Exstat in reg. cod. MMDCCLV. et in nostro, hoc titulo: Τῆς [P] σοφωτάτης καὶ ἀγιωτάτης Κυρίας Γενναδίας τῆς βασιλῆως Κωνσταντίνου, ἐπὶ τῇ κοιμήσει τῆς αἰοιδίμου Δεσποίνης τῆς αὐτῆς μητρὸς

B b b 3

†) Exstat Plethonis opusculum in bibliotheca Viennensi, deque eo *Lambecius* lib. 7. pag. 162. [p. 362. sqq. Kollar. de cod. XCI. add. pag. 344. sqq. de codd. XC. nr. 1. *Harl.*] ex Allatio pag.

176. scribens, tanto odio in Gemistum exarsisse Gennadium, ut libros omnes eius flammis abolendos curauerit. V. *Allat.* de Georgiis p. 391.

μητρός παρραμυθητικός. *Sapientissimi et sanctissimi domini Gennadii ad imperatorem Constantinum in morte venerandae Despoenae matris eius consolatoria oratio.* Incipit: Ἡ μακαρία καὶ αἰοδιμος μήτηρ τῆς κρατῆς σὺ.

52. Ἐπιτάφιος Θεοδώρου δεσπότη. *Oratio in funere Theodori Despotae, fratris imperatoris,* incip. Τῷ μὲν τῷ κρατίστῳ βασιλεῖς ἡμῶν ἀδελφῷ τρίτος μὲν ἐξ ἡμῶν καμμένος, in cod. reg. MMDCCCCLV. [sec. cat. MSS. Par. cod. MCCLXXXIX. nr. 2.]

53. Τῷ σοφωτάτῳ διδασκάλῳ Κυρίῳ Γεωργίῳ τῷ Σχολαρίῳ, μετέπειτα δὲ καὶ αἰοδιμος Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως κυρίῳ Γενναδίῳ μοναχῷ ἐπικηδῖος ἐπὶ τῷ μακαριωτάτῳ πατρὶ καὶ διδασκάλῳ Κυρίῳ Μάρκῳ Ἐφέσῳ, μετὰ κόσμον Εὐγενικῷ. *Sapientissimi doctoris D. Georgii Scholarii, deinde venerandi patriarchae Constantinopolitani D. Gennadii Monodia funebris de beatissimo patre et doctore Marco Ephesino, qui in mundo Eugenicus dictus est.* Incipit: Φεῦ νῦν, ὦ πάροντες, ἡμῖν αἱ τῶν ἀγαθῶν ἐλπίδες εἰχονταί. Exstat in cod. reg. MMDCCCCLVIII. et aliis. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. CCCXCIV. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 252. bis, nr. 21. et 22. — *Matriti* in cod. reg. CXV. nr. 101. v. *Iriart.* cat. codd. gr. Matrit. p. 459. qui notat, eandem monodiam exstare in codd. bibl. *Parif.* gr. CCCCXXVII. et MDLXXXII. Sec. cat. MSS. *Parif.* vol. II. exstat illa in codd. CDXXVII. nr. 4. et MCCXCII. nr. 12, *Hurl,*

54. Ἐπιτάφιος τῷ μακαρίῳ Θεοδώρῳ τῷ Σοφιανῷ ἐν τῇ ἱερᾷ μονῇ Βατοπεδῖος ταφέντι, ὃν εἶπεν ἐξ ὑπογυῖς ὁ Θεὸς αὐτῷ Γενναδίος μοναχὸς ἐν τῷ ταφίῳ σεπτῷ καὶ, 54ξβ ἔσας. *Oratio funebris beati Theodori Sophiani in sacro monasterio Batopedii sepulti, quam ex tempore promuntiavit auunculus eius Gennadius monachus ad sepulcrum 28. Septembris anno 6955. I. C. 1457.* Exstat in nostrō cod. Incip. Ἀλλὰ ζῶντος μὲν ἐστὶ τὴν ἐνταῦθα ζωὴν.

Sequuntur ea, quae historica vocare possumus, quamvis pleraque ad inimicitias, acerrime cum Latinis susceptas, pertineant.

55. Ὅτι ἀνεχωρήθη τῷ παλατίῳ καὶ τῇς μονῆς τῷ Παντοκράτορος, ἐν ᾗ πρῶτον ὤκει κοσμηδὸς, καὶ ἀπῆλθεν εἰς τὸ τῷ Χερδιανῇτι κοινὸν βίον, καὶ ἡτοιμάζετο πρὸς τὸ μοναχικὸν σχῆμα. *Quum recessisset ex palatio et monasterio omnipotentis, in quo prius habitabat, quum saecularis esset, abiitque in coenobium Chardianeti, praeparareturque ad habitum monasticum.* Incipit: Πολλὰ κίς προσεσηκῶς σε, γαληνότατε βασιλεῦ. Exstat in cod. reg. MMDCCCCLV. [I. cod. MCCXCIV. nr. 4. cat. MSS. II.] Missa est autem ad Constantinum Imperatorem statim fere post mortem Ioannes Palaeologi.

56. Γενναδῖος ἐλαχίστος Σχολαρίος ἐπὶ τὴν δι' ἐγκατάλειψιν Θεῶν ματαῖαν καὶ ἀλογον καὶ ἀσύμμετον καινοτομίαν τῆς πίστεως. *Gennadii minimi Scholarii de ea, quae, deselicta deo facta est vana, irrationali et inconcinna fidei innouatione.* Incip. Τίς δώσει μοι πτέρυγας. ibid. Inuentum esse Callipoli [P] exemplar, vade regium descriptum est, testatur marginalis eiusdem nota.

57. Eins

57. Eiusdem epistola, scripta sex mensibus ante captam urbem, τοῖς σύγγενεταῖς πολιταῖς τῆς Κωνσταντινουπόλεως ἀπάσιν ἱερωμένοις καὶ κοσμητοῖς. *Ad nobilissimos viros omnes Constantinopolitanos ecclesiasticos et laicos.* Ibid.

58. Eiusdem Θρήνος, siue *Lamentatio*, scripta in Menoecio monte 20. Iunii, Ind. 8. hoc est, nisi error codicem occupauit, anno 1445. atque adeo septennio circiter ante captam urbem, incip. Ἰὲ τῆς ἐδύνης. Ibid. et cod. MMDCCCCLIX. [f. cod. MCCXCIV. nr. 13. cit. cat.]

Quae sequuntur, hucusque non reperta a nobis, recenset ipse Gennadius in epistola ad amicum.

59. Συμβουλευτικός λόγος, ὃν ἀνέγνων ἐν τῷ Παντοκράτορι ἐνώπιον τοῦ αὐτοκράτορος καὶ ὅλης τῆς πόλεως, περὶ ἰλεώσεως τοῦ θείου καὶ τῆς οἰκόμενης παρασκευῆς, τῇ ἡ. Οὐτωβρίῳ. *Consilium, quod legi in Pantocratoris monasterio coram imperatore et tota urbe, de placando deo et domestico belli apparatu 15. Octobris.*

60. Νεαρά ἡ χρυσοβύβλος, ἣν ἐσχεδιάσα. ἵνα γένηται παρὰ τοῦ αὐτοκράτορος ἀνακεκλημένη τῶν θεοσυγῶν παραβάσεων τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ θείων νόμων, δι' αἷς ἐκ Θεοῦ τοσούτοις ἔτεσι πιεζόμεθα. *Nouella siue bulla aurea, quam composui, ut ab imperatore promulgaretur ad tollendas deo odibiles transgressiones ecclesiasticarum et diuinarum legum, propter quas a deo tot annis affligimur.*

61. *Alia, quae promulgari debebat Ecclesiastica Nouella ad renouationem legum ecclesiasticarum et diuinarum, singularum transgressionum species et earum emendationes continens.* Ἡ ἐκκλησιαστικὴ νεαρά, ἥτις ὤφειλε γίνεσθαι παρὰ τῶν ἐκκλησιαστικῶν εἰς ἀνανέωσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν καὶ θείων νόμων δεινῶς καὶ πολυειδῶς παταμένων, ἥτις καὶ ἐσχεδιάθη, τὰς παραβάσεις καὶ τὰς διορθώσεις κατὰ μέρος περιέχουσα. *Fabr. Romae in bibl. patrum S. Basilii cod. XII. Gennadii canon. v. Montfauc. Bibl. biblioth. MSS. p. 197. A. Harl.*

62. Oratio ad imperatorem scripta 12. Maii.

63. Varia scripta ad magnum ducem. [Epistola ad *magnum ducem*, vbi in Latinos acerbius inuehitur, *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCXVII. nr. 1. *Harl.*] Duodecim capitula ad imperatorem missa per Ignatium. Alia ad Agioreitas siue monachos montis Atho, missa antequam cardinalis Russiae Constantinopolin adueniret, per Athanasium et Simonem, monachos. Haec diuersa scripta ipse Gennadius commemorat.

64. *Epistola ad omnes fideles, τοῖς ἀπανταχῶς πιστοῖς ἐν Χριστῷ Ἰησῷ.* Exstat in cod. reg. MMDCCCCLV.

[P] 65. *Alia missa ad magnum ecclesiarum, Sylvestrum Syropolum, magnum chartophylacem, Agallianum, et alios quosdam ecclesiasticos, quum celebrata est liturgia, praesente cardinali, postquam omnia circa religionem dissidia per eundem cardinalem Isidorum composita sunt.* Initium est: Ἀγαπᾷ πατέρες, ἐγὼ ἤθελον εἰπεῖν. Exstat in eodem cod.

Genna-

Gennadio eidem, qui et Georgius Scholarius in iisdem titulis appellatur, varii adversus Latinos tractatus tribui solent. Hos quidem Allatius alteri suo Gennadio schismatico adtribuit, quem quum non alium ab hoc nostro fuisse ostensum fuerit, ideo MSS. codicum fidem sequuti, praesertim regii vnius, qui Sylvestri Syropuli, magni ecclesiarchae, cui Gennadius probe notus erat, manu eleganter scriptus est anno 6958. Ind. II. hoc est anno 1448. vivente adhuc Gennadio, imo ante captam urbem, quum nondum esset patriarcha, nostro vindicamus.

66. Περὶ τῆς καθαρτηρίας πρὸς λόγους δύο. *De purgatorio libri duo.* Exstant cod. reg. MMDCCLVIII. [f. MCCXCII. nr. 1. 2. secund. cat. MSS. Par. II.] Prior initio mutilus est. Opus elegans nec continendum, quicquid dicat Allatius.

67. Κεφαλαιώδης ἀπόκρισις πρὸς τὰς παρὰ Λατίνων εἰρημένους λόγους περὶ τῆς αὐτῆς Πουργατορίας. *Summaria responsio ad obiectiones Latinorum circa idem purgatorium.* ibidem. Initium: Ἐπειδὴ σαφέστερον ἡμῶς ἀπαυτεῖτε.

68. Eiusdem ad Ioannem Thessalonicensem de purgatorio epistola, in nostro cod. incipit: Αὐτοχεδιάζω σοι.

69. Eiusdem Σύντομον κατὰ τῆς δόξης τῶν Λατίνων. *Breue scriptum contra Latinorum opinionem,* in eodem cod. reg. [f. MCCXCII. nr. 3. in cat. cit. II.]

70. *De processione spiritus sancti contra Latinos tomi duo.* Primus scriptus est ante captam urbem post disputationes cum legato papae, episcopo Cortonensi, et aliis Latinis habitis coram Ioanne, imperatore. Exstat is liber in bibliotheca regia n. MMDCCLVI, [in cat. cit. II. cod. MCCXC.] pertinuitque ad Antonium quendam Pyropolium medicum, mortuo iam Gennadio, ut testantur iambi Ioannis cuiusdam Dotheiani [*Dociani*] ad finem libri. Huius operis initio haec auctor manu propria inscripserat: Γεωργίῳ τῷ Σχολαρίῳ. Συντετέθη μετὰ διαλέξεις πέντε καὶ δέκα γενομένας ἐν τῷ παλατίῳ μετὰ τῷ παπικῷ πρεσβέως καὶ ἐπισκόπῳ Κορτώνης, καὶ διδασκάλῳ τῆς παρὰ Λατίνοις θεολογίας, παρόντος καὶ τῷ Κυρίῳ Γρηγορίῳ τῷ Πατριάρχῃ, καὶ τῷ Καρδινάλι, καὶ πολλῶν Λατίνων καὶ ὀρθοδόξων, ἐνώπιον τῷ βασιλεῶς Ἰωάννῃ καὶ τῷ μακαρίτῃ δεσπότη Θεοδώρῃ. Παρακληθεὶς γὰρ τὰ συμπεράσματα τῶν διαλέξεων ἐκείνων, ἐν τῷ δὲ [P] συνέταξα τῷ βιβλίῳ, ὃ μεταγραφὴν πολλὰ καὶ διαδοθὲν πανταχῇ καὶ παρὰ Λατίνοις νῦν εὐρισκόμενον. Ἦν δὲ τότε ὁ συγγραψάμενος καθολικὸς Σεκρετάριος τῷ βασιλεῶς Ἰωάννῃ, καὶ καθολικὸς κριτὴς τῶν Ῥωμαίων, καὶ διδάσκων ἐν τῷ τρικλινίῳ τῷ βασιλεῶς κατὰ παρασκευὴν ἐκάστην, παύσης τῆς συγκλήτης καὶ πλείους τῆς πόλεως, τὸν λόγον τῷ Θεῷ εἰς δόξαν αὐτῆς τῷ Θεῷ τῷ πάντα δίδόντος. Georgii Scholarii. Compositum est hoc opus post collationes quindecim, factas in palatio cum legato papali, episcopo Cortonae, et quodam theologiae apud Latinos doctore, praesente quoque domino Gregorio, patriarcha, cardinale, et multis aliis Latinis et orthodoxis coram imperatore Ioanne et Theodoro despota felicitis memorias. Hortantibus autem plurimis, harum disputationum conclusiones in hoc libro collegi, qui postea transcriptus, et quacumque missus, etiam apud Latinos reperitur. Auctor vero erat vniuersalis secretarius imperatoris, Ioan-

Ioannis, generalisque Graecorum index, docens in triclinio imperatoris singulis sextis feriis, praesente senatu et magna civium frequentia, verbum dei, ad eiusdem gloriam dei, qui omnia donavit. Haec sola inscriptio totam de duobus Gennadiis Allatianam disputationem refellit. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. CCCXCV. *Scholarii, ut opinor* (ait *Matthaei* in not. codd. gr. Mosq. p. 253. nr. 1.) *liber in quatuor tomos diuisus contra Latinos;* in principio liber est mutilus; in fine autem quaedam ἀπορίαι cum solutionibus leguntur. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. XCII. *Barocc.* de dissidio inter Graecos et Latin. circa processionem Spir. Scti: inc. τὸν Θεόν. — In cod. autem X. *Barocc.* (in cat. MSS. Angliae, vol. I. p. 2.) *Gennadii, Bulgariae episc. de processione Sp. S.* inc. οἱ περὶ Θεῷ λόγοι. (vt in cod. quoque *Bauar.* CXIIX. sec. catal. gr. MSS. Bau. p. 50. *Gennadius Bulgariae archiepiscop. contra Latinos.*) — *ibid.* in cod. XLVII. 2. *Io. Seldeni* (f. nr. 3377. cat. cit. p. 163.) *Georgii Scholarii de process. Sp. S.* — *Monac.* in cod. *Bauar.* X. *Georgii* (in textu gr. Γεργίου) *Scholarii* liber de orthodoxa fide, in quo etiam de process. Sp. S. v. *Hardt.* in *Aretini* Beyträgen etc. a. 1803. part. 2. p. 38. qui docet, esse potius sermonem in laudem deiparae. — *Parif.* in bibl. publ. MCXCI. nr. 12. *de process. Spir. Scti.* — in cod. MCCXVIII. exstant nr. 24. *Georgii Schol. de process. Spir. Scti,* tomus secundus: ad marginem sunt nonnulla scholia adiecta; nr. 25. eiusd. brevis *dialogus* de eodem argumento; nr. 29. *dialog.* inter Graecum et Latinum de eodem argum. Sequuntur eiusd. versus iambici in laudem Marci Eugenici, nr. 30. *dialogus* alter, quo inter se colloquentes inducuntur Olbianus, Eulogius et Benedictus. — in cod. MCCLXXXIV. nr. 4. *liber secundus* de process. Sp. Scti. — In cod. Mosquensi synod. XIII. est τῆ μεθώνης Κυρῆ Νικολάος de Spir. Scti process. ex solo patre; inter eos, qui synodo octavae subscripserunt, nominatur *Metropolita γένε Γεννάδιος.* v. *Matthaei* notit. cit. p. 31. *Harl.*

71. *Secundus tomus aduersus Latinos de Spiritu sancto,* ^{uu)} non eodem tempore scriptus, sed paullo serius, missusque ad Ioannem Comnenum, imperatorem Trapezuntinum, cui auctor illum inscripsit, adiecta epistola, qua rogat, vt librum non prius aliis communicet, quam aut se obiisse, aut aliis communicasse compererit. Exstat in cod. reg. MMDCCCCLVII. scriptus manu Sylvestri Syropuli, diaconi et magni Ecclesiarchae, viuo Gennadio, nempe anno 6956. vt supra diximus, [f. cod. MCCXCL. sec. cat. cit.] A. C. 1444. et cod. MMDCCCCLXIII. *Fabr. Vindobon.* in cod. caes. LXVIII. nr. 7. Ex *Gennadii Scholarii* opere aduersus Latinos de process. Sp. Scti ex solo patre eclogae *Mathusalae*, monachi scti montis Sinai. v. *Lambec.* (qui etiam h. l. contendit, Gennadium Scholar. plane diuersum esse,) comment. vol. VII. p. 239. sq. *Kollar.* — Eadem *Mathusalas* excerpta sunt nomine auctoris omisso, et inscripta, Ἀπορία, *dubium,* *Florent.* in cod. *Laurent.* XVIL. nr. 6. in quo cod. itidem est *Gennadii* operis de processione Spir. Scti tomus *secundus.* v. *Bandini* cat. codd. gr. *Laurent.* tom. I. p. 287. sq. Is autem nr. 1. posuit libri inscriptionem et praemissam *Georgii Scholarii* epistolam ad *Ioannem Magnum Comnenum, imperator. Trapezuntis,* gr.

^{uu)} Exstat in biblioth. Vienn. n. 277. teste *Lambecio* l. 5. pag. 225. [p. 469. et 461. ed. *Kollar.* in codd. caes. CCLXXV. et CCLXXVI.] qui alteri Scholario tribuit, sequutus *Allatium.*

gr. euulgauit; tum nr. 2. 5. quatuor sectiones, in quas Gennadii liber diuisus est, paullo vberius recensuit. — *Mosquae* in cod. synod. XIII. fol. 13. sqq. idem liber *secundus*, in quatuor sectiones, quarum quaelibet rursus in capita diuisa est, distributus. v. plura in *Matthaei* not. cit. p. 28. sq. ed. in 8. siue p. 20. sq. ed. in fol. — ib. p. 61. ed. in 8. in cod. syn. LXXI. *Scholarii contra Latinos*: ἡ περὶ ἐσίας τε καὶ ὑπερτάσεως. — *Neapoli* in bibl. monasterii S. Seuerini, liber *secundus*: v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 235. B. add. ad antec. nr. 70. *Harl.*

72. Eiusdem Dialogus prolixior aduersus Latinos de processione Spiritus sancti, in quo praefertim agit de recentiorum inter Latinos doctorum, praefertim Thomae et Scoti, de processione Spiritus sancti doctrina. Dialogi personae, Olbianus, Eulogius, Benedictus. Initium: Ἀλλὰ καιρὸς ἐστὶν ἐπισκέψασθαι, ὦ Εὐλόγιε, εἰ βούλει τὰ Λατίνων διδασκαλίας τοῖς νεωτέροις περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκπορεύσεως ἡπορημένα τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Θωμᾷ καὶ τῷ Σκότῳ. Exstat cod. reg. eod. MMDCCCCLXIII.

73. Legatus huic de Spiritu sancto dialogus, in eodem. [v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosquens. p. 253. nr. 4. de cod. CCCXCV. *Harl.*]

[P] 74. Eiusdem Gennadii epistola: Τῷ τιμιωτάτῳ ἐν μοναχοῖς Κυρίῳ Μαξίμῳ τῷ κατὰ κόσμον Σοφιανῷ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐνασκειμένοις τῇ ἁγίᾳ μονῇ τοῦ Σινᾶ, ὁσιωτάτοις ἱερομονάχοις καὶ μοναχοῖς. *Venerabilissimo inter monachos domino Maximo, qui, quum saecularis esset, Sophianus vocabatur, et omnibus vitam monasticam exercentibus in sancto monasterio Sina, sanctissimis sacerdotibus et aliis monachis.* Incipit: Αἱ γραφαὶ τῆς σῆς εὐαβείας. Agitur in ea de variis disciplinae capitibus, occasione eorum, quae non recte illic se habere circa eos, qui ad visitanda loca sacra montis Sinai confluebant, a Ioachimo et Gregorio monachis didicerat; de episcopo dignitatem abdicante, quod absque patriarchae licentia negat posse fieri: an absque diacono celebrare episcopus possit, quod licere ait in sacello, seu παρεκκλησίῳ, et factum ab Euthymio et Matthaeo, patriarchis, non publice in ecclesia; de episcopo Bosniae, qui multos ex latinae religionis hominibus ad fidem ecclesiae graecae adducebat; de Chartzeca, principe, quem ad eandem adducere idem episcopus conabatur; ne in liturgia commemoratio eius publice fiat, quia adhuc σκεπάζεται τὸν χριστιανισμόν, *Christianismum diffinulat.* Verum adserit, licere in gratiarum actione ad mensam, praesente ipso orare pro eodem. Ἐν δὲ τῇ εὐχαριστίᾳ τῆς τραπέζης ἡμῶν παρόντος, εἰ θέλετε εὐχασθαι ὑπὲρ αὐτοῦ, ὅτι Κύριος ὁ Θεὸς διαφύλαξαι τὴν ζωὴν τῷ αὐθέντῳ Χαρτζεκά. Quis ille fuerit, aut quinam nomine Κεδνεγέρων, qui, vt videtur, illius subditi erant, intelligendi sint, nescimus. Tum de Latinis et Armeniis, ad loca sacra adorandi causa venientibus, definit, vv) non repellendos, etiamsi heterodoxi et schismatici ab ecclesia graeca diuisi sint: nec tamen dandam ipsis eucharistiam, sed ἀντίδωρον, seu panem benedictum, nisi proprias opiniones suas abiurauerint. De simonia: eam deplorat tamquam malum, quod temporum calamitate tolerari potius debeat, quam idcirco obedientiam episcopis

vv) Locum ex hac epistola graece et latine vulgavit *Renandotus* p. 77-79. Paris. 1709. 4.

scopis negari, ne scandalum generetur, ex quo episcopalis ordinis, mox ipsius religionis contemptus nascatur: ferendum esse, quod emendari non possit: se saltem neminem pecuniis ordinasse, imo propriis sumptibus episcopos fecisse multos, quos ex captiuitate redemerit: mali initia ante quinquaginta annos fuisse; sufficere, ut episcopi obseruent, sintne orthodoxi, et nihil alienum ab ecclesiae graecae fide docentes: minutis circa ritus et officia ecclesiastica non adtendendum: *Fabr. Vindob.* in cod. caes. CCV. nr. 3. inter alia *Gennadii* epist. ad monachum quemdam, (*Renaudot* *Κυρίω Μαξιμῷ* etc. inseruit,) montis Sinai. v. *Lambec. V.* p. 15 sq. ibique *Kollarii* notam. — *Eadem Paris.* in bibl. publ. cod. MCCLIX, nr. 24. et *Taurini* in bibl. reg. codd. CLXXIX, fol. 249. atque CCCXIX, fol. 354. v. cat. codd. gr. Taur. 168. et 398. *Harl.*

[P] 75. Epistola haec eadem est, quam refert exstare *Lambecius* in bibliotheca Vindobonensi, ¹⁰¹⁰) ad quemdam monachum: nam verbis iisdem incipit, Sed quod aliam recenset ad Ioachimum monachum Sinaitam de controuersis quibusdam partim ad patriarcham Hierosolymitanum, partim ad Armenios et Latinos loca sacra inuisentes spectantibus, veremur, ne vitiosum exemplar viro diligentissimo fraudi fuerit. Nam de eo Ioachino loquitur *Gennadius* epistola ad Maximum Sophianum, a quo, ut a Gregorio, didicerat ea, quae Sinaitarum pacem turbabant. Quum igitur eos statim remisisset mandatis instructos, ut plenius de eo argumento apud Sinaitas loquerentur, ad Ioachimum de eodem scribendi causa nulla erat. Sed non raro parum felix in coniectando *Lambecius* fuit, quod sequenti exemplo manifestum erit.

76. Historiam enim rerum, inter Latinos et Graecos Ferrariae et Florentiae gestarum, scriptam a *Gennadio* fuisse, quae in caesarea bibliotheca seruetur, scribit l. 8. pag. 509. ¹⁰¹¹)

C cc 2

Codi.

¹⁰¹⁰) In cod. CV, nr. 3. f. v. *Lambec. V.* p. 16. vbi *Kollar.* dum in nota repetiit *Renaudoti* calumniam, *Lambec.* primum defendit, quod *Lambec.* nequaquam diserte pronuntiasset, epistolam ad Ioachimum eiusdem cum antecedenti ad Maximum esse argumenti, sed *fratrem* eiusdem, idque esse verum adfirmat: dein animaduertit, *Lambecium* tamen neglexisse, lectorem monere, utramque epistolam in cod. hoc caesareo pro vna haberi, utpote in octo capp. diuisam, et docet, sexti capitis aeque ac alterius epistolae initium esse: *Τιμωμένη ἐν ἱερομονάχοις κύριε ἰωαννῆμ* etc. inde autem elucere, prioribus quinque capp. comprehendi epistolam, postremis autem tribus schedam, epistolae adiectam, *idius*, ut *Gennadius* ait, atque *εὐσεβίου* ad *Ioachimum* scriptam. Denique contra *Allatium* demonstrat, ex hac scheda patere, Latinos ratione nationis et disciplinae ecclesiasticae a *Gennadio* pro ichis-

matis esse habitos. — Cum cod. caesareo consentit cod. CLXXIX. fol. 150. *Taurin.* bibl. reg. et confessor cat. codd. gr. Taur. pag. 268. etiam, leuem esse, iudicat, *Renaudoti* coniecturam. In eiusdem bibl. cod. CCCXIX. fol. 357. in cat. cit. pag. 598. sequitur epistolam ad Maximum epistola ad Ioachimum. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXCV. nr. 1. 2. utraque epistola exstat, *Harl.*

¹⁰¹¹) Siue vol. VIII. pag. 1062. sqq. in cod. caes. LXIV. vbi *Kollarius* *Renaudoti* verba adducit, nec dissentit; sed p. 1064. in nota A. de subscriptione *Theodosii*, quam nullius esse auctoritatis, *Renaudot* putat, secus sentit, et, „notionis huius (*ἐν πρωτοτύπῳ παλαιῷ*) suae gratia docere debuisset vir doctus, autographum illud iam ante a. 1565. fuisse *πῆμα* bibliothecae regiae; deinde τὸ ἐν πρωτοτύπῳ παλαιῷ non videtur,

Codicem ait esse chartaceum, centum et sedecim annorum. (ita scribebat anno 1679.) quo continetur pseudo-historia concilii Ferrariensis et Florentini a Gennadio Scholario, monacho schismatico graeco, et ecclesiae occidentalis perpetuo et insensissimo hoste, qui ante monachatum Georgii Scholarii adpellatus fuerat, et ante oppugnationem Constantinopolis per Turcas obisse videtur, maligne atque iniuriose conscripta. Quem titulum sibi ipse Lambecius confarcinavit ex falsissimis coniecturis Allatii. In codice vero MS. ita exhibetur: Γενναδῖς Σχολαρίῳ τὰ ἐν τῇ συνόδῳ παραχθέντα τῇ ὀγδόῃ ἰσορικῶς τῇ Φλωρεντίᾳ. Gennadii Scholarii acta Florentinae in octava synodo historice conscripta: qui titulus, nisi typographorum culpa est, vitio non caret, et inertiam scriptoris indicat, vel potius possessoris. Nam saepissime in codicibus MSS. reperiuntur tituli scripti aliena manu, quorum nulla, nisi aliunde confirmetur, fides apud criticos esse solet. Specimen vero, a Lambecio exhibitum, est eiusmodi: Ἡ εἰς τὴν Φεράραν εἰσέλευσις σὺν Θεῷ. Μετὰ δὲ τὸ σάββατον τῆς τεροφάγης, εἰσῆλθεν ὁ Πατριάρχης εἰς τὴν Φεράραν μετὰ τῶ βασιλέως, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν ναὸν τῶ ἀγίου Γεωργίου. Καὶ πρῶτον μὲν ἐξάντισατο, (ita lege pro ἐξαντίσατο, voce nihili,) καὶ αὐτὸς καὶ ὁ Πατριάρχης διὰ τῶ βαντιστηρίδ. Ἐῖτα ὑπέδειξαν αὐτῷ οἱ ἐκάστη Λατινομοναχοὶ εὐμεγέθη καὶ εὐτραφῆ χεῖρα, τῶ ἀγίου Γεωργίου λέγοντες ἅνα· ὑπὸ στανίδος κοιλανθείσης περιεχομένην, etc. Non viderat, opinor, Lambecius historiam eiusdem concilii, a Syluestro Syropulo scriptam, [C] et si editam antequam octauum ipse suum librum publicaret, annis integris decem et octo. In ea porro haec verba, quae sola nobis exhibuit specimenis loco, leguntur p. 89. editionis, quae unica est, Hagae Comitum a. 1660. fol. vi etiam in authentico et autographo exemplari ipsius Syropuli manuscripto: vnde exemplum descriptum a Claudio Sarrauo habuit Isaacus Vossius, ab eo Robertus Creyghthonus, infidus iuxta et imperitus interpres, quo nemo fortassis umquam in interpretando infelicius nugatus est, adeo, ut ne quidem auctori nomen suum constare passus sit: tanta et tam inepta commentatus, ut Syropulum in Sguropulum verteret, contra manum auctoris, et omnium illius temporis actorum fidem. Quam ergo historiam Gennadio Graeculus quispiam imperitus, et eum sequutus Lambecius, adscripsit, ea Syropuli est, ut etiam postrema verba ab eo citata indicant: Ἐξ ἂν πέπεισμαι, ὡς ὁ παραχωρήσει ποτὲ ὁ Θεός, συζητῆν τὴν ἐν Φλωρεντίᾳ κακῶς γεγενημένην ἔνωσιν, quae leguntur extrema pag. 350. Nullius vero auctoritatis est subscriptio Theodosii, Norarii ecclesiae Constantinopolitanae, qui anno mundi 7071. Chr. 1563. librum transcripsit, ἐκ πρωτοτύπου παλαιῦ, quum autographum ipsum habeat bibliotheca regis christianissimi. Mirum sane fuisset, inter tot tamque diuersa Gennadii opera, quae in MSS. codicibus leguntur vel indicantur, et notitia opusculorum, quam habemus ab ipso Gennadio scriptam, non exstare ullam tam prolixi operis memoriam: praesertim quum in orationibus contra unionem, et disputationibus aduersus Latinos, tam multiplex illius citandi esset occasio.

tur, mea quidem opinione, indicare ipsum auctoris autographum; sed quodcumque aliud vetustum exemplar. — In eod. vol. VIII. pag. 1050 - 1061. codd. LXI. LXII. et LXIII. recensentur, qui continent *Acta concilii Ferrariensis et Florentini*, a. 1438. et 1439. celebrati: in illis sunt

(v. *Lambec. p. 1055. sq.*) *Georgii Scholarii* epistola ad graecos patres etc. et orationes III. ad concilium Florentin. supra memoratae. Confer infra, vol. XI. pag. 682. sqq. vet. ed. vbi, b. c. d. plures codd. laudabimus. *Harl.*

casio. Haec porro a nobis necessario dicenda erant, ne cui fraudem faceret Lambecius: [Kollarii admonitionem iam in nota memorauimus.]

Haftenus Eusebius Renaudotus. Fabr.

[Addamus aliorum scriptorum memoriam, duce praesertim *Allatio* de Georgio Scholario; add. *Oudin*.

In catenis patrum frequens fit mentio Gennadii s. Georgii Scholarii et fragmenta occurrunt. v. supra in vol. VIII. p. 645. §. V. p. 693. p. 696. §. XX. In pluribus catenarum codd. Coislinianis. vid. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 82. 251. 389. etc. in bibl. Bodlei. cod. *Barocc.* LXXVI. — In *Niconis* collectione variorum locorum scripturae S. et scriptorum ecclesiastic, in *Montfauc.* bibl. Coisl. p. III.

Gennadio perperam adscribitur *vita Gregorii Nazianz.* v. supra, vol. VIII. p. 432. — In *Niconis* collect. et cod. cit. memoratur Gennadii *vita Io. Chrysostomi*.

Εὐχὴ εἰς τὸν ἑνα καὶ τρεῖς ὑπόστατον Θεόν. lat. in bibl. patrum tom. IV. Paris. 1589. et alibi. *Allat.* v. supra in h. vol. p. 175. sqq.

Litteras, in sepulcro Constantini M. excisas, de excidio urbis et Turcarum imperio obstrusas ad illa tempora, nullique notas ipse primus exposuit et vulgavit. Edidit eas *Derrotheus*, Monembasiae metropolita, in fine sui chronici, Venet. ap. Io. Petr. Pinellum, 1637. 4. [rec. *Βιβλίον ἱστορικὸν περιέχον ἐν συνόψει διαφορὰς καὶ ἐξόχας ἱστορίας* etc. Venet. ap. Nic. Glykam, 1786. 4. p. 548. sq. *Harl.*] et *Matthaeus Cigala*, Cyprius, post nouam variarum historiarum synopsin, Venet. ap. Anton. Iulianum 1637. 4. Alii codd. vaticinium illud tribuunt Leoni sapienti. etc. *Allat.* Conf. supra, vol. VII. p. 695. sqq. et in not. s. iam citavi plures codd. ac p. 697. *Bandurii* edit. Add. cod. *Escorial.* teste *Plüro* in itinere. per Hispan. p. 169. — *Paris.* in bibl. publ. cod. CMXXXVIII. nr. 7. *Harl.*

Ad nondum vulgatā referuntur ab *Allatio* *Monodia de direpta CPoli per Turcas*, et prouocatur ad *Fabium Beneuolentium*, ac *Theodori Zygomalae* epist. ad *Crusium* a. 1581. datam in Tureo-Graecia p. 100. et addit iam *Allatius*; „an haec, ait, epistola eadem cum *Monodia*, quam *Angelus Iustinianus* (ap. *Fabium Beneuolent.*) legerat? an ex quinto capite pro decretis Florentinae synodi ἀποσπασματικόν; an separatim ea conscripsit *Gennadius*, dein, quum opus esset, iisdem, ne verbulo quidem immutato, more grauissimorum hominum, tamquam suis, in aliis operibus vsus est? Sane quae *Zygomala* retulit, in capite iam laudato verbatim exscripta sunt.“

Gaulminus in notis in *Eustathium* de *Ismeniae* et *Ismenes* amoribus commemorat *Gennadii* librum, cuius titulus est: ἐτίετα ἐκθεσις τῆς Ῥαμπλίας, ἣν ἔλαβον ἀπὸ τῆς βιβλίας Γενναδίου Πατριάρχης alia expositio *Ramplii*, quam habui ex libro *Gennadii*, patriarchae. *Gennadii* in *Ramplium* expositione non vno in loco vsus est *Ioannes Meursius* in *Glossario* graeco-barbaro. *Allat.* *Fabricius* vero sequentem subiecit notam: „Ῥάμβλιον titulus libri astrologici ex Persarum disciplina, σύνθεσις τῆς περσικῆς τέχνης τῆς Ῥαμβλίας. Diuiditur

tur in XII. σχήματα siue tomos, quorum ἀποτελέσματα describuntur. In MS. cod. Paris. reg. 99) subiicitur simplex explicatio; altera anonymi, hoc titulo: ἐρμηνεία τῆς περσικῆς τέχνης' altera isto: ἑτέρα ἐκθεσις τῆς Ῥαμπλίου, ἣν ἔλαβον ἀπὸ τῆς βιβλίου Γενναδίου Πατριάρχου. Sed ex his verbis incertum est, iudice Cangio, vtrum Gennadius auctor sit huiusce alterius expositionis, an illa descripta sit ex libro aliquo, qui desumptus fuerit ex bibliotheca Gennadii. Vide Cangii Glossarium graecum, p. 1281. vbi et ipse non duos, sed vnum eundemque Georgium Scholarium fuisse, qui iam Graecis, iam Latinis fuit, obseruat ex his verbis Marci Ephesii, archiepiscopi, ex eius ad Gennadium epistola inedita in cod. reg. 3118. Μάρκος Ἀρχιεπισκόπος Ἐφέσου εἰς Κύριον Γεώργιον τὸν Σχολάριον. Ὅσως ἡμᾶς ἐνέπλησας ἡδονῆς, etc. [v. supra Renaudot. de Gennadio §. 23.] Eadem produxit Allatius p. 88. contra Creyghionum et Renaudot. p. 53. Hactenus Fabricius.

Allatius nr. 9. commemorat Gennadium περὶ ψυχῆς, de anima, et ὑπάρξεως αὐτῆς, de existentia ipsius, Scoriaci in bibl. regia, VI. 8. 11. et é. 3.

Idem nr. 10. postquam acriter inuectus est in Marcum, Ephesinum antistitem, fusius loquitur de Gennadii responsione ad illius capp. syllogistica contra Latinos; de qua v. supra ad §. 3. de scriptis Gennadii et alibi,

Nr. 11. 12. 13. Gennadii de catholica fide, de S. Trinitate et alia, de quibus ad Renaudot. de scriptis Genn. egimus.

Nr. 14. De Georgio Plethone, Gennadii aduersario. Conf. Schroeckh. Hist. eccl. christ. tom. XXX. p. 433. sq. et paullo post ad nr. 24.

Nr. 15. Gennadii ἐξήγησις εἰς τὸ βιβλίον τῆς Πορφυρίου, τὸ περὶ τῶν πέντε καθόλου, εἰτὲν τὴν εἰσαγωγὴν τῆς Πορφυρίου. Expositio in librum Porphyrii, qui est de quinque universalibus, vel in introductionem Porphyrii. Princ. Τέσσαρα τινὰ τῶ ἀνθρώπῳ ἐκ τῆς φιλοσοφίας προσγίνεται; MSS. autem Romae in bibl. Vaticana, Georgii Schol. prolegg. in logicam et in Porphyrii Isagogen. v. Montfaut. Bibl. biblioth. MSS. p. 9. A. — Florentiae in cod. bibl. Laurent. XVII. nr. 34. plut. 59. Porphyrii introduct. de quinque vocc. cum scholiis margin. (quorum nonnulla Scholarii nomen prae se ferunt,) et quibusdam praeliminaribus. v. Bandini cat. codd. gr. Laur. vol. II. p. 535. et conf. supra, vol. V. p. 735. sqq. ac mox nr. 16.

Nr. 16. Eiusdem ἐξήγησις εἰς ταῖς δέκα κατηγορίας τῆς Ἀριστοτέλους. Expositio in decem praedicamenta Aristotelis. Princ. ὅσα μὲν εἶδει περὶ τῆς φιλοσοφίας, καὶ ἐτι περὶ τῆς λογικῆς. Idem opus legitur in Vaticano cod. DCCCCXLII. p. 155. cum hoc titulo: Γεωργίῳ τῷ Σχολαρίῳ προλεγόμενα εἰς τὴν ἡτορικὴν, καὶ εἰς τὴν Πορφυρίου εἰσαγωγὴν ἐκ διαφορῶν συλλεγόμενα βιβλίων μετὰ ἰδίων ἐπιπαρασιῶν. Allat. V. supra, vol. III. p. 209. sq. p. 213.

99) [MMCDXIX. nr. 12. Rhamplius de persica arte sec. catal. MSS. regg. Paris. vol. II. p. 499. vbi nr. 13. subiicitur alia eiusdem e libro Gennadii, patriarchae, exscripta. Harl.]

p. 213. 216. et 494. — In cod. *Vossiano* CXXIX. f. nr. 2240. cat. MSS. Angliae, vol. II. *Georg. Scholar. de sensu Aristotelis circa animam et de ratione syllogismorum Aristotelis.* — *Parisi.* in bibl. publ. cod. MCMXLI. *Georgii Schol.* nr. 1. *prolegomena in logicam et in Porphyrii isagogen;* nr. 2. *expositio in Aristotelis categorias;* nr. 3. *expositio in librum de interpretatione.* — In bibl. *Escorial.* *Georgii Schol. praedicamenta in logicam et physicam Aristotelis.* v. *Montfaucon.* *Bibl. biblioth. MSS.* p. 619. E.

Nr. 17. Eiusdem *ἐς τὸ περὶ ἐμπνεύσεως ἐξήγησις.* *Expositio in librum de interpretatione,* ab Allatio iis, qui logicae operam nauant, valde commendata. — Addatur liber rarus: *Cursus optimarum questionum super philosophiam Aristotelis cum interpretatione textus sec. viam modernorum, at sec. cursum magistri Georgii: Per magistr. Thomam Bricot S. Theologiae professor. emendate,* sine notis typograph. fol. min. et *Cursus optimarum questionum super totam logicam,* (Aristot.) sec. rel. vti in superiore opere. v. *Ferd. Fossii* catal. codd. saec. XV. impressorum in bibl. Magliabechiana etc. tom. I. p. 416. et 417.

Nr. 18. Librum quoque *Guilielmi Porretani de sex principiis* e latino in graecum transtulit, et in decem praedicamenta commentario lect. 15. (ex interpretatione latina) „et haec quidem, ait, satis sunt ad deprehendendam causam, propter quam non fuisse reliqua praedicamenta pertractat. Verum tamen *Boëtius*, vel, ut plurimi adserunt, *Porretanus* quidam theologus. Nam qui opus illud ad Aristotelem deferunt, audiendi non sunt; de his sex principiis Aristotelem aemulatus conscripsit, quod ipse e latina in linguam nostram traduxi. Opus sane haud contemnendum.“ *Allat.*

Nr. 19. Scripsit etiam contra Nicolaum Cabasilam *ἀντιρρήσεις* et Allatius ipsius Gennadii testimonium ex eius responsione ad argumenta Marci Ephesini contra Latinos, ad quintum adtulit.

Nr. 20. Allatius testatur, in indice bibliothecae Mediolanensis se legisse, *Georgii Scholarii περὶ τῆς τῆ Γρηγορίου ψευδογραφίας.* *de falsa scriptione Gregorae;* sed docet, id esse pseudo-epigraphum, mendumque exscriptoris, aut illius potius, qui indicem concinnavit, et se aliquando, nisi memoria fallat, in MSS. legisse: *Φανερὸν περὶ τῆς τῆ Γρηγορίου ψευδογραφίας.* aliis vero, quibus conferendi codices data est facultas, relinquit diiudicandum, num eadem, an diversa a Mediolanensibus, sub Georgii Scholarii nomine diuenditis. Atque *Montfaucon.* in *Bibl. biblioth. MSS.* I. p. 497. inter codd. bibl. Mediolan. et libros *Georgii Schol.* eiusmodi libri nullam facit mentionem. — Quae scripta Gennadii theologica ex Bibliothecis Roberti Constantini Galli ac Gesneri nr. 21. nominat, ea iam supra ad Renaudoti diff. memorauimus.

Nr. 22. 23. Pleraque etiam e lingua latina in graecam traduxit. In bibl. Palatina habebatur interpretatio eiusdem in graecum sermonem, *Expositionem D. Thomae in Aristotelis libros de anima, et D. Thomae Aquinatis opusculum de ente et essentia* ab eodem Gennadio *graece versum, et commentariis ab eodem illustratum.* — *Florentiae* in cod. Laurent. XIX. nr. 12. plut. 86. *Thom. Aquin. in libros Aristot. de anima interpretatio,* gr. versa a Gennadio: et cod.

cod. XVII. nr. 8. plut. 87. eadem; tum in cod. XXVII. nr. 1. plut. 86. est *Gennadii enarratio in libr. magistri Thomae Aquinatis de esse et essentia*, dedicata ipsius praeceptoris, Matthaeo Camariotae: plura dabit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. III. p. 363. et 403. ac p. 370. sq. ubi quoque mentio fit libri, ab Allatio et Fabricio omissi, qui vero in eod. cod. XXVII. nr. 2. exstat:

Gennadii Schol. περὶ ἀνθρωπίνης εὐδαιμονίας, Ἀριστοτέλες καὶ Πλωτίνος συμβιβαστικόν, de humana felicitate conciliatio Aristotelis et Plotini. Inc. ἐν πρώτῳ τῶν ἡθικῶν Ἀριστοτέλες, etc.

Nr. 24. Item ἐκ τῆς διαλεκτικῆς τῆ μαγίστρου Πέτρου, τῆ Ἰσπανῆ, ἐρμηνεία Κυρεῖ Γεωργίου τῆ Σχολαρίου· *ex dialectica magistri Petri, Hispani, interpretatio domini Georgii Schol.* Inc. Διαλεκτικὴ ἐστὶ τέχνη τεχνῶν etc. Mediolani in bibl. Ambros. Allat. — *Matriti* in cod. regio LXXVI. fol. 121. eadem interpretatio Georgii Scholarii, et fol. 163. *De sophismatibus ex libris philosophi Thomae*, quem librum a Thoma Aquinate lat. scriptum, et a Georgio Schol. graece versum esse ostendit *Iriart.* in cat. codd. gr. Matrit. p. 276. In eod. cod. est *Georgii Gemisti* s. *Plethonis* liber contra *Scholarii* pro Aristotele obiectiones: tum in eod. cod. fol. 183. et 191. incerti auctoris, (quem *Iriarte* p. 278. *Georgium Schol.* esse suspicatur,) *synopsis syllogismorum* scil. hypotheticorum — *Vindobonae* in cod. cael. XXXIX. excerpta *ex dialectica Petri Hispani*, interprete *Georgio Scholario*, et *ex Thoma Aquinate de differentia inter essentiam et esse*, interprete eodem. v. *Lambec.* VIII. p. 818. sq. — In bibl. Ambrosiana Mediolan. *Georgii Schol. de octo partibus oratoris* interpretatio *ex dialectica. Petri Hispani* grammatica, de pseudographia et impietate Graecorum. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 497. B. — et p. 529. C. in ead. biblioth. *Georgii Schol. grammatica.* Add. supra, in hoc vol. ad §. 1. de vita *Gennadii* de *Georgii Curtesii Scholarii* scriptis grammaticis. — *Hactenus Allatius* de 24. Opp. quae adtribuerat *Georgio Schol.* s. *Gennadio.* Illis addantur:

Aristotelis libri VIII. physicae auditionis cum scholiis Simplicii, in compendium redactis a Georgio Scholario, qui postea Gennadius dictus est, Mosquae in cod. syn. VII. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosquens. p. 24. sq.

Ex *Renaudoti* diss. iam constat, *Allatium* a *Gennadio*, patriarcha CPolitano, discernere *Georgium Scholarium*, quem vocat schismaticum, et *Georgium Curtesium*, et pauca recenset scripta: multo plura relata sunt a *Renaudotio* et a me. Ex *Allatio* igitur tantummodo quaedam adiungere lubet. *Georgio Schismatico* adscribit opus, quod Londini 1624. 4. sine nomine typographi graece prodiit inscriptum: Γεωργίῳ τῷ Σχολαρίῳ σύνταγμα, ἐπιγραφόμενον Ὁρθόδοξο Καταφύγιον, τῷ ὑπερὸν γενομένῳ Γενναδίῳ μοναχῷ, τμήμα πρῶτον περὶ τῶν αἰτίων τῆ σχίσματος κατ' ἐπιδρομὴν, καὶ ὅτι τὰ κατὰ τὴν τρίτην σύνοδον σαφὲς ἀπόδειξις, τὰς Γραικὰς ὁρθὰς φρονεῖν. *Georgii Scholarii commentarius, inscriptus Orthodoxi Perflugium* — *Sectio prima de causis schismatis per transcursum, et plana demonstratio, Graecos recte sentire ex iis, quae in tertia synodo statuta sunt.* Id opus, post Florentinam synodum scriptum, *Allatius* valde condemnat, et abortum, qui parum cauto auctori excidisset, vocat, notat denique, MStum esse in biblioth. Paris. Vaticana, Palatina

et

et alibi passim. Fabric. in nota addit, id Londini editum esse cum aliis scriptis Graecorum, Nili, Georgii Palamae Thessalonicensis, Barlaami, Meletii Pigae, Maximi Marguñii, Gabrielis Seueri et Georgii Corossii. Tum, „ceterum, inquit, hoc Georgii Scholarii opus magnum paginarum 292. totum versatur in defendendo dogmate Graecorum de processione Spiritus S. atque vindicandis circa illud veteris ecclesiae doctorum sententiis. Incip. τὸν θεῖον λόγον καὶ τῆς ἀληθείας ἔφορον. Distinguitur in λόγος sex et capita LIII.“ Postea Allatius ex Posseuino memorat Georgii Scholarii *Monodiam in dormitionem S. Marci*, dein cod. Paris. in quo est eius oratio *de inani, absurda et incompressa, per permissionem dei, in nominatione fidei*; (v. supra Renaud. §. 12. de vita Gennadii;) porro eiusdem *canonem in Gregorium Palamam, Thessalon. archiepiscopum*, alibi laudatum, et eiusdem *orat. funebrem in despotam Porphyrogenetam Palasologum*, in cod. bibl. Mediceae; sed incertus est, num ea fuerit schismatici, an catholici. Sed haec sufficiant. Atque Oudin. l. c. p. 2488. sq. ex *Caroli Dufrenii, dom. du Cange* Glossario mediae et inf. Graecitatis, col. 1281. longum locum adposuit, ubi ille multos Gennadii libros, ab Allatio praetermissos, paullo latius recensuit. *Harl.*

III. GREGORIUS MAMMAS, Melissenus, imperatorum Ioannis et Constantini Palaeologorum a confessionibus, et ex hieromonacho atque protosyncello patriarcha CPol. ab A. 1445. usque ad illud tempus, quo urbis excidium praenidens, abdicatione sacro munere, ²²⁾ in Italiam anno 1451. aufugit atque post Romae sepultus est. De illo *Allatius* adversus Creightonum Exerc. VIII. et *Petrus Arcudius* lib. 2. Concordiae de sacramentis cap. XV. p. 112. sq. Scripta eius, quae mihi innotuere, haec sunt:

1. *Ad imperatorem Trapezuntiam* oratio siue epistola de sacris dogmatibus. Incipit: ἡμεῖς ὁ θεότατος βασιλεὺς. Edita graece et latine ab Allatio tom. I. Graeciae Orthodoxae p. 419 - 468. Rom. 1652. 4. *Fabr.* MS. *Venetis* in bibl. Marc. cod. DLXXXIX. v. catal. codd. gr. Marc. p. 309. — *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 11. plut. 10. v. cat. codd. gr. Laur. I. p. 483. — *Monatii* in cod. Bauar. XXVII. fol. 97. v. *Hardt.* in *Aretini* Beyträgen, a. 1803. part. 4. p. 10. *Harl.*

[P] 2. *Antirrheticus aduersus Marci Ephesi epistolam*, quam ad omnes Christianos ille pro non recipienda synodo Florentina scripsit. Incip. Τὸ μὲν προοίμιον τῆς αἰδεσίμης Ἐφέας. Prodiit cum Io. Matthaei Caryophylli versione ad calcem actorum Concilii Florentini Rom. 1612. 1638. et tom. vlt. Conciliorum Binii a. 1618. p. 691. et tom. XIII. *Labbei* p. 740. et tom. IX. *Harduin.* p. 601. *Fabr.* *Antirrheticus* et *Apologia* (nr. 3.) Ven. in cit. cod. v. cat. memor. p. 309. — *Antirrheticus* Paris. in bibl. publ. cod. MCCCXVI. nr. 1. *Harl.*

3. *Apo-*

22) In cod. *Coislin.* CXCH. fol. 94. Abdicatione patriarchae Gregorii; init. Μὴ προεβίβωσαν εἰς τὸν θρόνον τὸν πατριαρχεικόν v. *Montfaucon.* bibl. *Coislin.* p. 248. vbi quoque fol. 67. *Gregorii contra Latinos*

citatur. In cod. *Laurent.* XIV. nr. 13 plut. 10. dicitur quoque miracula edidisse: item in cod. *Bauar.* XXVII. mox citando. *Harl.*

Vol. XI.

D dd

3. *Apologia aduersus Marci Ephesi* ὁμολογίαν, siue confessionem, incipit: ὁ πῆς Ἐφεσίων πόλεως. Adhuc inedita, sed lecta Arcudio. *Fabr. Florent.* in cod. Laurent. cit. nr. 12. tum nr. 13. *Apologia* s. responsio ad epistolam Ephesi, e variis S. S. sententiis. inc. τὸ μὲν προοίμιον τῆς αἰδέσεως Ἐφέσῃς v. *Bandin.* l. cit. p. 484. et infra vol. XI. p. 679. ed. vet. — Vtraque apologia in cod. *Bauar.* et loco laudato p. 11. Posterior exstat, moneantibus *Bandin.* et *Hardt.* in ed. *Concil. Venet.* 1732. tom. XVIII. p. 753. sqq. et *Harduini* actis concil. tom. IX. p. 601. sqq. cum Ephesi epistola. Prioris autem apologiae auctor saepe vocatur Gregorius Scholarius. v. supra ad §. 11. de illius Greg. Schol. scriptis, nr. 3. *Romae* in bibl. Vatic. cod. *Ottobon.* *Gregorii Protosyncelli apologia in encyclica M. Ephesi.* v. *Montfau.* *Bibl. biblioth. MSt.* p. 187. B. — *Harl.*

4. *Confutatio Marci Ephesi capitum aduersus Latinos syllogisticorum.* Vsque ad caput XVII. Gregorius, cetera, Gregorio operi immortuo, Bessario absoluit. *Fabr.* Sed, vt supra ad §. de Gennadii scriptis iam animaduertere memini, haec confutatio Georgio Scholario alibi adscribitur. In cod. quidem *Ottobon.* bibl. Vatic. esse traditur a *Montfaucon.* in *Bibl. biblioth. MSS.* p. 185. *D. Marci Ephesi apologia Gregorii hieromonachi Protosyncelli, graece.* Adferuntur multae eiusdem Gregorii epistolae. Sed *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 14. plut. 10. et in cod. *Bauar.* XXVII. fol. 130. primo leguntur *Marci Eugenici* capp. syllogistica aduersus Latinos; tum actutum subsequuntur *Georgii Scholarii responsio ad ista, facta rogatu patriarchae Gregorii iunioris, confessoris,* et a capite XVIII. continuatio *Bessarianis.* Plura dabunt *Bandin.* et *Hardt.* locis citatis. — In cod. quoque DLXXXIX. bibl. *Marc. Venet.* ista confutatio adseritur *Georgio Scholario.* v. cat. codd. gr. *Marc.* p. 309. — *Florentiae* in bibl. *Medic. Laurent.* cod. XIX. nr. 22. plut. 7. exstat *Profectio fidei patriarchae Gregorii, quam propter calumnias edere coactus est:* atque *Bandin.* in cat. codd. gr. *Laur.* I. p. 264. suspicatur, auctorem esse *Gregorium Mammam Melissenum.* *Harl.*

5. Meminit etiam Gregorius, composuisse se *Apologiam pro quinque capitibus Florentini concilii,* illamque diuersam esse ab eorumdem quinque capitum defensione, quae Gennadii siue Georgii Scholarii nomine legitur, Arcudius probat non contemnendis argumentis.

Cum hoc Gregorio non confundendus *Gregorius Chius,* hieromonachus et ipse protosyncellus, recens scriptor graecus, Latinis insensus, cuius *synopsis dogmatum ecclesiasticorum* editam Venetiis a. 1635. 8. ^{a)} citat *Allatius* in consensu III. 17. et 18. p. 1297. 1299. 1301. 1341. 1346. et de quo dictum in diatriba de Georgiis, infra p. 817.

IV. NICEPHORVS BLEMMYDES, abbas, doctrina, auctoritate et virtute egregius, qui a. 1255. delatum patriarchae CPol. munus constanter respuit, hoc loco mihi est commemorandus, quoniam Io. Veccus professus fuit, se lectis eius scriptis permotum esse,

a) Secundum cat. biblioth. Leidenensis, in qua exstat illa synopsis editio, bis p. 73. et 80. ea prodit Venet. 1636. 5. Sec. *Procopium* de erudi-

tis gr. (infra in vol. XI. p. 777. vet. ed.) scriptum opusculum *de septem sacramentis.* *Harl.*

esse, vt a Photianis partibus ad *Λατίνους* accederet, quemadmodum supra dictum p. 340. ed. vet. De eodem Blemmyda consulendi *Stephanus de altimura* siue *Michaël le Quien* in panoplia contra schisma Graecorum p. 360. seq. [et alii, iam citati supra, vol. VII. p. 670. sq. vbi copiose agitur de Nicéph. Blemm. eius scriptis horumque edd. aut codd. *Harl.*] *Orationem* eius de veritate citat Nicolaus Comnenus p. 356. Praenot. Myſtagog. et *Orationem I. de mysteriis* p. 173. et 258. *Exegesis in Psalmos et Cantica S. Scripturae* MSta in bibl. Coislinaiana [v. supra l. c. p. 672. not. qq] Parisiis, et apud Scipionem Maffeuum Veronae, qui in epistola ad Apostolum Zenum, (*Giornale de letterati d'Italia* Tom. VI. p. 478.) testatur, *Geographiam* Blemmydae MStam [P] exſtare in bibl. regia Taurinenſi. [v. supra, l. c. p. 673. et *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 598. sq.] Ex *libris duobus de Spiritu S.* quos *Allatius* tom. I. Graeciae Orthodoxae graece et latine edidit, non vtrosque dicatos Theodoro Lascari, (vt contra Graecos libro quarto adfirmat Manuel Caleca,) sed priorem Iacobo Bulgariae episcopo inſcriptum reperit etiam *Pachymeres* libro VI. Historiae, perinde vt in ſuo codice *Allatius*. [v. supra l. c. p. 670.]

V. ESAIAS CYPRIVS, cuius epistola aduerſus Nicolaum τὸν Σαλουργίαν, pro probanda proceſſione Spiritus S. e patre et filio edita eſt graece et latine ab *Allatio* tom. I. Graeciae Orthodoxae p. 396 - 399. Incipit: καὶ ὁ γράψας καὶ ὁ διδάξας τὰ τεμάχια ἑκείνα. Vixit temporibus Ioannis Palaeologi, circa a. 1430. *Fabr.* Infra p. 511. vet. ed. haec addidit *Fabric.* *Eſaias Cyprii* orat. de *Lipsanomachis* MS. exſtare Romae in Collegio S. L. inter codd. Andreae Eudaemono Ioannis testatur *Nic. Comnenus* p. 242. — *Lamius* in *Deliciis eruditor.* a. 1739. p. 236. ſqq. edidit gr. ac lat. binas Mich. Glycae epistolas ad Eſaiam, et hunc in praefat. p. XXI. opinatur, eſſe Eſaiam Cyprium, qui etiam nominatur Monachus et Domesticus. Conf. *Wharton* ad Cauei hiſt. litt. SS. eccl. II. in adpendice p. 131. de *Nicola Scelengia*, ad a. 1430. contra quem ſcripſit Eſaias. — De *Eſaia monacho*, asceta, item abbate, atque ſcriptis v. supra, vol. IX. p. 282. ſqq. Codd. ibi citatis adde ccd. *Monac. Bauar.* LXIII. fol. 99. ſqq. *Eſaias presbyteri et anachoretae praecepta ad fratres*, qui cum ipſo erant, ſ. sermones 31. quorum ſingulorum argumenta protulit cl. *Hardt* in *Aretini Beyträge* etc. a. 1804. part. 3. p. 4. ſqq. et, quomodo ordo sermonum aliaque differant ab editione illorum in bibl. PP. Lugdun. tom. XII. p. 384. curate indicauit. v. *Walchii* hiſtor. eccl. germanice ſcriptam, tom. X. p. 116. In catal. libror. ſyrorum Ebedieſu cap. XLII. *Abbas Iſaias* dicitur confeſſiſſe vnum librum. Atque *Aſſemannus* in bibl. orientali, tom. III. part. I. p. 46. ad illum locum plura de eo adnotauit. Eum, ſcripſit, fuiſſe *Scetenſem* abbatem, et aequalem Macarii Aegyptii, Poemenis aliorumque, exeunte ſaeculo quarto: in primis commemorat plures codd. in tom. I. et II. ab eo iam citatos: n. graece, ſententiae 3. in tom. I. bibl. orient. p. 604. et capita 5. in tom. II. p. 514. arabice, sermones 2. in tom. II. p. 511. et ſententiae 14. in Paradiso arabico, in tom. I. p. 585. in cod. 2. Beroeenſi; ſyriace in cod. Nitrenſ. XVIII. in tom. I. p. 567. sermones 10. in cod. Nit. XIX. ib. p. 568. alii sermones 4. — in cod. ſyr. VI. ibid. p. 609. *Sermones vniuerſim viginti*, qui tamen a memoratis differunt: idemque ſingulorum argumenta indicat. — Alius *Eſaias*; martyr-ium eius vid. cod. *Vindobon.* XI. nr. 24. in *Lambec.* comment. vol. VIII. p. 182. ſq. et illo notante *Bolland.* *Acta Sctor.* d. XVI. Febr. — *Iſaias*, episcop. Naucrati inter eos, qui

Gennadii epistolae encyclicae ad omnes metropolitanos subscripserunt, nominatur in cod. Vindob. XLIV. nr. 35. in Lambecii comm. vol. VIII. p. 893. Harl.

VI. AGAPIVS, Cretensis monachus, in monte Atho circa a. 1640. vixit, scripsitque librum, qui ex graecis et latinis collectus scriptoribus vulgari graeco et arabico idiomate fertur, et αμαρτωλῶν σωτηρία, peccantium salus, inscribitur, atque auctoris sumtibus illo, quo dixi, graeco vulgari idiomate editus est Venetiis apud Antonium Iulianum a. 1641. 4. Ex quo aliqua produxit *Antonius Arnaldus* in opere de perpetua ecclesiae fide circa Sacramentum Eucharistiae, nec non *Rich. Simon.* ad Gabrielem Philadelphiensem pag. 131. sq. 286. 291. sq. atque in epistolis selectis, gallice editis, tomo secundo epist. 7. p. 46. et epistola II. pag. 69. et 75. Arabicae versionis meminit *Michael Nau* in vera effigie ecclesiae romanae graecaeque p. 125. Eiusdem *Agapii* quoque exstant νέος παράδεισος, siue vitae Sanctorum, Venet. 1641. 4. ^{b)} et Θαυμάσια τῆς ὑπεραγίας Θεότητος, miracula sanctissimae Deiparae, item idiomate graeco-barbaro scripta atque edita, ex quorum partis tertiae p. 429. locum produxit *Ioh. Wulferus* ad tractatum Mishnicum Schekalim p. 117. ^{c)} In *Hendreichii* pandectis Brandenburgicis legas, *Agapium Caesareensem*, Eusebii Caesar. vitam scripsisse, teste Sozomeno ac Cassiodoro. Sed in Cassiodori Historia tripartita IV. 13. Agapii nomen male irrepsit pro Acacii, quod ex Socrate II. 4. reponendum. *Agapio* in Caesareensi episcopatu Eusebius successit. [v. supra ad vol. VII. p. 336. not. c.] Fuit et *Agapius*, Marnetis discipulus, ^{d)} de quo *Petrus Siculus* in hist. Manichaeorum, et qui de eius scriptis et erroribus consulendus Photius cod. CLXXIX. Praeterea *Agapius Massalianus*, de quo idem cod. LII. [et supra, vol. X. p. 696.] nec non *Agapius*, philosophus Atheniensis, Procli discipulus, de quo Suidas, et non diuersus fortasse ab eodem *Agapius*, medicus ac rhetor clarus Alexandriae et CPoli, de quo idem Suidas et ex Damascio Photius cod. CCXLII. *Fabr.* Conf. infra in elenchio medicor. vett. in vol. XIII. p. 41. et *Eudociam* in Ἰωνία p. 49. in *Villoison* Anecd. gr. tom I. et p. 55. de *Agapio*, philosopho Atheniensi. — Eustathii cum duobus filiis, *Agapio* et Theopisto, martyrium. v. supra, vol. X. p. 227. Acta Sctor. m. Septembr. tom. VI. p. 127. et *Kollarium* ad Lambecii comm. vol. VIII. p. 515. — Martyrium S. Bassae et filiorum eius, Theognidis, *Agapii* et Pisti s. Fidelis. v. supra, vol. X. p. 206. — *Agapii* martyrium in cod. Vatic. citato ab *Assmanno* in bibl. orient. tom. III. p. 18. not. 9. et p. 10. in cod. syriaco Nitriensi. *Agapius*, patriarcha Graecorum Antiochenus. v. *Assmann.* bibl. orient. tom. II. p. 351. §. 32. Harl.

VII. GEOR.

^{b)} V. supra, vol. X. p. 132. vbi quaedam suppleta sunt. Harl.

^{c)} Conf. supra ad vol. VIII. p. 23. sqq. praecipue longum locum ex *Villoisonii* litteris, ad me datis, de *Agapii* libr. Γεωπονικόν, cuius caput CLXXXVII. citat *Cangius* p. 1334. Glossarii graeci, et huius edd. de *Agapio* ipso eiusque scriptis. — Ab *Adelung* in: Fortsetzung vnd Ergänzungen zu Ioechers allgem. gelehrt. Lexicon, vol. I. p. 291. ex catal. bibl. reg. Paris. adferuntur quoque *Theototarium ecclesiae graecae*;

graece, ex edit. *Agapii*. Venet. 1643. 4. et *Liber vocatus Thecarias*, s. liber precum de S. S. Trinitate, in usum ecclesiae graecae, graece. Venet. 1643. 8. Harl.

^{d)} Vide Volum. IX. p. 436. *Fabr.* s. vol. X. p. 729. ed. nou. Scripsit iste librum *mysteriorum heptalogum*: v. *Lambec.* V. p. 254. nr. 6. ibique *Kollar.* Plura de hoc *Agapio*, eius aetate, (ex eunte saeculo tertio,) eiusque scriptis leges in diss. prima p. 1. sq. subiecta *Canei* Hist. litter. S. S. eccl. tom. II. ed. Basil. Harl.

[P] VII. GEORGIVM PACHYMEREM licet schismatis propugnatorem arguat *Allatius* de Georgiis infra p. 718. tamen in Graecia Orthodoxa tom. I. p. 390-395. graece et latine edidit eius scriptum *adversus eos; qui dicunt: ὅτι διὰ τῆς λέξεως Πνεῦμα Υἱῶ, διὰ τὸ ὁμοῦσιον, ἢ διὰ τὸ χειρωθεῖσθαι ὑπ' αὐτῆ τοῖς αἰχίοις. Ideo dici Spiritum Filii, quod habeat eandem atque ille naturam, vel quod dignis ab eo suppeditatur. Fabr.* Conf. supra, vol. VII. p. 775. sqq. et 782. sqq. et *Allatium* infra in h. vol. p. 704. sqq. vet. edit. In *Introduct. in histor. L. gr. tom. II. part. I. p. 524.* plura scripti de illo. *Harl.*

In eodem tomo I. pag. 469 - 536. exhibet GEORGII TRAPEZUNTII librum ad Ioannem Cuboclesium, *de processione Spiritus S.* Incipit: ὡκνῶν μὲν πρότερον πρὸς σὲ γρά-
φω. Nec non eiusdem ad hieromonachos et sacerdotes insulae Cretae, *de processione Spiritus S. et de una sancta et catholica ecclesia.* p. 557 - 582. Incipit: Σίμων ἱερομόναχος. Hunc Trapezuntium Graecis Λατινὸφροσι adscribendum nemo dubitat, de cuius ceteris scriptis infra p. 723. seq. De PETRI MEDIOLANENSIS scripto, quod in eadem Graecia Orthodoxa tom. I. legitur, dixi hoc ipso volumine in superiore cap. §. XV. et de NICETAE Byzantini Volum. VI. p. 430. [f. vol. VII. p. 746. nou. ed. De cod. Marc. DXXX. ibi citato et Nicetae opusculo adnotavit *Villoison* in *Anecdotis gr. tom. II. p. 250. sqq.* Add. de Niceta Byzantino *Cauai hist. litter. S. S. eccl. vol. II. p. 207. ad a. 1120.* atque *Oudin. comm. de SS. eccl. tom. II. col. 1070. sq. ad a. 1120.* vbi quaedam contra Caneum is monuit. — *Mosquae* sunt in cod. synod. CCCLV. *Nicetae Byzantini, philosophi, capita* et eadem in cod. CCCXCIII. *Nicetae Byzant. Patricii, philosophi et magistri (διδασκάλου) capp. syllogistica de processione Sp. Scti; inc. ποικίλη μὲν καὶ πολυσχιδής. v. Matthaei Notit. codd. gr. Mosquent. p. 235. nr. 10. et p. 250. nr. 16. Harl.] De CONSTANTINI MELL-
TENIOTAE, Volum. IX. p. 198. [f. vol. X. p. 400. ed. nou. not. n. supra ad cap. antec. VI. nr. 11. de *Constant. Meliteniota*, infra in h. cap. p. 436. §. XXXI. vet. ed. et de eius opere medico, infra, vol. XII. p. 780. ed. vet. *Harl.*] De GEORGII METOHITAE, Diaconi, scripto *Allatius* de Georgiis infra p. 671. ed. vet.*

MAXIMI CHRYSOBERGAE^{f)}, monachi, oratio ad Cretenses *de processione Spiritus S.* cum Latina Allatii versione claudit volumen secundum Graeciae Orthodoxae p.
D dd 3 1074-

e) Nat. a. 1396. mort. 1486. Conf. *Lambec.* VII. p. 201. qui in not. 2. „plura, inquit, de eo Georgio Trapez. vt et eius effigiem, aeri incisam, vide in *Analect. Vindebon. tom. I. p. 1196-1206.*“ ibid. p. 269. not. 3. et p. 347. sqq. — *Georgii Trapez.* epistola ad monachos Cretenses et sacerdotes de processione Sp. S. et de una sancta et catholica ecclesia: inc. Σίμων ἱερομόναχος τῆς τῶν Κυρίων. inedita: atque epistola ad Io. Palaeologum rom. imperator. de navigatione eius in Italiam; (edita gr. ae lat. cum *Simocatta* et *Phranza* a *Iac. Pontano*, Ingolstadt. 1604.) *Venet.* in bibl. Marc. cod. DLXXXIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 309. — Add. *Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. II. p. 2400. sqq. *Brucker*

in *hist. crit. philosoph. vol. IV. p. 65 sq.* inprimis *Apost. Zenon* in *Dissertatione Vossiani*, tom. II. p. 2. sqq. et *Christ. Ios. Iagemann* in: *Geschichte der freyen Künste vnd Wissenschaften in Italien* tom. III. part. 5 pag. 259 sqq. Pauca retulerunt de eo *H. Wharton.* in adpend. ad *Cauai hist. litt. SS. eccl. II. p. 149. sq. ad a. 1440.* *Schroeckh* in *hist. eccl. christ. tom. XXX. p. 165. sq.* *Saxius* in *Onom. lit. II. p. 411. sqq.* vbi multos alios laudat, et p. 575. ad a. 1430. circa quod tempus in Italiam venisse censetur. *Harl.*

f) De *Luca Chrysoberge* in superiore capite §. XV.

1074 - 1088. Incipit: *βελλόμενόν με, ὃ ἄνδρες Κρήτες*. Non parum ab hoc diuersus fuit *Maximus* ille, qui Nilum Damylae aduersarium et Graecorum dogmatum contra Latinos propugnatorem est expertus circa a. C. 1400., ipse variarum epistolarum ad Constantinopolitanos aliosque Christianos auctor. Vide volum. IX. pag. 679. *Fabr.* De *Maximo*, monacho graeco, aequali Damylae, v. *H. Wharton.* in adpend. ad *Cauei* hist. litter. SS. eccl. part. II. p. 87. — et de *Maximo* quodam monacho, *Caueum* l. c. in diss. I. p. 14. ed. Basil. Ille scripsit ad Nicephorum, magnae ecclesiae CP. chartophylacem, *περὶ διαφορῶν κεφαλαίων* s. *Quaestiones sacras miscellaneas*, quae, eodem *Caueo* adnotante, exstant gr. MS. in bibl. Vindob. cod. iurid. XI. nr. 3. fol. 51. sqq. — *Maximi monachi πρόλογος τῶν παρακεμένων ἐν τοῖς μετῴποις σχολίων*, in cod. Mosquensi CCCXI, v. *Matthaei* Notif. cit. p. 203. nr. 4. *Harl.*

IOANNIS CVBOCLESII orationem de processione Spiritus S. citat Nic. Comnenus pag. 306. Praenot. Mystagog. Is Georgio Trapezuntio aequalis, saeculo decimo quinto scripsit.

Sub saeculi tertii decimi initia clarus NICETAS Thessalonicensis, de cuius *dialogis sex de processione Spiritus S.* dixi volum. VI. pag. 434. [s. vol. VII. p. 756. nou. ed.]

[P] VIII. DEMETRIVS ὁ Κυδώνη, vt in Codicibus MSS. caesareis, regis christianiss. et Coisliniano et apud *Cantacuzenum* IV. 16. Δημήτριος ὁ Κυδώνη, et IV. 39. παρὲντες τῷ Κυδώνη, videtur ita cognomine potius adpellatus, quam *Cydonius* a Cydonia Cretae, in qua commoratus sit, vt visum *Lambecio* lib. V. p. 185. [p. 387 sqq. Koll. vbi multus is est de hoc Demetrio.] Ob similem causam ab aliis dictus Thessalonicensis ^{a)} vel Byzantinus: corrupte Verderio *Sydon* et Io. Iacobo Frisio atque Posseuino *Sidonius*. ^{b)} Ioannem Cantacuzenum, cui, imperium gerenti, carus ac familiaris fuerat, a. 1355. vna cum Nicolao Cabasila comitatus est, quum ille purpuram monastico habitu permutaret. Postea *Mediolanum* venit, Volaterrano teste, *vbi litteris latinis pariter et theologiae operam dedit. Postremo reuertens in Creta substitit, ubi, erogatis in pauperes bonis, in quodam ibi cosmobio persanctē, citra tamen professionem vixit.* Superfuit adhuc a. 1384. quum Manuel Palaeologus habenas capessuisset Imperii, et ad illum imperatorem litteras dedit. *Nicephonem*, hieromonachum, eundem esse cum hoc Demetrio, notauit *Caueus* parte secunda Hist. litterariae scriptorum eccles. ad a. 1357. *Fabr.* In *Cauei* hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 56. in adpendice, ed. Basil. ad a. 1357. *Henr. Wharton.* paucis recensuit vitam et quaedam scripta Dem. Cydon. et ibid. p. 59. *Robert Gerius* Whartoni narrationem partim correxit, partim suppleuit. Atqui *Gerius* scripsit, Demetrium Cydon, etiam dici *Niphonem Hieromonachum*. Praeterea de nostro, dili-

g) ὁ ἀπὸ Θεσσαλονίκης, in Codice MSS. epistolar. caesareo apud *Lambecium* lib. V. p. 184. [p. 385. sqq. ed. Kollar.] Sic et *Volaterranus* lib. XV. commentar. Urbanor. *Demetrius Cydonius Thessalonicensis, vir doctus aequae ac sanctus, graeca latinaque facundia praeditus.* Sed

Allatio p. 856. de consensu vtriusque ecclesiae, est Byzantinus.

h) [De libr. Demetrii Cyd. de processione Spir. Scti] vide *Lambecium* lib. I. p. 145. [p. 264. Koll. it. p. 272. de *Augustini* enchiridio, quod Demetr. gr. vertit. *Harl.*]

diligenti Græcorum veterum, inprimis Platonis imitatore egerunt *Du Pin* in hist. eccles. vol. 12. p. 94. *Casim. Oudin.* in comment. de SS. eccles. ad a. 1350. tom. III. col. 996 - 1005. — *Io. Fabric.* in hist. bibl. Fabric. part. II. p. 227. *Saxius* in Onom. litter. part. II. p. 373. et in analect. p. 570. citat præterea *Laur. Metum* in vita Ambrosii Camaldulensis, p. CCCLVI. sq. Add. quæ scripti in introd. in hist. L. G. II. part. 1. p. 536. sq. *Harl.*

Ex eius scriptis exstant: 1) *Epistolæ*, ex quibus vna ad Nicephorum Gregoram, et altera ad Philotheum, patriarcham (qui ab A. 1362. ad 1376. fuit,) CPolitanum edita est græce et latine a *Ioanne Boiuino* ante tomum primum Historiæ Nicephori Gregoræ. Paris. 1702. fol. Duas ad Philotheum MStas in codice regio MCCCXXXIV. memorat *Labbeus* p. 99. bibl. nouæ MSS. Alias XXX. seruat biblioth. Coisliniana p. 428. sq. decem ad Manuelem imperatorem, tres ad Cabasilam, tres ad Georgium philosophum, duas ad Caloserum, singulasque ad despotam, Protosebastum, magnum Domesticum, Oeneotem, et scribâs imperatoris, præterea singulas ad Isidorum Glabam episc. Thessalonicensem, Alexium Calandrenum, Prochorum fratrem, Phacrasum magnum primicerium, Astram et Asanam. Vnam denique sine inscriptione. Est etiam in bibl. regis Galliae teste *Labbeo* p. 296. Bibl. nouæ MSS. epistola pro Caucadeno Theodoro, ad quemdam, qui plurimum poterat apud imperatorem. Alias tredecim MStas seruat bibliotheca caesarea, [in cod. CCLXI. nr. 4.] dignas supplemento [?] corporis historiæ Byz. inferi, iudice *Lambecio* V. p. 184. [p. 385. not. 3. ed. Kollar. cuius not. conf.] ex quibus nouem sunt datae ad Manuelem Palaeologum imp. (qui fuit ab a. 1384. ad 1419.) ceteræ singulae ad Chium medicum, ad magnum chartophylacem, Ioannem Tarchaniotam et Despotam Theodorum. Illæ nouem ad Manuelem imp. habentur etiam in codice Barocciano XC. [Vna ep. ad Cabas. est quoque in cod. caes. CCLXVII. 32. v. *Lamb. V.* p. 441.] Nescio, nosterne Cydo siue Cydones intelligatur, vbi inter MSS. Isaaci Vossii memorari videas Gabrilopuli ad Cydonem et Cydonis ad Gabrilopulum epistolam, cum canonibus ad captandas umbras aequales et inaequales: in catalogo bibl. Leidensis p. 397. nr. 45. *Fabric.* In Nicephori Gregoræ historiâ Byzant. excerpta ex scriptis Demetrii Cydonii et in elogiis, ab editore præmissis, Dem. Cyd. epistolæ ad Philotheum. v. supra, vol. VII. p. 655. — Binae epp. nunc primum editæ, altera *Nili Cabasilas*, altera *Demetrii Cydonii*, progr. auctore *Chr. Frid. Matthæi*. Dresdae 1789. 4. — Item vir doct. ex cod. Mosq. typogr. synod. XIII. edidit octo epistolas Dem. Cydone ad Manuel. Palaeologum, imper. in libr. inscripto: *Isocratis, Demetrii Cydone et Michaelis Glycae aliquot epistolæ* — ex codd. edidit, et animaduers. adiecit *C. F. Matthæi* Mosquæ, 1776. mai. 8. In animaduers. p. 172. ipsi videntur Demetrii Cyd. epistolæ illæ multis multorum præferendæ „cum propter elegantiam et puritatem sermonis græci, tum quia multum est in eis τὸ μετὰ τῆς χάριτος καὶ τῆς ἠθικῆς ἀνδρείου τοῦ καὶ ἀφελῆς.“ Idem V. C. mentionem facit illius cod. et codd. CCCXXIII. nr. 14. atque CCCXXIV. in quibus exstat vna Demetrii epistola in Notit. codd. gr. Mosquens. p. 310. n. 7. et p. 212. — In cod. *Coislin.* CCCXV. sunt 36 epistolæ, a Fabricio partim memoratæ et alia Demetrii Cydonii opp. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 428. sq. et p. 455. quatuor epistolæ anonymi ad Cydon. in cod. CC. XLI. — Paris. in bibl. publ. cod. MCCXIII. nr. 30. 36. 37. et 39. variae epp. — in cod. MCCCX. nr. 4. et 5. duæ ad Philotheum epp. — in cod. MMDCLXXI. rr. II. episto-

epistola ad Theodoritum, monachum, et nr. 12, alia ad quemdam, non nominatum. — *Venetis* in bibl. Marc. cod. DIX. epistola ad Iosephum Bryennium: inc. τῶν μὲν σῶν. Sequitur epigramma in sepulcrum Demetrii Cydonii: inc. Κόσμος, ὃς ἦν Φύσεως. v. cat. codd. gr. Marc. p. 273. — *Taurini* in bibl. reg. cod. CLXXIX. epistolae septemdecim: tres ad Ioasaph; tres ad Manuel. imper. vna ad Cabasilam vna ad magnum chartophylacem; vna ad Nilum, patriarcham; vna ad medicum; vna ad Purophilum; sex, nominibus non additis. v. cat. codd. gr. Taur. p. 266. sq. — *Romae* in bibl. Vatic. *Dem. Cydon. ad Nicephorum Gregoram.* v. *Montfauc.* Bibl. bibl. MSS. p. 146. A. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XII. nr. 24. plut. 57. quatuor eiusdem epp. vti suspicatur *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. II. p. 352. — ib. in cod. XXIV. nr. 9. plut. 59. epistolae XXII. quas recenset *Bandin.* l. c. p. 542. sq. — ib. in cod. XIII. nr. 25. et 27. duae ep. Nic. Cabasilae ad Cydonem, et nr. 26. huius epistola ad Cabasilam. v. *Bandin.* l. c. p. 107. et, hoc adnotante, eadem in cod. *Vindobon.* CCLXII. nr. 31. et 32. sec. *Nesfelii* cat. bibl. caes. Vindob. part. I. p. 368. et 369. *Harl.*

2. *Monodia*, siue comploratio ἐπὶ τοῖς ἐν Θεσσαλονίκῃ πεσῶσι, de ciuibus, qui infidio, seditione ac tumultu intestino Thessalonicae A. C. 1343. sub imperio Ioannis Cantacuzeni perierunt. Graece et latine exstat inter scriptores post Theophanem in corpore historiae Byzantinae p. 385 - 392. [p. 317. sec. cat. bibl. Leid. p. 221. nr. 56.] edente *Francisq Combesio* Paris. 1685. fol. *Fabr.* Conf. supra, vol. VII. p. 683. nr. 8. ibique not. h. — *Monodia* in cod. *Paris.* MCCXIII. nr. 38. bibl. publ. — eadem in cod. *Coislin.* CCCXV. fol. 770. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 429. *Harl.*

3. Συμβουλευτικός. *Oratio ad Graecos deliberatiua*, de periculo, quod a Turcorum potentia et odio illis tunc imminabat, et de modis hoc auertendi illique occurrendi per concordiam cum Latinis, eorumque subsidium, nec non per fortem constantiam et cautam virtutem. Scripta haec oratio, profecto Romam imperatore, est *Ioanne Palaeologo*, non Manuelis F. vt visum *Combesio* p. 1281. quem sequuntur bibliothecae Patrum Lugd. editores T. XXVI. p. 515. D. sed filio Androniei Palaeologi, Io. Cantacuzeni genero, cuius professionem fidei, A. C. 1369. Romae editam, ad Vrbanum V. exhibet *Allatius* libro 2. de consensu vtriusque ecclesiae c. 17. p. 843. sq. graece et latine. Demetrii vero illam, quam dixi; orationem vtraque lingua edidit *Combesius* tom. 2. auctarii noui p. 1221 - 1281. Incipit: πρῶτον μὲν, ὃ ἄνδρες. Latine ex *Combesii* versione exstat tom. XXVI. bibl. Patrum, Lugd. p. 515. *Fabr.* In cod. *Coislin.* CCCXV. fol. 650. orat. a Fabricio citata, et fol. 679. συμβουλευτικός β'. inc. ἔδες μὲν, ὃ ἄνδρες Ῥωμαῖοι, μὴ περὶ τοιούτων. v. *Montfauc.* l. c. p. 428. — *Florent.* in cod. bibl. Laurent. cod. XXXIV. nr. 3. inc. πρῶτον μὲν v. *Bandin.* cat. cod. gr. Laur. II. p. 542. — *Paris.* in bibl. cod. MCCXIII. nr. 32. et 33. haec ac sequens oratt. *Harl.*

4. *De Callipoli*, claustro Chersonesi et Thraciae, (quam, a. 1357. iam a Turcis captam ^{a)} non diu post virtute aliorum Graeci receperant,) non tradenda *Murati*, eam pro pace

a) Vide Io. Leunclauui pandectas turcicas ad illum annum.

pace petenti. Incipit: *Ἰδοὺ μὲν ὁ ἄνθρωπος*, graece et latine in tom. II. auctarii noui Combesfiani p. 1284-1318. Et latine tom. XXVI. bibl. Patrum p. 523. *Fabr.* MS. in codd. Coisl. Paris. et Laurent. ad nr. 3. citatis. *Harl.*

[P] *Περὶ τῆ καταφρονεῖν τὸν θάνατον* ^{h)}. *De morte contemnenda* oratio, quam latine vertit *Raphaël Seilerus* Augustanus, et ex Io. Iac. Fuggeri bibliotheca cum Hermiae irratione primum edidit graece et latine Basil. 1553. 8. Incipit: *τὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τῆ σώματος χωρισμόν.* *Hieronymus Wolfius*, qui a. 1577. notas addidit, testatur in cod. bibl. Fuggerianae existisse libellum eiusdem argumenti auctore *Nemesio*, *Νεμεσίῳ λόγος, ὡς ἄλογός ἐστιν ὁ θανάτου φόβος*, e quo magna pars huius orationis sit transcripta vsque ad verba p. 485. *τοσαῦτα ἡμῖν εἰρήσθω.* Continet autem praeter hoc, quod promittit titulus, insignia argumenta pro confirmanda animorum immortalitate, et egregias adhortationes ad vitam ita instituentiam, ut ne, bestiarum more si vixerimus, non communem cum bestiis interitum in morte; sed grauiora post mortem supplicia horrere cogamur. Vtor editione, quae lucem vidit Basileae 1577. 8. in fasciculo scriptorum ⁱ⁾, cui titulus est: *Doctrina recte viuendi ac moriendi*, et qui prelo iterum subiectus fuit ibidem 1586. 8. Cum Aenea Gazaeo olim editam elegantem et philosophice christianam diatribem vocat *Barthius* p. 3000. Aduersar. respicit autem editionem Tigurinam a. 1559. fol. vbi inter theologorum graecorum veterum orthodoxorum scripta, Conrado Gesnero curante edita, occurrit post canones apostolorum, Ignatii epistolas, Athenagorae apologiam et librum de resurrectione atque Theophrastum Aeneae Gazaei graece et latine cum Seileri versione, subiunctam habens Hermiae irrationem et Agapeti paraeneticum. *Fabric.* Nouissima, eaque emendatior et docta nouaque recensio est curata a *Kuinoelio*, quae inscripta est: *Demetrii Cydonii opuscul. de contemnenda morte*, graece et lat. recensuit, emendauit, explicauit *Christi. Theoph. Kuinoel*, *S. S. Theol. cultor.* Lipsiae 1786. 8. — MS. in cod. *Monac.* Bauar. LVIII. fin. qui cod. olim in bibl. Io. Iac. Fuggeri adseruabatur. v. *Hardt.* in Aretini Beyträge a. 1804. part. 1. p. 38. — in bibl. *August.* Vindelic. v. *Reiser.* indic. MSS. illius bibl. p. 82. nr. 15. — *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCXIII. nr. 26. — in cod. *Coisl.* CCCXV. v. *Montfaut.* bibl. Coisl. p. 428. add. ad not. * *Harl.*

6. *Homi-*

^{k)} In codice caesareo inscribitur: *Δημητρίῳ τῷ Κυδωνίῳ λόγος, ὅπως ἄλογον τὸ τῆ θανάτου φόβος, ἀποδεικνύειν.* *Lambec.* V. p. 210. *Fabr.* Siue p. 436. ed. Kollar. nr. 16. cod. CCLXVII. — *Florent.* in cod. Medic. Laur. XXIV. nr. 4. inscr. *ὅτι ἄλογον τὸ τῆ θανάτου φόβος.* v. *Bandin.* cat. codd. graec. Laurent. II. p. 542. *Harl.*

^{l)} Scripta cetera sunt: Para Theaeteti *Platonis* cum Adolphi Oeconis versione latina. ²⁾ Libellus *Aristotelis* tributus de virtutibus cum versione Iu-

sti Velsii. ³⁾ *Georgii Gemisti Plethonis* liber de virtutibus quatuor: cum versione Adolphi Oeconis et commentario Anonymi, quem Hieron. Wolfium esse constat, nec non Virtutum exactiore divisione per Simonem Grynaeum. ⁴⁾ Ex *Nemesii* libro de natura hominis capita de voluptate et aegritudine, cum versione Nicasii Ellebodii. ⁵⁾ *Platonis* Axiochus cum eiusdem Hieron. Wolfii versione et notis, qui non dubitauit, post quinque alios interpretes hunc libellum de integro transferre.

6. *Homilia in S. Laurentium.* Incipit: *οἱ σὺφρονες τῶν ἐρασῶν.* MS. in codice Barocciano XC. [v. supra, vol. X. p. 267.]
7. *Homilia alia,* cuius initium: *τοῖς ὑπὲρ τῆ μεγάλης Θεῆ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν.* MS. in eodem codice. [v. supra, vol. X. p. 281.]
- [P] 8. *Solutio argumentorum quorundam circa incarnationem CHRISTI.* MS. in eodem codice. Incipit: *τὰ δὲ ἀνωτέρω πρὸς τῆτο.*
9. *In Pentecosten, de Spiritu S.* Incipit: *οἱ μετὰ τὴς γενναίας ἀγωνίας ἐσίοντες.* Meminit *Allatius* de consensu utriusque ecclesiae p. 857. Sermones in Pentecosten *Gelnerus* memorat p. 195. bibliothecae. *Fabr.* Conf. supra, vol. X. p. 308. *Harl.*
10. *In Adnunciationem b. Virginis* homilia, quae incipit: *Ὅσα τῶν πόλεων βέλονται τοῖς βασιλεῦσιν.* MS. in codice Barocciano XC. Oxoniae in bibl. Bodleiana et in bibl. caesarea, ^{m)} nec non in regis Galliae et codice Coisliniano CCXV. fol. 591. vbi notatur, eam non legi in ecclesia, sed ab ea improbari: *ὃ μὴ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενος διὰ τὸ τῇ καθολικῇ ἀγίᾳ ἐκκλησίᾳ ἀποδοκιμασθῆναι.*
11. *Prooemium,* cuius initium: *Ὅσοις ὁ Θεὸς ἄρχων ἐτέρων καὶ βασιλεύειν.* MS. in bibl. Coislinianae eodem codice p. 701. ⁿ⁾ Prooemia duo in Chrysobullum monasterii in Didymoteicho MS. regis Galliae cod. MDCCLIX. teste *Labbeo* p. 83. bibl. nouae MSS. et 296.
12. *Ad Barlaamum,* Hieracensem ab a. 1342. episcopum, (non ab a. 1303. vt *Canisius*.) *de processione Spiritus S.* cum Barlaami responsione, ex MS. codice Bavarico edidit latine *H. Canisius* T. VI. lection. antiquar. Ingolstadt. 1604. 4. [p. 4 f. in ed. Batnag. tom. IV. p. 369. sqq. *Harl.*] vnde recusa est tom. XXVI. bibl. Patrum Lugd. 1677. p. 10. Incipit: *Cum olim tu partibus nostris dimissis.* Confer *Bzouium* ad a. 1332. num. 5.
13. *Liber contra Gregorium Palamam,* in quo illius errores ex commentariis illius excerptos digere refellitque. Edidit graece cum versione sua et notis *Petrus Arcudius* in opusculis aureis Theologorum Graecorum, Rom. 1630. 4. recusis ibidem 1671. 4. [al. 1670. 4.] Etiam Ioannis Cyparissiotae libri octo contra Palamam in codicibus quibusdam tribui solent Demetrio Cydonio. [conf. *Oudin.* l. c. col. 1005.]

14. *Libor*

m) In cod. CCLXVII. nr. 17. notatur quoque *ὃ μὴ ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινωσκόμενος* etc. v. *Lambec.* V. p. 434. sq. — *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCXIII. nr. 31. — De cod. *Coislin.* v. *Montfauc.* in bibl. Coisl. p. 428. — ead. in cod. bibl. *Escorial.* v. *Pler.* Itinerar. per Hispan. p. 163. *Harl.*

n) In cod. illo *Coislin.* sunt duo prooemia in

Chrysobullum; prius, fol. 699. incipit: *πάντα μὲν ἀπλῶς ἀνθρώπων ὁ ἱερεὺς λέγει.* posterius, fol. 701. inc. *Ὅσοις ὁ Θεὸς ἄρχων.* v. *Montfauc.* l. c. p. 428. — Prooemia *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCXIII. nr. 34. Praefatio in auream bullam, concessam monasterio Servatoris; inc. *ἐν τῇ Διδυμοτάχῃ.* nr. 35. alia praefatio, in qua loquitur Ioannes Palaeologus. *Harl.*

14. *Liber de processione Spiritus S. aduersus Maximum Planudem in capita duodecim distributus, prodit graece et latine in eadem Arcudii collectione, vna cum aliis scriptis quibusdam Io. Vecchi, Bessarionis cardinalis, et Maximi Planudae. Fabr. **
15. *Alius liber eiusdem argumenti, diuisus in capita XLI. et rogatu amici cuiusdam compositus. Incipit: ἐπὶ ποσὶν τῆς αἰῆς φιλομαθείας. MS. in bibl. caesarea. Vide Lambecium V. p. 183. Fabric. siue p. 384. ed. Kollar. nr. 1. cod. CCLXI. add. Lambec. vol. I. p. 264. sq. — Mosquas in bibl. synod. cod. CCCII. nr. 61. is habet capita 42. teste Matthaei in not. codd. gr. Mosq. p. 197. — Venet. in bibl. Marc. codd. CLVI. et CLVII. v. cat. codd. graec. Marc. p. 89. et cl. Morell. in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. p. 92. — in bibl. Escor. cod. disputatio de Spiritu S. inter Graecos et Latinos. v. Plüer Itinerar. per Hispan. p. 165. Harl.*
16. *Alius liber eiusdem argumenti pro S. Thoma Aquinate aduersus elenchos Nicolai Cabasilae. Meminit Allatius lib. II. de consensu cap. 18. §. 5. qui etiam obseruat, laudari a Gennadio resp. ad VI. syllogismum [P] Marci Ephesii contra Latinos. Incipit: ἡ μὲν κατὰ Λατίνων προθυμία τῶ ἀνδρός. Occurrit etiam MS. in codice Barocciano XC. et in bibl. caesarea, vna cum epistola Demetrii Cydonii ad amicum, communicari sibi illud opusculum petentem, quae incipit: τὴν μὲν ἔσαν αἰτίαν εἰ βύβλος μαθεῖν, vt testatur Lambecius loco laudato. Fabric. in vol. V. p. 384. sq. ed. Kollar. nr. 2. et 3. cod. CCLXI. add. Montfauc. Bibl. biblioth. MSSr. p. 549. E. — Tum Venet. in bibl. Marc. cod. CLVII. v. cat. cit. p. 89. — Mosquas in bibl. synod. cod. CCCXCIV. nr. 19. v. Matthaei not. codd. gr. Mosq. p. 252. — Florent. in bibl. Laurent. cod. XVII. nr. 15. plut. 59. Dem. Cyd. oratio pro Latinis, soluens Graecorum obiectiones; quam profert contra syllogismos Thomae Cabasilas (Nicolaus) in suo libello aduersus Latinos. v. Bandin. cat. codd. gr. Laur. II. p. 532. et Montfauc. Bibl. biblioth. MSS. p. 234. D. Harl.*
17. *Nescio praeterea, vbi exsint Demetrii Cydonis Dialogi, Posseuino memorati tom. I. Appar. sacri p. 419. Fabr. An Demetrii Chrysoloras? Florent. in bibl. Laurent. cod. XII. plut. 5. exstat dialogus, (Demetrii Chrysolorae cum Demetrio Cydon. de angelis, de processione Spir. S. etc.) destruens orationem a Demetrio Cydonis scriptam contra Nilum Cabasilam: conf. plura, a Bandin. l. c. I. p. 32. prolata, et paullo post de Demetrio Chrysolora. Harl.*

E e e 2

18. Con-

o) *Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCXXVIII. nr. 2. *Maximi Planudae* capita quatuor de processione Spir. S. cum *Bessarionis* et *Demetrii Cydonii* responsione: et in cod. MCCLXX. nr. 6. *Maximi Planudis* capp. de process. Sp. S. e patre solo: subiunctae sunt capitibus singulis *Bessarionis* et *Demetrii Cydonii* responsiones. Sequuntur alia quaedam, ad concilium Florentinum pertinentia. vid. cat. codd. MSS. bibl. regiae, vol. II.

p. 161. et 270. — *ibid.* in cod. MCCLXVII. nr. 20. *Demetr. Cyd.* opusc. de processione Spiritus Scti. — *Monac.* in cod. Bauar. XXVII. sunt *Planudis* quatuor argumentationes de process. Spir. S. et totidem *Bessarionis* responsiones: his accedit *Demetrii Cydonii* testimonium de his capp. in margine positum. vid. *Hardt.* in *Aretini Beyträge* etc. a. 1809. part. 4 p. 8. *Harl.*

18. *Contra Eunomium, de diuinitate Filii*, quod laudat *Volaterranus* lib. XV. Commentar. Urban, et fuit in bibl. Scorialensi.
19. *Liber de vita, doctrina et miraculis Thomae Aquinatis.*
20. *Chronographiae sacrae compendium et genealogia Christi*, seruatoris nostri, ab Adam vsque ad eius adscensionem, arbore successuum expressa, quae memoratur in Alexandri Baruoëtii catalogo MSS. bibl. Scorialensis, et incendio illius bibliothecae a. 1671. periit. *Fabr. Genealogia Christi*, in cod. *Escorial*, teste *Plüero* in Itinerar. per Hispan. p. 165. In *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 618. D. sic indicatur: *Cydonii genealogia Christi et Mariae ab Adam per arborem et globulos genealogicos distincta. Harl.*
- [*Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XXIV. nr. 6. 7. 8. plut. 59. tres Demetrii Cydon. orationes exstant, a Fabricio non memoratae: v. *Bandin.* cat. cit. II. p. 542. scil.
- Orat. ad imperatorem *Cantacuzenum*: incip. Ἀννέγκαμεν, ὦ βασιλεῦ, τῶν συνεχῶν.
- Or. ad eundem: inc. Ὅτι μὲν τὰ παρόντα χρεὶ προσηπῆν.
- Or. ad imper. *Ioannem Palaeologum*: inc. Ἀρεῖς βασιλεῦ, πολλῶν ἀγαθῶν πολλὰκίς. *Harl.*]

Graece vertit. e latino.

21. *Richardi Florentini*, monachi Dominici, clari circa A. C. 1300. *Confutatio Alcorani Muhamedici*, quam cum latina versione Bartholomaei Piceni edidit Theodorus Bibliander in syntagmate scriptorum Anti-Muhamedanorum, Basil. 1543. fol. p. 83. Recusa Rom. 1606. 8. memoratur in catalogo bibliothecae Barberinae p. 322. Vide, si placet, quae de hoc opere dixi volum. VI. huius bibl. p. 691. *Fabr.* f. vol. VIII. p. 86. sq. ibique v. not. oo. add. *Fabric.* nostrum in Delectu argumentorum et syllab. scriptorum, qui veritatem religionis christ. — adseruerunt, p. 123. not. **. — *Oudin.* conmm. l. c. col. 1000. sqq. — Edit. *Alcoran.* cum confutationibus ex edit. *Theodori Bibliandri*, Basil. 1543. vberius recenset *Io. Fabr.* in Historia bibl. Fabric. part. II. p. 223. sqq. MS. quoque exstat in cod. bibl. *Vaticanae.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 12. D. *Harl.*
22. Etiam *Alcoranum* ipsum in graecam linguam transtulisse fertur Demetrius apud Gefnerum in adpendice Bibliothecae, edita Tiguri a. 1555. fol.
23. Ex *Augustini* sermonibus capita quaedam transtulisse, Gefnerus et alii memorant. *Fabr.* MS. *Romae* in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* l. c. p. 12. C. — et p. 708. D. de cod. bibl. *Sfortianae*, in quo sunt *Augustini* oratt. siue precesiones 37. conuersae ex latino in graec. ferm. a *Demetrio Cydonio.* — *Augustini Enchiridion* gr. versum a *Demetrio Cyd.* v. *Lambec.* I. p. 272. C. Conf. tamen *Schoenemann* biblioth. histor. litterar. patrum latinor. tom. II. p. 300. *Harl.*

24. *S. Thomae Aquinatis summam aduersus gentes. Fabr. Conf. Lambet. I. p. 266. sqq. et V. p. 364. nr. 4. cod. CCLVII. ex Th. Aquinatis libr. IV. de veritate catholicae fidei contra gentiles, et ex eiusd. summa theologiae capp. miscellanea 45. gr. versa. — Romae in cod. Vatic. v. Montfaut. l. c. p. 12. C. et D. — Th. Aquinatis primae partis summae quaestiones 49. priores versae, in cod. Barocc. LXV. auctor cat. MSS. Angliae etc. I. p. 7. liber, ait, ipse ἀντιγραφός. Planudi tamen tribuitur in catal. impresso, nescio, quo auctore. Nam Demetrius Cydon. vertisse librum Aquinatis, testatur Possuinus. — Florentiae in cod. Laurent XII. nr. 11. expositio articulorum fidei, edita a Thoma Aquinate, et nr. 12. ex eiusdem libro III. contra Graecos cap. 122. quod matrimonium inseparabile esse debeat, gr. vers. v. Bandini cat. codd. gr. Laur. I. p. 534. sq. — Paris. in bibl. publ. cod. MCCXXV. et MCCXXVII. Thomae Aquin. summae theologiae pars secunda, gr. versa, atque in cod. MCCXXVI. eiusd. summa aduersus gentes, gr. versa a Demetrio Cyd. vnde suppleri potest Fabr. bibl. med. et inf. latin. tom. VI. p. 238. ed. Mansi. Harl.*
25. Eiusdem Summae theologiae partem I. et II. MSS. in bibl. Vaticana et caesarea. [v. ad nr. antec.]
26. Librum *de contemptu mundi.*
27. *Anselmi Cantuariensis librum de processione Spiritus S. contra Graecos. Incipit: οἱ μετὰ τὰς γενναίους ἀγωνισαὶς εἰσιόντες. Meminit Allatius p. 857. de consensu. [in cod. Vatic. v. Montfaut. Bibl. biblioth. MSS. p. 12. C. Add. supra n. 9.]*
28. Eiusdem *Anselmi* epistolam de tribus quaestionibus ac praesertim de [P] fermento et azymo, ad Valerianum siue Waleraunum, Nurembergensem episcopum. Incipit: εἰδὲς βραχέα λέγω. Meminit Allatius loco laudato, Fabr.
- [Liturgiae s. Missae sec. ritum romanum partem graece versam esse a Demetrio Cyd. docet cel. Morell. in biblioth. MSta gr. et lat. tom. I. p. 50. et 52. de cod. Marr. XXXVIII. et addit, aliam Missae in natiuitate Domini sec. ritum Ambrosianum Demetrii gr. interpretationem vulgatam esse ab Antonio Fumagallio, monacho Cisterciensi, in collectione inscripta: *Raccolta Milanese*, Mediolani 1757. Harl.]

Alii p) Demetrii, circiter centum.

Demetrius *Adramytenus*, grammaticus; infra, Ixion.

Demetrius *Aetolicus*, de quo Strabo lib. X.

Demetrius *Alabaldus*, ex quo excerpta de notis ponderum et mensurarum edidit *Dionysius Gudofredus* in auctoribus latinae linguae pag. 1526. Fabr. *Veronae* in museo Scip. Maffei. v. Montfaut. Bibl. biblioth. MSS. p. 491. B. Harl.

E ee 3.

Deme-

p) Demetrios varios collegerat ante me Io. lib. V. sect. 83. sq. quorum obseruatis plura mea *Ionis* lib. 2. c. 18. et *Menagius* ad Laërtium adiunxi.

Demetrius Alexandrinus, mathematicus, cuius γεωμετρικὰς ἐπιστάσεις laudat Pappus Alexandrinus p. 95. Idem fortasse, quem de quaternario numero allegat Plinius XXVIII. 6.

Demetrius, sophista *Alexandrinus*, Fauorini amicus, Galeno laudatus, peripateticus, de quo Menagius ad Laertii V. 84. Hic fortasse auctor libri περὶ ἐρμηνείας, qui fertur sub nomine Demetrii Phalerei, ut notavi lib. IV. cap. 31. [f. cap. XXXIII. supra in vol. VI. p. 63. sqq. inprimis p. 65. nou. ed. *Harl.*] Eius τέχνας ἑηρογικὰς Laërtius loco laudato memorat.

Demetrius, Alexandrinus episcopus ab A. C. 190. ad 231. qui cyclum paschalem et ieiunia ecclesiae suae tradidit, de quo Photius cod. CXVIII. Eutychius et alii: ex recentioribus *Iobus Ludolfus* ad historiam Aethiopicam commentario p. 383. et 437. sq. atque *Eusebius Renaudotus* in historia patriarcharum Alexandrinorum p. 20. sq. *Fabr.* Conf. *Schroeckh.* hist. eccles. christ. part. IV. p. 33. (35.) et supra, vol. VII. p. 298. §. 13. ibique *Keilii* V. C. supplem. *Harl.*]

[**Demetrius, Alexandrinus**, cynicus philosophus. v. supra, vol. III. p. 515. sq. — Ibid. **Demetrius, Alexandrinus**, Theombroti discipulus. *Harl.*]

Demetrius Amisenus in Sidena Ponti regione, Ratheni F. mathematicus, quem laudat *Strabo* XII. p. 548.

Demetrius Amphipolites, Platonis discipulus. *Laërt.* III. 43. et 46.

Demetrius anagnostes, cuius grammatica graeca MS, Florentiae in bibliotheca monasterii S. Mariae, in codice decimi quarti saeculi. *Fabr.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 416. *A.* et eiusd. *Diar. italic.* p. 368. sq. *Harl.*

Andreas Demetrius, recentis aetatis scriptor, qui belgica lingua scripsit: Der Griechen organck en oderganck. Dordraci 1599. 4. Res gestas ducum veterum Atheniensium et Lacedaemoniorum vsque ad Alexandrum Magnum persequitur, quales a Cornelio Nepote, Plutarcho et aliis vetustis scriptoribus traduntur. *Fabr.* In bibl. reg. *Taurin.* exstare *Andrae Demetrii de prooemiis continnandis rhetoris opus*, gr. dicitur in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1334. *B.* *Harl.*

[**P**] **Demetrius Antigoni** citatur a Stephano Byz. in Κύριος.

Demetrius, Apameus siue *Apameensis*, medicus Caelio Aureliano pluribus locis laudatus, qui eius περὶ σημείων citat lib. V. cap. 9. de morbis chronicis. *Fabr.* v. infra in elencho vett. medic. vol. XIII. p. 136. sq. vbi quoque de aliis *Demetrii* medicis, n. de *Altaleo*, de *archiatro* quodam, (de quo conf. quoque supra, vol. IV. p. 346. et 359.) de *Bithyno*, *Chloro*, *Nigrino*, *Pepagomeno* et duobus aliis agitur. *Harl.*

Demetrius, Dianae seruus, *architectus* templi Ephesini, cuius mentio apud Vitruuium praef. libri septimi,

Deme-

Demetrius Aspendius, Apollonii Solensis discipulus, peripateticus. *Laërt.* V. 83.

Demetrius Attaleus siue *Attalensis*, medicus, quem laudat *Cosilius Aurelianus* II. 2. de morbis chronicis, et eius *librum signorum* III. 18. acut.

Demetrius Bithynus Diphili F., Panaetii stoici discipulus. *Laërtius* V. 84. Eius epigramma in Myronis bouem, *Anthologiae* lib. IV. 7. cap. 7. [v. supra, vol. III. p. 559. et vol. IV. p. 471. *Harl.*]

Demetrius Bithynus medicus laudatus Galeno IV. 7. de compositione medica, secundum genera.

Demetrius Byzantius, scriptor librorum de poëtis et poëmatibus, peripateticus, de quo *Vossius* in hist. graecis et *Menagius* V. 83. ad *Laërt.* Hunc, *Ionfius* lib. II. cap. 18. pag. 209. putat, esse Demetrium peripateticum, de quo Plutarchus in Catone minore pag. 791. 793. *Harduinus* vero Demetrium, quo vsus est Plinius libro 17. [v. supra, vol. III. p. 485. *Harl.*]

Demetrius Byzantius, qui libris XIII. scripsit Gallorum *διαβασις* siue expeditionem ex Europa in Asiam, et aliis libris VIII. Antiochi et Ptolemaei gesta Libyaeque sub ipsis administrationem. *Laërt.* V. 83.

Demetrius Calatianus, quem de terrae motibus scripsisse ait *Strabo* lib. I. p. 60. de Asia et Europa libros XX. *Laërt.* V. 83.

Demetrius Cantacuzenus, qui manu sua scripsit codices aliquot graecos circa a. 1474. *Fabr. Paris.* in bibl. publ. cod. MDCCXXXI. sunt *Demetrii Cantacuzeni*, Byzantii, *excerpta ex Herodoto.* *Harl.*

Demetrius Carthaginiensis, rhetor antiquissimus. *Laërt.* V. 83.

Demetrius Chalcedonius in prouerbia Salomonis MS. *Labbe* p. 79. et 386. bibl. nouae MSS.

Demetrius Chalcocondyles grammaticus a. C. 1510. octogenario maior defunctus Mediolani. *Fabr.* Conf. supra ad vol. VI. p. 334. sq. §. VIII. et p. 400. not. *gg.* vol. I. p. 414. ibique not. *mm.* — vol. II. p. 794. vol. IV. p. 431. — *Parif.* in bibl. publ. cod. MMDXCIII. exstat *Dem. Chalcond. grammatica.* *Humphr.* Hodijs de Graecis illustrib. lib. II. cap. 2. pag. 211 - 226. copiose persequitur vitam scriptaque Dem. Chalcond. *Christ. Ios. Iagemann* in Geschichte der freyen K. v. Wissensch. tom. III. part. 3. p. 556. sqq. *Harl.*

Demetrius chartophylax ad Nouellas Leonis et Constantini citatur a *Nic. Comneno* p. 382. praenot. mystagog. [v. ad Demetrium Chomatenum. *Harl.*]

Deme-

Demetrius *Chlorus*, grammaticus, qui citatur a Sexto Empirico lib. I. contra mathematic. sect. 84. et ab auctore scholiorum ad Nicandri theriaca. *Fabr.* Conf. supra, vol. IV. pag. 346. ibique not. g. et *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 295. B. *Harl.*

[P] Demetrius *Chomatenus*, Bulgariae metropolita, paullo ante captam a. 1204. a Latinis CPolin clarus, cuius responsiones quaedam de iure canonico exstant in iure graeco romano lib. V. de gradibus cognationis p. 311. ad interrogata Constantini Cabasilae, metropolitae Dyrrhaceni pag. 316. et de matrimonio cum consobrina eius, quam quis antea vitiauerit, ad Stephanum fratrem germanum, p. 410. Responsa ad Solitarium citat *Nic. Comnenus* p. 248. praenot. mystagog. qui in praef. virum iurisconsultissimum adpellat. *Fabr. Paris.* in bibl. publ. cod. MCCCLV. nr. 25. *Demetrii Chamateri* (in cat. MSS. regg. vol. II. p. 303. sed in indice, *Demetrii Chomateni*,) archiep. Bulgariae, adnotatio de cognatione. — *Vindobon.* in cod. caesar. XLV. nr. 27. de cognationum gradibus responsum epistolare. v. *Kollar.* supplem. ad Lambec. comm. p. 328. sq. — *Monac.* in cod. Bauar. LXII. capita 152. iuridica varii generis, praesertim ad ius canonicum pertinentia, quae singula diligenter recenset cl. *Hardt* in Aretini Bèytrâgen etc. a. 1804. part. II. p. 16-45. et, quoniam in inscriptione scriptum legitur: *Demetrii — archiepiscopi totius Bulgariae, Chomatiani* (Χοματιανῶν) *opuscula varia ποιηθέντα αὐτῷ χαρτοφύλακντι τῆς αὐτῆς ἀγιοτάτης μεγάλης ἐκκλησίας, quum esset eiusd. Sctiss. magnae ecclesiae chartophylax*, colligit, Demetrium chartophylacem a Chomatiano haud distinguendum esse: in eod. cod. (p. 45. sqq. in *Hardtii* recensione,) sequuntur nr. 153. quaestiones, (praesertim liturgicae,) *Constantini Cabasilae*, metropolitae Dyrrachii, et *Demetrii Chomatiani* responsa ad illas; nr. 184. quaestiones XIII. liturgicae, nondum editae, *Stephani Ducae*, regis Seruiorum, et *Dem. Chomatiani* responsiones; nr. 198. quaestiones canonicae πρὸς τὸν χαρτοφύλακα ἐκείνον. ad illum chartophylacem et responsiones ad easdem n. XXI. — In cod. bibl. *Escorial.* eadem opp. exstare videntur: Ita quidem in catal. in *Plüeri* Itiner. per Hispan. p. 165. indicantur: *Demetrii Chomatiani*, archiep. Bulgariae, varia opera elaborata, quum esset chartophylax, seu thesaurarius eiusd. ecclesiae. — *Mosquae* in cod. synod. CCCXCIII. nr. 7. est eiusd. *Demetrii Chomatiani* ἐρμηνεία εἰς τὸ ψαλμικὸν ἔητ' ἐν, τό' ἀνδρῶπος, ὡς ἐὶ χόρτος, αἱ ἡμέραι αὐτῆ etc. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 249. Conf. *Cauéi* hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 279. ad a. 1203. et *Oudin.* in comm. de S. S. eccl. vol. III. col. 12. sq. ad a. 1210. a quo, sequuto *Baron.* in tom. XII. annal. eccles. sub. a. 1193. p. 850. nominatur *Demetrius Chomaterus, Thessalonicensis archiepiscopus*, et additur, eum in codd. MSS. vocari *Chomatenum*. Eidem videtur opus, quod in cod. Bauar. (a nobis citato,) exstat, idem esse, quod MS. habetur in bibl. Heidelbergensis cod. CCXIX. *Michaelis Cumni*, metropolitae Thessalon. scriptum de cognationis gradibus; et, ubi, ait, *Mich. Cumnus* pro *Demetrio Chomateno*, vel *Chomatero* legitur. *Harl.*

Demetrius *Chrysoloras*.

Tres,

Tres, Chrysoloras cognomine, eodem fere tempore fuisse notandum est, (vt docet *Allatius* contra Creyghtonum p. 3. sq.) Manuelem, Demetrium et Ioannem. *Manuel* ^{q)}, scriptore Paulo Iouio in elogiis, post septingentos annos [immo diutius, v. *Hodium* l. c. p. 54.] in Italiam graecas litteras reportauit, et Byzantio emissus a Ioanne imperatore, Europae reges adiuit, pereunti Graeciae maturam opem imploraturus; sed Graecia praesenti metu liberata, quod Tamerlanus, terror Orientis, Baiezetem Ottomannum viuum cepisset, in Italia pedem sistit, et Venetiis primum, et mox Florentiae, Romaeque, ac demum vocante Galeatio principe, Ticini graecarum litterarum ingentibus praemiis studium excitauit, tanta felicitate, vt ex eius schola summae laudis ingenia prodierint. Inter quae fuerunt Leonardus Aretinus, Franciscus Barbarus, Pallas de Noferi, Strozzius Franciscus, Guarinus Veronenfis, Philelphus ^{r)} et Poggius. His adde Nicolaum Nicolum, Petrum Paulum Vergerium, Albertum Rubeum, Leonardum Iustinianum, Philippum Vgolinum, Ambrosium Camaldulensem, Andream Dominicum Florentinum, Antonium Corbinellum, Ianuocium Manettum, siue, vt eum vocat Leander Albertus, Ianettum Manettum. Postremo, quum Constantiae synodus, ad tollendam pseudo-pontificum controuersiam indicta, tanti spectaculi [P] cupidum exciuisset, Constantiae interijt: ibique tumulatus est in praedicatorum Monasterio ante aram, cuius legitur hoc epitaphium: *Manuel Chrysoloras Miles Constantinopolitanus ex vetusto genere Romanorum. Qui cum Constantino imp. migravit, vir doctissimus, prudentissimus, optimus, qui tempore generalis concilii Constantiensis diem obiit ea existimatione, vt ab omnibus sacerdotio dignus haberetur, die XV. April. conditus est anno MCCCCXV.*

Ile

q) Huius Manuelli Chrysolorae elogium in *Roberti Creyghthoni* praef. ad synodum Florentinam Siluestri Syropuli, qui sect. II. c. 7. Manuellis etiam meminit, licet in latina versione *Michael Chrysoloras* exhibeatur. Videndi praeterea *Isaacus Bullart* Academ. des sciences tom. I. pag. 265. *Paulus Freherus* theatro virorum doctorum p. 1423. sq. et viri clarissimi, qui historiam concilii Constantiensis tradiderunt, latine quidem *Hermannus ab Hardt* prolegom. p. 10. sq. et gallice *Iacobus Lenfant* lib. 2. p. 125. Andreae Iuliani oratio dicta in Chrysolorae funere et edita ab eodem Lenfantio ad calceem Poggianorum p. 327. Idem denique *Hermannus ab Hardt* in memoria Chrysolorae Byzantini, qui A. 1390. graeca studia in Occidente suscitauit primus; et *Wesseli Groningensis*, Helmst. 1718. 8. *Fabr.* De eo multo plures egerunt; scil. *Hanckius* de scriptor. rerum Byzantin. cap. XXXVII. p. 626. sqq. — *Io. Moller.* in Homonymoscopia, sect. II. cap. 5. §. XIV. p. 430. sq. *Henr. Wharton.* et *Rob. Gerius* in adpend. ad *Causi* Histor. lit. S. S.

Vol. XI.

eccl. vol. II. p. 81. ad a. 1389. — *Humphr. Hodius* de Graecis illustrib. lib. I. cap. 2. p. 12. 63. qui Iouii narrationem valde castigat emendatque. — *Christ. Frid. Boerner.* de doctis hominibus Graecis, litterarum graec. in Italia instauratoribus, Lips. 1750. p. 1-35. — *Iagemann* in: Geschichte der freyen K. u. Wissensch. in Italien, tom. 3. part. 3. p. 543. sqq. qui praecipue laudat de eo optime agentem, *Franc. Anton. Zachariam* s. *Zaccariam* in bibl. di Storia letter. tom. III. part. 2. p. 440. sqq. — *Iac. Brucher.* in Hist. crit. philos. tom. IV. p. 5. sq. et in adpend. siue vol. VI. p. 675. sqq. *Hamberger.* in zuverl. Nachricht. tom. IV. p. 649. sqq. et *Saxius* in Onom. lit. part. II. p. 389. sq. ad a. 1400. ac p. 573. qui alios praeterea VV. DD. laudarunt. Add. infra ad not. *) *Harl.*

r) Conf. *Foppii* histor. vitae etc. Fr. Philelphi, in Miscell. Lipsiens. tom. V. Lips. 1717. 8. p. 325. *Harl.*

F ff

*Ille ego, *) qui Latium pristae imitauer artes
Explofis docui sermone ambagibus, et qui
Eloquium magni Demosthenis et Ciceronis
In lucem retuli, Chrysoloras nomine notus,
Hic fitus, emoriens peregrina sede quiesco.
Huc me concilii deduxit cura, trium dum
Pontificum ecclesiam vexaret schisma per orbem.
Roma meos genuit maiores, me bona tellus
Byzantina tulit, cineres Constantia seruat.
Quo moriare loco, nil refert. Vndique coelum
Poenarumque locus mensura distat eadem.*

Notat Iouius, nulla opera praeter *Artis grammaticae regulas*, *) grauioris doctrinae monimenta reliquisse. Ego ipsius *comparationem veteris et nouae Romae*, nec non *epistolas*, alteram ad Ioannem Chrysoloram, alteram ad Demetrium Chrysoloram, graece scriptas elegantissime, editasque a *Petro Lambecio* in postrema Codini impressione de antiquitatibus Constantinopolitanis, Paris. 1665. fol. [rec. inter scriptor. Byzant. histor. tom. XVIII. p. 81. ed. Venet.] nec non *tractatum de processione Spiritus S.* contra Graecos, breuem, sed satis acutum et solidum legi. Incipit: *Ῥωμαίοις γράφων ὁ μακάριος Παῦλος περὶ τῆς αἰνῆς Πνεύματος Φησιν.* His adde *Versionem graecam liturgiae S. Gregorii papae*, de qua infra p. 700. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. CCCII. nr. 62. *Man. Chrysol.* de processione Spiritus S. inc. *τοῦτο δὲ καὶ ἐξ ἀναντιρρήτων.* v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 198. — Idem opus *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCC. — ib. *enconium vtriusque Romae*, in codd. MMXII. nr. 2. et MMCMLXVIII. — *Erotemata* ibid. in codd. MMDCIX. nr. 1. passim inter lineas interpretatio lat. MMDCX. nr. 1. et MMDCXI. — *Venet.* in bibl. Marcian. cod. CLVII. de process. Spir. S. v. cat. codd. gr. Marc. p. 89. — ib. in cod. XXXVIII. *Missalis romani oratt.* gr. et *ordo Missae*, sec. ritum roman. (v. cod. XXXVII. et sq. in cat. codd. gr. Marc. p. 26.) redditae a *Manuele Chrysolora*: de quibus docte pleneque disputat cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et latina, tom. I. p. 50. sqq. — *Erotemata* Oxon. in cod. I. *Barocc.* — *Sec. Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. *Erotemata* p. 34. D. p. 35. A. *Romae* in bibl. reginae Sueciae in Vaticana. p. 175. E. in bibl. Barberina, *Man. Chrysol.* quaedam. p. 187. C. ibid. in

s) Horum versuum auctor Aeneas Syluius.

t) Conf. quae notauimus volum. VI. p. 484. *Fabr.* f. vol. VII. p. 802. sqq. ed. nou. vbi nota h. plura de eo eiusque scriptis horumque cod. Laurent. adtuli. Iouium quoque iam erroris arguit; et plura *Man. Chrysol.* scripta recensuit *Hodius* l. c. p. 19. sqq. Add. supra, vol. IV. p. 665. in-

primis supra vol. VI. p. 325. sqq. vbi de eius opp. maxime de illius *Erotematibus* horumque codd. atque editionibus copiose agitur, et quae scripsi in *Introd.* in hist. L. Gr. II. part. 1. p. 545. seq. atque in *supplem.* part. 2. p. 62. sq. *Erotematum* edd. add. gr. Argentor. 1506. 8. *Parif.* 1511 et 1512. 4. ap. Gourmont. *Harl.*

in cod. Ottobon. — p. 200. *A.* ibid. in bibl. patr. S. Basilii, *Chrysoloras* epistola ad Anton. de Ascula, et huius responsio. p. 493. *C.* in bibl. Ambrosi. *Mediol.* theorematum et grammatica, quater. — *Comparatio veteris et nouae Romae* p. 235. *D.* 256. *D.* 266. *D.* 357. et 358. *B. Florent.* in bibl. Laurent. Medic. — *Chrysoloras quaestiones*, p. 769. *D. Paris.* in bibl. publ. — ib. p. 55. in cod. *Vatic.* MDCCCLXXIV. bibl. reg. Sueciae, *Plato* de republica, lat. per *Man. Chrysoloram*, et p. 56. nr. 1886. ibid. *Francisci Aleardi*, Veronensis, translatio laudationis urbis Romae et CPolis, auctore *Man. Chrysolora* ad Galeazium Sforziam; (conf. *Mabillon.* in Museo ital. tom. I. p. 98.) ib. p. 91. *B.* in bibl. Alex. Petauui, in *Vatic.* eiusd. ad Constantinum imper. laudatio CPol. et Romae, interprete *Franc. Leon.* Veronensi bis. — p. 1323. *E.* in bibl. *Maxar.* cod. CLVII. de processione Spir. S. — p. 1326. *C.* in bibl. *de Mesme*, *Man. Chrysoloras*, non addito operis nomine. — ibid. p. 597. *D. Lipsiae* in bibl. Paullina, et p. 917. *A.* in bibl. publ. *Parif.* nr. 10542. *Andreae Iuliani* pro *Man. Chrysol.* oratio funebris. — Quatuor epistolas. *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. XX. nr. 1. 2. 3. et 6. plut. 6. atque cod. XXIII. plut. 59. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 139. et in vol. II. p. 541. (v. supra, vol. VI. p. 326. sqq.) et in vol. II. p. 541. et de *Pallante Strozza*, qui in graecis litteris audiuerat Manuelem, v. eundem in Specimine litterat. Florent. tom. I. p. 71. sq. — Mich. Apostolii epp. ad *Manuslem* et *Ioannem Chrysoloras*, *Vindob.* in cod. LXIX. nr. 6. v. *Lambec.* VII. p. 249. — *Ferrarias* MSS. Epitome-Grammaticae, compositae a *Man. Chrysol.* et eiusd. erotemata. v. *Franc. Anton. Zachariae* Iter litterar. per Italiam, Venet. 1762. 4. p. 157. et 158. nr. 9. et 10. *Harl.*

Alius est *Ioannes Chrysoloras*, ad quem exstant epistolae Manuelis Chrysolorae et Nicephori Gregorae de eclipsibus solaribus: cuius illud est principium: Τὴν μὲν παροιμίαν, αἰεὶ τι Λιβύη, φάσκεισαν. An aliquid scripserit, clam me est. Et forte ille est, cuius meminit Georgius Phranza non sine laude; quamuis addat, cum sententiarum Barlaami, monachi Calabri, sectatorem, a Gregorio Palama fuisse oppressum, lib. I. cap. 12. Quod *Ioanni Chrysolorae*, eadem sentienti, dicendique et disputandi similiter bene perito perinde fecit. Et supra de Calabro scripserat: *Persuasibilia verba et nugas Calabri Palamam veluti aranearum telas discussisse.* Et si, quae; [P] de Ioanne dicit Protoquestiarius, ad Manuelem referat Iacobus Pontanus. Hic Ioannes socer fuit, (non Emanuel Chrysoloras, ut Vossio et aliis persuasum,) Francisci Philelphi viri clarissimi. (Vide Giornale de letterati d'Italia tom. XIV. p. 319. sqq.) [in *Apostoli Zeni* dissert. Vossiane, tom. I. p. 276.] Ad eundem Ioannem epistola Michaelis Apostolii CPoli data, MS. in bibl. caesarea. *Fabr.* in cod. LXIX. nr. 6. v. *Lambec.* VII. p. 249. Kollar. Conf. *Hodium* l. c. pag. 63. sqq. qui postea pag. 50. (per errorem typothetae) docet, Io. Chrysolorae discipulum CPoli et generum fuisse Franc. Philelphum; et *Moller.* in Homonymosceopia p. 431. *Harl.*

Tertius est *Demetrius Chrysoloras*, φιλόσοφος, καὶ περὶ τὴν ἀστρονομικὴν ἐπιστήμην, ἄλλως δὲ καὶ φίλος τῷ σοφῷ βασιλεῶς Μανουήλ. Philosophus et astronomicae scientiae operam nauans, alio etiam nomine sapientis imperatoris Manuelis pernecessarius. Hic interrogatus: an aliquid sciret ex artis peritia circa futurum, respondit: ὡς ὁ ἔβδωμος Παλαιόλογος μέλλει ποιήσεν τὴν μετὰ τῶν Λατίνων ἔνωσιν, καὶ μέλλει γενέσθαι καὶ πολὺ καὶ
F ff 2 κόν

κόν εἰς τὰς Χερσιανές. *Septimum Palaeologum initurum concordiam cum Latinis, et postmodum magnam calamitatem Christianis maxime exitiabilem futuram.* Syropulus sect. III. cap. 8. Hic Demetrius scripsit *Dialogum*, *) in quo colloquuntur Thomas, Nilus, Cydones, Chrysoloras, *aduersus Demetrium Cydonium*, *) qui pro Thoma Aquina calanum aduersus Nilum Cabasilam strinxerat, incipit: Μέγας μὲν ὁ τῶν ὁμοφύλων κατ' ἡμῶν πόλεμος καὶ πολὺ τῶν ἀλλογενῶν ἰσχυρότερος. Exstat et alter *aduersus Latinos dialogus*, cuius titulus: ἡ δίκαιον ἐστὶν ὁρθοδόξοις ἐτέρων ὁρθοδόξων κατηγορεῖν ἐν εἰδενὶ πράγματι. Incipit: τί δὲ τὸ κατηγορεῖν, ὦ Θεοδοσία, καὶ τίνες οἱ τέτῳ χρώμενοι. Item *tractatus ex libris Nili contra Latinos de processione Spiritus S.* qui inscribitur: κατὰ Λατίνων λόγος συνοπτικὸς ἀφ' ὧν ἐποίησεν ὁ ἀγιώτατος Νεῖλος ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης, ἡ καὶ τὰς τῶν ἐνακτιῶν ἐνστάσεις καὶ τὰς συλλογισμὰς αὐτοῖς σχήμασι ἀποδεικνύς ἐν συντόμῳ κατὰ συλλογισμῶν ἕκαστον. Incipit: ἀρχαία δόξα τῇ ἐκκλησίᾳ. **) Legitur etiam ipsius in *S. martyrem, Demetrium*, laudatio non inelegans, incipit: Δημήτριος, τὸ γλυκὺ πρᾶγμα καὶ θαυμαστὸν ὄνομα. [v. supra, vol. X. p. 218. Harl.] Edita etiam est eiusdem *epistola ad Barlaamum* episcopum Giracensem, latina, qua ponens omnia dubia de processione Spiritus S. petit ab eo scire, per quas ipse cogitationes ex opinando, quod ex solo patre Spiritus S. procedit, reuersus est ad teneudum, quod etiam ex Filio procedit, fortasse ab eodem Barlaamo latina facta; mihi enim vsquedum graecam videre non contigit. Epistolae respondit ipse Barlaamus, et legitur re-

sponsio

*) Conf. supra ad Demetrium Cyd. nr. 17. et Bandin. l. ibi cit. l. p. 32. animaduertit, Demetrium Chrysoloram in eo dialogo disputare cum Demetrio Cydon. et „quantumuis, ait, dialogus inscribatur Θῶμας, Νῆλος, Κυδώνης, Χρυσόλωρας. hoc non eo pertinet, quod Thomas Aquinas, et Nilus Cabasilas simul differant; sed quia in disputando illius partis Demetrius, huius Chrysoloras tuetur“: et de ingenio stiloque iudicat. — Idem ibid. p. 495. tria Demetrii Chrysol. opuscula in cod. Laur. XXXI. plut. 10. seruata recenset, nr. 3. *sermonem in magnum Demetrium et in vnguentum*, (a Fabricio h. l. et supra in vol. X. p. 218. memoratum;) nr. 12. *demonstrat. de veritate miraculi deiparae, quod factum est CPoli tertio die*: inc. παρδίνω Κόρη etc. et nr. 13. *sermon. in adnuntiationem S. Deiparae*: init. Ὁ μὲν ἐξαίσιος ἐκείνος Δαβίδ. — Venet. in cod. Nanian. CCCV. nr. 2. haec est inscriptio dialogi: Δημήτριε τῷ Χρυσολωρῷ διάλογος ἀναιρετικὸς λατίνων ἐνστάσεως· ἐν μαίῳ λυσις. Init. λατίνος. Ὁ πάπας, πῆρτε τῷ ἐπισκόπῳ διάδοχος etc. v. cat. cod. gr. Nan. p. 514. — Paris. in bibl. publ. cod. MCLXXXIV. nr. 2. *dialogus* eiusdem contra Demetrium Cydon. — ibid. exstat in cod. MCCXVIII. nr. 18. opusc. *aduersus Latinos*. — In bibl. Escorial. plura adseruantur Dem. Chryf. scripta: Sermo de

transfiguratione Domini in eius resurrectione et natiuitate; in adnuntiatione b. Mariae et in eius dormitionem; gratiarum actio ad ipsam; de Magno Demetrio et de vnguentis; et de Christi sepultura. sermo. v. *Pluer* itiner. per Hispan. p. 165. Oxon. in bibl. Bodlei. cod. Guil. Laudi LXXVIII. f. nr. 720. cat. MSS. Angliae, vol. I. *dialogus* inter Latinum et Graecum, et refutatio epistolae, ad ipsum missae per legatos papae, de processione Spir. S. — ibid. in cod. Io. Selden. XLVIII. f. nr. 3377. catal. *contra Latinos*. — In cod. Mazarin. *aduersus Latinos*, et in cod. Cl. VII. de processione Spir. S. v. Montfauc. Bibl. biblioth. MSS. p. 1307. A. et p. 1325. E. — ibid. p. 496. B. Mediolani in bibl. Ambros. orat. de transfiguratione Domini. Harl.

v) *Antirrheticum* Demetrii Chrysolorae aduersus Demetrium Cydonium citat *Allatius* contra Hottingerum p. 49. 331. 473. et nonnulla excerpta exhibet. [v. cod. Nanian. supra citatum.]

w) Exstat *Mosquae* in cod. synod. XIII. fol. 95. et habet 49. capita: item ibid. in cod. CCCXLVI. nr. 4. v. Matthari Not. codd. gr. Mosq. p. 29. et 254. nec non in aliis codd. in nota antec. memoratis. Harl.

sponsio in bibliotheca patrum editionis Colonienfis. Legitur [P] praeterea Demetrii Chrysolorae alia ad *Antonium Asculanum* epistola dubitantem, *ὡς ἐπειδὴ τὸ ὄν κρείττον τῆ μὴ ὄντος, πῶς ὁ Κύριος εἴρηκε περὶ τῆ Ἰσθμῶς, ὅτι καλὴν ἦν αὐτῷ, εἰ ἐκ ἐγγυῆθῃ.* Incipit: *Ἀπορεῖντί σοι, ὡς ἐπειδὴ τὸ ὄν τῆ μὴ ὄντος κρείττον.* Haec *Allatius*, aduersus Creyghtonum p. 3. sq. et de consensu cap. 13. §. 12. p. 661. Demetrii Chrysolorae *epistolae centum ad Manuelem Palaeologum imp.* MStae in bibl. Bodleiana, [cod. Baroc. CXXV. et *Parif.* in bibl. publ. cod. MCXCI. nr. 10. *Harl.*] Vide catalogum MStorum Angliae p. 14. Plura de Demetrii huius Thessalonicensis scriptis, vt de *homiliis*, et de *epigrammate in Theodorum despotam funebri*, *) Rob. Gerus in appendice ad partem secundam historiae litterariae scriptorum ecclesiasticorum Cauei, vbi notat, illam *disceptationem cum Antonio Asculano* habitam coram Manuele imp. de verbis Christi, *melius esse Iudae, vt natus non esset*, quum tamen ens non enti praestet, latine exstare ex versione Georgii Trombae, vulgatam Florent. 1618. 4. *Fabr.* Conf. *Henr. Wharton* et *Rob. Gerium* in append. ad Cauei hist. litt. citatam p. 129. sq. ed. Basil. Prior illorum scribit, Dem. Chrysol. claruisse circa an. 1430. posterior autem aetatem eius assignat a. 1398. Contra *Oudin.* in comm. de SS. eccl. III. col. 2304. sq. eum, censet, floruisse a. 1420. ac seqq. *Harl.*

[Demetrii varii *medici* enumerantur infra in elencho medicor. vett. in vol. XIII. p. 136. sq. — Demetrii, *peripatetici* philosophi, supra in vol. III. p. 485. sq. — Demetrii *rhetores*, supra in vol. VI. p. 128. — Demetrii *grammatici*, supra in vol. VI. p. 337. sq. *Harl.*

Demetrius *Chytras*, cynicus, tempore Constantii imp. vide *Valesium* ad Ammiani Marcellini XIX. 13.

Demetrius *Cnidius* citatur a Scholiaste Apollonii.

Demetrius, *comoediae* veteris poeta, *Laërt.* V. 85. De eius dramatibus dixi lib II. cap. 22. [in vol. II. p. 436.]

Demetrius *Constantinopolitanus*, vide infra, *Pepagomenus*. Etiam inter episcopos CPolitanos ante Constantinum magnum a quibusdam Demetrius memoratur, qui aliis *Domitius* est, frater, vt aiunt, vel filius Probi imp. vide *Lambecium* VIII. p. 215. seq. [p. 455. sqq. Kollar.] et *Stephanum de Altimura* p. 181. panopliae.

Demetrius, *Corinthi* versatus cynicus, cuius mentio apud Lucianum aduersus indoctum p. 388. Idem, vt videtur, quem patria Suniensem vocat in *Toxari* tom. II. p. 51. *Fabr.* v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 514. et supra, vol. III. p. 515. *Harl.*

[Demetrius *Ducas Cretenfis*. v. supra, vol. VI. p. 335. §. VIII. qui in Italia vixit vsque ad a. 1508. dein in Hispaniam vocatus est, de quo egerunt *Hodius* de Graecis illustribus p. 320. et *Saxius* in praefat. ad histor. litterar. typographiae Mediol. pag. 4. sq. et p. 173. sq. 414. et 460. 461. it. *Jagemann* Geschichte der freyen K. v. Wissensch. tom.

F ff 3

tom.

*) In cod. *Vindobon.* LXXXVIII. nr. 7. v. *Lambec.* VII. p. 337. et supra, ad vol. X. p. 386. *Harl.*

tom. III. part. 3. p. 556. Curauit edit. *Homeri*, a. 1498. atque *Plutarchi* opuscul. XCII. Venet. in aedibus Aldi, 1509. *Harl.*

Demetrius Cumanus, in numo Goltziano.

Demetrius Cydonus, de quo supra.

Demetrius cynicus, Senecae, Eunapio et aliis laudatus, de quo *Io. Ionsus* III. 7. p. 248. et *Godfridus Olearius* ad Philostratum p. 163. et quae dixi lib. III. cap. 12. [in vol. III. p. 515. vbi tres alii *Demetrii cynici* fusius enumerantur. Add. *Burigny* Memoire sur *Demetrius le Cynique*, in Hist. acad. inscript. tom. XXXVIII. p. 179. sqq. *Harl.*] Fuere et alii duo cynici *Demetrii* iuniores, supra in *Chytras* et *Corinthius*.

Demetrius Cyrenaeus, cognomento *σαμνος* siue amphora, grammaticus, cuius meminit *Laërtius* V. 84.

Demetrius Syncellus, metropolitanus *Cyzicenus*, scriptor Historiae Byz. laudatus a Ioanne Scylitza et Cedreno: ex quibus colligas [P] sub Mich. Paphlagone floruisse medio saeculo XI. Eius expositionem de Iacobitarum et Chatzitzariorum haeresi graece et latine edidit Combessius tom. II. Auctarii noui p. 261. Latine exstat tom. XII. Bibl. Patrum Lugd. p. 813. Eiusdem de nuptiis prohibitis, graece et lat. in iure graecorom. lib. IV. p. 392. Responsum de eo, qui vxorem occiderat, citat *Nic. Comnenus* p. 278. praenotionum mystagog. *Fabr.* Conf. supra, vol. VII. p. 725. cum nota h. — *Capita de sponfalibus*, *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCCXI, nr. 39. — Eius fides historica parum laudatur in *Io. Scylitz.* *Cyropalatae* synopsi historiarum, gr. e cod. *Coisl.* CXXXVI. cum versione lat. edita a *Montfauc.* in bibl. *Coisl.* p. 207. sq. — Idem in bibl. biblioth. MSS. p. 134. C. memorat cod. biblioth. *Vatic.* qui continet *Opera Demetrii Cyziceni*; ibid. p. 197. B. nr. 38. eiusd. canones 3. *Romae* in bibl. patrum S. Basilii. — ibid. p. 496. B. eiusd. epistola, quod non licet episcopo *CPolitano* ordines aliorum episcopatum clericis conferre, *Mediolani* in cod. bibl. *Ambrosianae*, *Harl.*

Demetrius, diaconus, qui in monte Atho libros graecos manu sua descripsit circa a. C. 1432. Vide *Montfauconi* bibl. *Coislinianam* pag. 113.

Demetrius Thessalonicensis, diaconus *CPol.* cuius epistola ad Philippum *Melanchthonem*, (quem praeceptorem suum adpellat,) data anno 1559. legitur in *Martini* *Crusii* *Turco-Graecia* lib. IV. pagina 263. Idem p. 264. testatur, per hunc *Demetrium* missam fuisse graecam versionem *Augustinae* confess. compositam a *Melanchthone* ad *Ioasaphum* patriarcham *CPol.* *Fabric.* v. supra. vol. VIII. p. 93. vbi quoque nominatur *Ioannes Despota*. *Harl.*

[*Demetrius, subicularius*. v. supra, vol. IV. p. 210. sub fin. *Harl.*]

Demetrius, *Dianae* seruus, de quo *Vitruuius* VII. 1.

Demetrius Ephesus, *Eupatoris* F. in numo Goltziano.

Deme-

Demetrius epicureus, Protarchi Bargyleitae discipulus, patria Lacedaemonius, laudatus Straboni, aliisque: de quo dixi ad Sextum Empiricum p. 161. *Fabr.* v. supra, vol. III. p. 602. *Harl.*

[**Demetrius, episcopus**: ad eum scripsit Chrysostomus, in edit. ep. 148. v. *Montfaucon.* bibl. Coisl. p. 570. fol. 308. cod. CCCLXVIII. *Harl.*]

15. *Monodia in obitu Manuelis Palaeologi*, imp. a. 1419. defuncti, ex Nic. Perotti, archiep. Sipontini, versione legitur apud Abr. Bzouium ad a. 1472. nr. 56. ^{mm)} Iambi in obitum Theodora

^{mm)} MS. gr. Venet. in bibl. Marc. DXXXIII. in quo etiam praeter epistolas, inedita aut incognita partim, exstant Bessar. 1) *Prophonticus* ad Alexium Comnenum, imper. Trapezuntium; incipit: Κράτιστε βασιλεῦ, ὁ μὲν προσήκων. 2) *Παραίτησις* tamquam ex persona archiepiscopi Sophiae: inc. τῇ τῆς ἀρχιεπισκόπου. 3) *Monodiae* III. in Theodoram Comnenam; 4) canon in S. martyrem Pantaleonem; 5) *iambi* in sepulcrum Cleopae Palaeologinae; 6) *iambi* in sepulcrum Theodora Palaeologinae; 7) *iambi in peplum*, exhibentem imagines Manuclis et Helenae Palaeolog. habitu laicorum et monachorum;

8) *sermo* moralis adhortatorius ex persona Ioannis Lascaris (τῷ Λασκάρη) ad eius filium Demetrium capp. XXV. praecit epistola ad illum Ioannem; 9) *ad synodum CPolitanam*, tamquam ex persona archiep. Trapezuntii Dosithiei; 10) *Encomium in Trapezuntium*; 11) *homilia* in dictum: *Beatus vir, qui inuenit sapientiam*; praecit epistola ad Theodorum; 12) *sermones consolatorii* III. ad imperatorem, qui coniugem amiserat. Operibus praemittitur prooemium Bessarionis, in quo exponit, quibus temporibus praedicta opp. scripserit; nec non anonymi encomium in Bessarionem. V. cat. codd. gr. Marc. pag.

Theodorae, Constantini Palaeologi vxoris, apud Allatium de consensu p. 955. Habuit et varias Bessario orationes, vt in funere Cleopae Palaeologae apud Labbeum pag. 71. et quas memorat Gesnerus: et conciones quam plurimas, teste Platina. Etiam laudes patriae suae et ad Graecorum imperatorem de vxoris obitu scripsit consolationem, teste *Trithemio* cap. 821. de scriptor. ecclesiasticis.

16. Πρὸς τὰ Πληθωνος πρὸς Ἀριστοτέλην περὶ ὑσίας. *Ad dicta Plethonis in Aristotelem de substantia.* Meminit Gesnerus in bibl. et *Allatius* pag. 387. de Georgiis. Infra pag. 747. *Fabr.* MS. *Venet.* in bibl. Marc. DXXVII. et DLXXXIX. v. cat. cit. pag. 285. et 309. — *Florent.* in cod. Laurent. XIV. nr. 8. plut. 10. v. *Bandin.* l. c. I. pag. 483. — *Monac.* in cod. XXVII. v. *Hardt.* l. c. a. 1803. part. IV. pag. 9. *Harl.*

17. Περί τῆς τῆς ἱερᾶς εὐχαριστίας μυστηρίου, καὶ ὡς τοῖς τῆ Κυρίου ῥήμασι μάλιστα τελειῶται. *De sancto Eucharistiae mysterio, et quod per verba Domini maxime fit consecratio,* contra Marcum Ephesium. Graece [P] MS. in bibl. caesarea. Incipit: τῆ ἱερᾶ τῆς συνάξεως καὶ εὐχαριστίας. Vide *Lambecium* V. pag. 173. ⁿⁿ) Latine prodiit in bibliothecis patrum et nouissima edit. Lugdunensi tom. XXVI. pag. 787. Quod vero *Whartonus* Allatium p. 932. de consensu sequutus scripsit graece et latine prodiisse cum Liturgiis patrum, Parisiis 1560. fol. error est, nam nec graece nec latine ibi habetur Bessarionis scriptum, habetur autem scriptum Marci Ephesii, quod Bessario oppugnauit. [v. infra vol. XIII. p. 816. vet. ed.]

[*Epitome historiarum Appiani Alexandrini et epitome bibl. hist. Diodori Siculi*, scil. librorum quinque priorum et ab XI. ad XV. inclusiue, *Venet.* in bibl. Marc. cod. DXXIII. v. cat. cit. p. 282. *Harl.*]

[*Excerpta ex Herodoto, libris Thucydidis et aliorum, inscripta a Bessarione παρασημασμέναις ἡμετέραις, λέξεων δηλονότι τινῶν καινοπεπεσμένων* etc. Subiunguntur *Epitome legum Platonis et epitome libror. Hermogenis de formis orationis*, *Venet.* in cod. Marc. DXXVI. v. cat. cit. pag. 284. seq. — Quaedam, quae *Fabric.* inter opp. Bessarionis latine scripta retulit, etiam graece confecta esse, deinceps monstrabimus. *Harl.*]

Latini-

pag. 287. seq. — *Parif.* in bibl. publ. cod. MMDXL. nr. 9. *orat. funebres* in mortem *Cleopae*, vxoris Theodori Palaeologi; et in codd. CDLVI. nr. 5. et CMXII. nr. 2. *iambi* in mortem *Theodorae* Palaeologinae. *Harl.*

ⁿⁿ) Siue p. 364. sq. ed. Kollar. cod. CCLVII. nr. 5. — *Venetis* in cod. Marc. DXXVII. v. cat. cit. p. 285. — *Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 510. C. —

Mosquae in cod. synod. CCCXCIV. nr. 18. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 252. qui addit, in fine hanc esse notam: ἐν τῇ βασιλῇ τῆς κυρίας τῆς ψυχῆς, et in eod. libro esse aliquot orationes et epistolas *Demetrii Cydone.* — *Oxon.* in bibl. Bodl. cod. Barocc. XC. — *ibid.* in Collegii noui cod. CXXXV. f. nr. 1099. cat. MSS. Angliae etc. I. part. 2. — in cod. *Thom. Gale* CXXI. f. nr. 5955. dicti cat. vol. II. — in cod. *Escorial.* v. ad nr. 11. *Harl.*

Latine scripta.

18. *Contra calumniatorem Platonis* (Georgium Trapezuntium) libri IV. Venet. apud Aldum 1503. et 1516. fol. Vide infra p. 722. 730. *Fabr.* MS. *Graeca Venetiis* in bibl. Marc. codd. CXCVIII. et CXCIX, *latina* autem in eiusdem bibliothecae codd. quinque. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 110. et codd. lat. pag. 110. seq. atque cl. *Morell.* bibl. MSS. gr. et lat. tom. I. pag. 120. seq. — *Monac.* gr. in cod. Bauar. LXXX. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 5. pag. 4. seq. — *latine* sunt multa Bessarionis opp. *Florent.* in bibl. Laurent. codd. I. (quae est edit. princeps rom.) et II. plut. 54. quae ex *Montfaucon.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 341. supra ad nr. 2. fin. iam commemoravi. — Editi sunt illi libri primum: *Bessarionis — aduersus calumniatorem Platonis libri V. et de natura et arte aduersus Georg. Trapezuntium liber*, sine nota anni, *Romae* autem, vt ex versibus in calce positis adparet, typis Conr. Schweynheim et Arnoldi Pannartz, in aedibus Maximorum. Vid. *Angeli Mariae Card. Quirini* libr. de optimorum scriptorum editt. quae *Romae* primum prodierunt etc. pag. 227. seq. edit. *Io. Ge. Schelhornii*, Lindau. 1761. 4. atque Schelhorn, in nota docet ex epistola ad Marfil. Ficinum, (inter epistolas Marf. Ficini, Venetiis a. 1495. in fol. excusas lib. I. fol. VI. aut in *Marf. Ficini* Opp. Paris. 1641. tom. I. pag. 602. vbi etiam Ficini responsio legitur,) opus illud a. 1469. typis esse exscriptum: idem ex eadem Ficini epistola, et ex epist. Philelphi ad Bessarionem, libr. XXXI. epistol. Philelphi Venet. 1502 fol. pag. 214. commonstrauit *Franc. Xauer. Laire* in specimine typogr. romanae, *Romae* 1778. 8. pag. 145. seq. Adsentitur *Audifredus* in catalogo hist. critico romanarum edd. saec. XV. *Romae* 1783. 4. pag. 21. sq. add. *Clement.* bibl. ad nr. 20. citat. pag. 248. *Guil. de Bure* cat. bibl. Duc. de Valliere, tom. I. pag. 369. seq. et *Ferd. Fossium* in cat. bibl. Magliabech. tom. I. pag. 313. sqq. qui copiose disserit et de hac edit. et de ipso Bessarione eiusque controuersis. De quibus etiam agitur a *Boiui.* in comm. supra ad nr. 11. laudata, et quidem p. 562. seq. vers. ab Heumanno factae, cuius notam addes, item *Schroecckh.* histor. eccles. christian. tom. XXX. pag. 434. sqq. *Brusker.* Hist. crit. philos. tom. IV. part. I. pag. 41. sq. et 71. seq. *Harl.*
19. *De natura et arte*, siue an natura et ars consulto agent. Aduersus eundem Trapezuntium. Ad calcem iam dictorum IV. librorum. *Fabr.* *Graece Venet.* in cod. Marc. CXCVIII. ac gr. et lat. ibid. in cod. DXXVII. v. cat. cit. pag. 110. et 285. ib. inter codd. *latin.* (pag. 111. catal.) cod. CCXXIX. — *Parif.* in bibl. publ. cod. DCCCXVII. nr. 16. graece. *Harl.*
20. *Orationes quatuor ad Principes Italiae* de Christianorum clade in Chalcide Euboeae, periculis Italiae post expugnatum Hydruntum imminentibus: de sedandis discordiis et bello in Turcas decernendo: et persuasio ex Demosthenis Olynthiaca. Inter *Nic. Reusneri* consultationes atque orationes turcicas IV. Voluminibus a. 1596. 4. editas vol. II. pag. 197. 203. 215. 229. *Fabr.* MS. *Taurini* in bibl. reg. cod. MCLXV. v. cat. codd. latin. etc. *Taur.* p. 390. sqq. vbi primum edita est ex isto cod. longa *Guilielm. Ficheti*, Sabau-

Sabaudi, rectoris vniuersitatis Paris. cui Bessarion illas miserat orationes, epistola ad Sabaudiae duces praemissa, et sequitur Bessarionis ad Fichetum epistola, scripta d. 13. Dec. 1470. — *Vindobonae* in eod. caesi. Bessar. oratio de periculis a Turca imminētib; et de bello contra Turcas suscipiendo, scripta a. 1470. item oratio de discordiis sedandis et bello in Turcam deernendo. vid. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. pag. 571. D. — Edit. *Bessar. orationes et epistolae ad Guil. Fichetum et alios*; una cum epistola praefat. Ficheti ad Ludou. XI. regem Francor. ed. princ. in Parisiorum Sorbona (sine a. nota, a. 1471.) 4. v. *Guil. Franc. de Bure* cat. des livres — de — Gaignat. tom. I. Par. 1769. 8. pag. 614. nr. 2553. et in Bibliograph. instructiue, Bell. Lettres tom. II. pag. 316. nr. 4125. vbi nr. 4126. sequuntur: *Guil. Ficheti* epistolae ad Bessarionem et alios, ibid. sine a. nota in 4. — In eod. cat. bibl. de Gaignat, tom. I. pag. 392. nr. 1511. est versio italica: *Oratione di Bessarione* — a tutti gli Signori d'Italia; confortandogli e pigliar guerra contra el Turcho; vulgarizzate per — *Lodovico Carbone*, 1471.) 4. Add. *Dictionnaire bibliographique histor. et critique des Livres rares*, tom. I. Par. 1790. 8. pag. 129. et *Bure* cat. des Livres de Duc de la Valliere tom. II. pag. 56. sq. in quo citantur: *Bessar.* orationes de bello Turcis inferendo: (Paris. per Viric. Gering. etc. 1471. 4.) in fine addita Bessar. vers. lat. *Demosthenis* orat. pro ferenda ope Olynthiis. etc. — Eaed. oratt. *Romae* in aedibus Franc. Priscianensis 1543. 4. *) v. *Clement* *Bibliothèque histor. et critique*, tom. III. pag. 251. seq. vbi in not. plures laudantur de hoc libro ipsoque Bessarione; memorantur quoque edd. Noriberg. 1593. 8. Lips. 1595. 8. et Isleb. 1603. — Ibid. pag. 248. sqq. recensentur edd. Romana et Aldinae libror. in calumniat. Platonis. *Harl.*

21. *Declaratio aliquorum, quae in oratione dogmatica (supra n. 2.) continentur*, quae Graecis notissima, Latini ignota sunt. Incipit: *notandum primo*. Apud *Labbeum* T. XIII. Concil. pag. 455. et *Harduin.* tom. IX. pag. 374. [v. ad nr. 2.]

22. *De processione Spiritus S. ad Paulum II. pontificem*. Et ad eundem *de errore paschatis*. MS. Venetiis in bibl. S. Marci. *Fabr.* Fabric. cum aliis, qui putent, opusc. peculiare de process. Spir. S. a Bessar. ad Paulum II. pontif. scriptum esse, et in bibl. Veneta Marc. adseruari, errare, Theopol. docet in lat. et ital. Marci bibl. codicum MSS. pag. 75. quum tantum sit *Prooemium* in libell. de process. Spir. S. ad Paulum II. Ideo l. c. ex eodd. Marc. lat. CXXXIII. et duobus seqq. qui multa continent Bessarionis scripta, Prooemium illud euulgatum est. *Harl.*

23. *Epistola ad Christophorum Morum, Venetorum principem*, data a. 1469. qua bibliothecam suam legat aedi S. Marci. **) Exstat ad calcem Philobybii Richardi Anguauillae de

*) *Maittaire* in Ann. typogr. V. part. I. pag. 133. in ind. a. 1544. illam ed. prodiisse tradit; sed a. 1543. notatur etiam in cat. bibl. Pinell. tom. II. pag. 190. nr. 3634. item in I. Iac. Baueri bibl. libror. rariorum etc. part. I. pag. 76. Noriberg. 1770. 8.

Vol. XI.

**) *Paris.* in bibl. publ. cod. MMMLXIV. nr. 2. — sec. cat. lat. bibl. Marc. *Venet.* p. 201. exstat in cod. CDXCVI. *Bessar.* epistola data Bononiae d. XIII. Iul. 1453. ad *Franciscum Foscari*, Venetorum ducem, qua de vrbis CPoleos expugnatione conqueritur, et ad res Italiae componendas

de Buri, episcopi Dunelmensis, cum epistolarum philologicarum centuria, editi ex bibliotheca Goldasti, Francof. 1610. 8. et cum Herm. Conringii praefatione Lipsiae 1674. 8. Eadem Bessarionis epistola primo loco legitur inter epistolas principum collectas ab Hieron. Ruscelli, et ex Italico gallice factas per E. Belleforestum. Eiusdem argumenti litterae Bessarionis ad senatum Venetum exstant apud Petrum Iustinianum Hist. Venetae libro VIII. De bibliotheca Bessarionis, quae Venetiis etiamnum adseruatur, vide iter Italicum *Mabillonii* p. 33. et *Montfauconi* [P] *Diarium Italicum* p. 41. seq. [et *Bibl. biblioth. MSS.* pag. 467. ubi edita est Bessar. epistola. add. supra ad init. huius §. *Harl.*] Indicem librorum utraque lingua, qui omnes ferè manu exarati sunt, dedit Io. *Philippus Thomassinus* in catalogo MSS. bibl. Venetarum, edito Vtini 1650. 4. pag. 35 - 55. longe perfectiorem quam exhibuerant Possevinus in Apparatu et Gregorius Sozomenus. Numerus Voluminum 980. Confer *Lambecium* III. pag. 380. 381. *Fabr.* I. pag. 163. Kollar. cum huius not. — In cod. *Bodlei.* CLXXII. siue nr. 2955. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. et in vol. II. nr. 2341. inter codd. Vossianos. — Catalog. codd. et latin. et graecor. in illa biblioth. Veneta adseruatorum, moderatore Laur. Theupolo, iussu Senatus edit. Venet. 1741. II. vol. fol. ubiuis fere in hac Bibl. Gr. laudauimus. Vtrumque volumen in fronte ornat *Bessarionis Card.* graphica effigies ex pereleganti pictura, quae exstat Venetiis in schola S. Mariae Caritatis, *Harl.*

24. *In illud Ioannis XXI. 23. Si cum volo manere, contra Trapezuntium.* Vide infra pag. 731. Hoc scriptum etiam graece, perinde vt liber *de natura et arte*, exstat MS. Venetiis in bibl. S. Marci inter Bessarionis libros. [in cod. DXXVII. v. cat. codd. gr. pag. 285.] Vide Thomassini catalogum p. 33. *Fabr. Salonii Viennensis* episc. ad Veranium dialogi II. — *Bessarionis CPolit. patriarchae disceptatio de ea parte euangelii; si cum volo manere:* edidit Io. *Alex. Brассicanus.* Hagenon. 1532. 4. vid. cat. biblioth. Io. Petri de Ludwig. part. I. pag. 187. seq. inprimis *Baumgart.* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. X. pag. 117. seqq.

Latine versa e Graeco.

- [*Bessar.* latina versio orationis *Basilii M. in illud: Adtende tibi ipsi. Venet.* in cod. Marc. CCLX. praecit ep. nuacupatoria *Bessar.* ad regem Castellae. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 129. De versione orat. *Demosthen.* v. ad nr. 2. — *Bessar.* epistola ad Eugenium IV. pontif. praemissa versioni *Basilii M. ad Amphilochem, a Georgio Trapezuntio*

das bellumque barbaris inferendum hortatur. — Ibid. in cod. CDXCI. versioni lat. Xenophontis Oeconomicorum libri I. ab Leonard. Aretino factae praemittitur *Bessarionis epistola ad Paulum II. de errore paschatis*, quae publicata est in cat. cit. p. 196. seqq. — *Romae* in bibl. Vatic. nr. 3194. de destructione CPol. ad Venetos. v. *Mont-*

fanc. Bibl. biblioth. MSS. p. 103. D. — ibid. p. 124. B. in ead. bibliotheca, nr. 5356. epist. ad Ducem Venetorum. — ibid. p. 510. B. C. *Mediolani* in bibl. Ambrosiana, *Bessar.* de casu CPoleos, ad dominium Venetorum; in eundem laudes; exhortatio ad principes Italiae contra Turcas: ibid. est cat. bibliothecae S. Marci Venetae. *Harl.*

zuntio factae, *Venet.* in cod. lat. bibl. Marc. XLV. v. cat. codd. latinorum pag. 23.
— *Diodori Siculi* epistolas e graeco latine vertisse dicitur. v. *Theaur. epistol. Lacrozian.* tom. I. pag. 297. *Harl.*]

25. *Libri quatuor Xenophontis de diffis et factis Socratis*, ad Iulianum episcopum cardinalem Tusculanum. In variis Xenophontis editionibus, et separatim Louanii 1533. 4.
26. *Aristotelis Metaphysicorum libri XIV.* cum Bessarionis versione exstant in variis Philosophi editionibus, etiam in tomo postremo editionis eximiae Aristotelis graeco-latinae Dunallianae. [it. huius et seq. versiones in edit. oper. in calumn. Platonis, Romae 1510. F.] Prodiit quoque haec interpretatio Parisiis 1516. fol. apud H. Stephanum suum et ad calcem librorum contra calumniatorem Platonis. *Fabric.* MS. *Venet.* in bibl. Marc. cod. CDXC. Praeit Bessar. epistola s. praefatio, publici iuris facta in cat. codd. lat. bibl. Marc. pag. 193. seq. et conf. cl. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. pag. 127. ac supra vol. III. pag. 255. sqq. et 305. atque 357. — MS. *Caesinae* in bibl. Malatellia. v. *Frane. Ant. Zachariae* iter litterar. per Italiam, Venet. 1762. cap. IV. pag. 95. *Harl.*
27. *Theophrasti Metaphysica*, Aristotelis metaphysicis plerumque solita subiungi, vt dixi lib. III. cap. 9. §. 14. [cap. 7. vol. III. pag. 444. nou. ed.]
28. *Correctio interpretationis librorum Platonis de legibus a Georgio Trapezuntio compositas.* Ad calcem librorum aduersus calumniatorem Platonis. *Fabr.* MS. *Venet.* in bibl. Marc. CCXXIX. et CCXXX. v. cat. codd. latin. Marc. pag. 111. — De edit. *Lucii Apuleii opp.* etc. Romae, in domo Petri de Maximo 1469. fol. et praefat. Io. Andreae, in qua Bessar. summis laudibus extollitur, v. *de Burs* Bibliogr. instructive, belles — Lettr. tom. II. pag. 18. sqq. et Cardin. *Quirin.* libr. de optimorum scriptorum editionibus, quae Romae primum prodierunt etc. ed. *I. Ge. Schellhorn*, pag. 209. sqq. — Differunt a cardin. Bessarione *Bessar. Asceta*, v. supra, vol. X. pag. 136. et, nisi idem sit, *Bessar. eremita Aegyptius*, cuius laudes anonymus persequutus est, gr. *Venet.* in bibl. Marc. cod. DXXXIII. fin. ac lat. interprete *Nic. Perotto*, ibid. in cod. lat. CXXXIII. v. cat. codd. gr. Marc. pag. 288. et codd. lat. p. 78. — *Bessar. monachus*, ad quem epistolae missae exstant Romae in bibl. Vaticana, nr. 5356. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 125. B. — *Bessar. hieromonachus*: v. *Protop.* infra, vol. XI. pag. 781. vet. ed. Eius iambi in mortem Theodoraе, *Paris.* B. v. *Montfauc.* l. c. pag. 1031. *A. Harl.*

X. LEONI ALLATIO, Chio, bibliothecario Vaticano, ingenii et industriae laudibus cumulatissimo, [nat. 1586.] qui a. 1669. 19. Ianuar. octogenario maior Romae diem obiit, tam multa debent hae literae, atque speciatim etiam haec nostra bibliotheca, vt indictum cum praeterire nefas merito iudicem. Vitam eius, scriptam a *Stephano Gradi*, qui illi in praefectura bibliothecae Vaticanae successit, memorari video in *Diario Veneto*, Giornale de letterati d' Italia tom. XX. p. 418. Voluit etiam Allatii vitam Io. *Georgius Mensche-*

nus praemittere nouae, quam parabat, editioni libri Allatiani de erroribus magnorum virorum in dicendo. Sed donec illae lucem videant, consulere interim de hoc praeclaro viro iuuabit *Petri Baelii* [Bayle] dictionarium historicum [tom. I. pag. 163. seq. ed. Amstelod. 1740.] et *Lud. Elliesum du Pin* tomo XVIII. bibliothecae scriptorum eccles. gallica lingua [P] editae, italicoque vulgata idiomate elogia *Laurentii Craffi*, ^{pp} nec non *Hieronymi Ghilini*: et Germanico *Adolphi Clarmundi* vitas tom. VI. pag. 74. Io. Pastricius, praefectus collegii Rom. de propaganda fide, quem Allatius morti vicinus librorum suorum heredem instituit, Io. Mabillonio ^{qq} narrauit, ipsum vnico calamo vsum fuisse ad graece scribendum, quod expeditissime faciebat per annos quadraginta, et eo tandem amisso tantum non illacrumasse. Idem per omnem vitam sacris ordinibus et coniugio pariter abstinuit; itaque ab Alexandro VII. interrogatus: cur sacerdotium non susciperet? respondit, vt semper ad coniugem ducendam esset paratior: cur vero tandem coniugem non duceret? vt ad sacerdotium expeditior foret. MStos eius codices hereditate creuit Collegium Graecorum Romae, vt notauit *Scipio Maffei* in epistola ad clarissimum Blanchinum, *Diarii Veneti* tom. XXVI. pag. 122. Quomodo Palatinam bibliothecam Vaticanam intulerit, operae pretium est ex ipsius Allatii verbis cognoscere lib. de synodo Photiana pag. 288. *Bibliothecam Palatinam et multitudinem MSS. codicum tum graecorum tum latinorum, aliarumque etiam linguarum, et singularem codicum copia fuisse celeberrimam non nego. Eam tamen a milite Bauaro spoliū factam (a. 1622.) Maximilianus, tum Bauariae dux, tropaeum misit Gregorio XV. pontifici max. qui ad eam auhendā Leonem (Allatium) transmisit, et Leo bona fide iussis obtemperans per hyemem et per medios hostes urbem Heidelbergam non sine discrimine et vitae alea penetrans, conseruatam a milite Tillio et Henrico de Metternich sibi traditam, impensis pontificis integram, ne minima quidem illius chartula deperdita, Romam inuexit in Vaticanam, in qua nunc perhonorifice custoditur vniuscuiusque commoditati, sicuti et Vaticana ipsa. Et in notis ad Eustathii Hexaëmeron pag. 151. Dum bibliothecam Palatinam Heidelbergae spoliū factam et tropaeum missam Gregorio XV. a Maximiliano vtriusque Bauariae duce, Romam transuehendam curarem, quam tandem dei munere et tanti principis gloria, ope ac beneficiis sanam incolumemque transvexi. Fabr. Citatur in Nicer. Mem. P. VIII. p. 145. vers. german. Leonis Allatii Instructio de bibliotheca Palatina Romam transportanda, ex italico translata a Mich. Frid. Quade. Gryphiswald. 1708. 4. Harl.*

In scriptis Allatii, quum eruditionem singularem, doctrinaeque copiam et infinitam, ineditorum praecipue monumentorum graecorum, notitiam et lectionem mirari omnes necesse

^{pp}) Venet. 1666. 4. part. I. pag. 397. — Add. *Laur. Craffi* Istoria de poeti greci etc. Neapoli 1678. fol. p. 306. — *Clement* in Bibliothec. curieuse etc. tom. I. p. 187 - 196. vbi plures Allatii libri recensentur, in notis multi, qui illos citant; aut de iis egerunt, laudantur, et vita ipsius Allatii breuiter exponitur. — inprimis *Niceron* in: *Memoires* etc. ex interpret. german. *Siegm. Jac. Baumgarten*. tom. VIII. p. 126 -

146. vbi et vita eius enarratur, addito librorum ab eo editorum indice, et de eius ingenio iudicioque haud acuto, atque industria incredibili indicatur. Alios excitat *Saxius* in *Onomast. lit.* part. IV. pag. 299. sq. ad a. 1622. — In *Theoph. Sinceri* Notitia — librorum vet. rarior. p. 305. sqq. plures Allatii libri recensentur. *Harl.*

^{qq}) Mabillonius itinere italico, p. 61.

neceſſe ſit, duo inprimis reprehendi ſolent non ſine ratione: vnum eſt, quod Graecus in gratiam Urbani VIII. diſſenſum Graecorum ab eccleſia romana nimium quantum [P] extenuavit, vt non Proteſtantes ſolum, rr) ſed ex ipsis romanae etiam eccleſiae addictis ſcriptoribus ss) non diſſidentur viri doctiſſimi: alterum, quod conuiciis et maledictis in diſſidentes et quos haereticos vocat ac ſchiſmaticos nullum facit modum, licet ipſe in diatriba de Georgiis pag. 325. praeclare: *Satis erat ſine iſtis contumeliis de erroribus admonere.* [Plagii quoque arguitur.] Scripta ſua ipſe enumerat Allatius in elencho, edito Rom. 1659. 8. et in Apibus Urbanis et ante librum de templis Graecorum, nec non in calce libri de menſura temporum antiquorum: haud contemnenda etiam Chriſtophori Hendreichii Pandectarum Brandenburgienſium ſcriptoris et Adolphi Clarmundi in illis tradendis exſtat induſtria. Sed ecce tibi paulo pleniorſt diſtinctiorſt et accuratiorſt editorum illius monumentorum elenchum:

I. *Scriptores veteres ab Allatio editi, verſi, illuſtrati.* rr)

1. *Socratis, Antiſthenis et aliorum Socraticorum epistolae*, cum verſione et notis et dialogo de ſcriptis Socratis. Pariſ. 1637. 4. De his conſer, ſi placet, quae dixi lib. 2. cap. 10. §. 35. [ſupra, vol. I. pag. 693.]
2. *Philo Byzantius de ſeptem mundi ſpectaculis.* Cum verſione et notis. Rom. 1640. 8. et tomo VIII. Theſauri Antiquitatum Graecarum Gronouiani. Vide lib. III. cap. 24. §. 4. [ſupra, vol. IV. pag. 231. ſeq.]
3. *Monumentum Adulitanum* Ptolemaei Euergetae, graece et latine Rom. 1631. 4. et Lugd. Bat. 1674. 8. Vide lib. III. cap. 24. [cap. 25. ſupra vol. IV. pag. 251. ſeq.] Notae, quas promiſit Allatius, haud viderunt lucem.
4. *Salluſtii philoſophi opusculum de Diis et Mundo* graece et latine, additis notis Lucae Holſtenii. Rom. 1638. 12. Lugd. Bat. 1639. 8. et in Tho. Galei opusculis mythologicis, ethicis et phyſicis, Cantabrig. 1671. 8. Amſt. 1688. 8.
5. *Procli Diadochi Paraphraſis in Claudii Ptolemaei libros IV. de ſiderum eſſectionibus*, graece et latine Amſt. [Lugd. Bat.] 1635. 8.
6. *Vita Homeri*, ſcripta a Proclo et aliis duobus Anonymis. Graece et latine ante librum de patria Homeri, Lugd. 1640. 8. et tomo X. Theſauri Antiquitatum Graecar. Gronouiani. [v. ſupra, vol. I. pag. 322. ſeq. Additum eſt poëma, gr. et lat. Leonis Allatii Homeri natales, Andrea Baiano interprete, v. Clement. l. c. pag. 191. Harl.]

I ii 3

7. S. Me-

rr) Herm. Conringius praefat. ad Metrophaneum Critopulum, Elias Vellius, nec non Hottingerus in hiſt. eccleſ. et contra Allat. et Frid. Spauhemius tom. II. opp. p. 486. etc.

ss) Rich. Simon Hiſt. critique de la creance du levant p. 10. 20. etc.

tt) Conf. Baillet Jugemens des Savans, tom. II. p. 421. ſeq. nr. 924. ed. de la Monnoye. Amſterd. 1725. 4. Harl.

- [P] 7. *S. Methodii* Conuiuium virginum, graece et latine cum notis et diatriba de Methodiis, Rom. 1656. 8. [add. Thesaur. epistol. La Crozian. tom. II. pag. 116. — rec. a Fabric. ad edit. Hippolyti suam, tom. I. pag. 78. Hamb. 1718. fol. *Harl.*]
8. *Eusebii*, Antiocheni et martyris, in Hexaëmeron commentarius ac de Engastrimytho dissertatio aduersus Origenem, item Origenis de eadem Engastrimytho, cum versione atque in Hexaëmeron notis et Allatii syntagmate de Engastrimytho, Lugd. 1629. 4. Latine ex Allatii versione recusa sine notis in tomo XXVII. bibl. patrum edit. Lugd. a. 1677. Dissertatio de Engastrimytho, graece et lat. una cum Allatii syntagmate, in tomo VIII. Criticorum sacrorum Anglorum. [Conf. *Io. Fabric.* in histor. B. Fabr. tom. I. pag. 284. et 329. seq. ubi quaedam de Allatio adferuntur. *Harl.*] Vide, quae notauimus volum. VIII. pag. 169. seq. *Fabr.* [f. vol. IX. pag. 134. nou. ed. ubi addendum est ad not. *k.* exemplar esse in biblioth. Cizensi cum notis MSS. Thom. Reinesii criticis atque exegeticis. *Harl.*]
9. *S. Nili*, ascetae, epistolae MLXI. distributae in quatuor libros, graece et latine, Rom. 1668. fol. addita de Nilis diatriba.
10. *Excerpta varia Graecorum Sophistarum et Rhetorum*, Rom. 1641. 8. in quibus varia *Adriani* sophistae, *Heracliti* et *Anonymi* περὶ ἀντίων, *Libanii* nonnulla et *Nicephori* *Basilacae*, *Seueri* Alexandrini, *Theodori* Cynopolitae, *Callinici*, *Isaaci* Comneni *Porphyrogennetae*, et *Anonymi*; nec non versus retrogradi *Leonis* philosophi, et epigrammata graeca *Nicolai* metropolitae *Corcyrensis*, *Io. Geometrae*, *Em. Phile* et *Man. Pselli*, et *Allatii* ad Urbanum VIII. carmen iambicum. De *Heraclito* et *Anonymo* περὶ ἀντίων accuratius dixi lib. I. cap. 22. [vol. I. pag. 192. sqq.] De ceteris lib. 4. cap. 30. pag. 409. seq. [cap. 32. vol. VI. pag. 51. sqq. n. ed. *Harl.*] Cetera nouem, quae moliebatur adhuc Allatius volumina *Variarum antiquorum*, lucem non uidisse dolendum est.
11. Σύμμικτος, siue varia scripta *Io. Phocae* Cretensis, *Epiphani* Hierosol. *Perdiccae* aliorumque, de quibus dixi lib. V. cap. 5. volumine sexto huius bibl. pag. 705. seq. [f. vol. VIII. pag. 99. seq. n. ed. ibique not. c. *Harl.*] et lib. IV. cap. 2. §. 18. *Fabr.* p. 662. seq. vol. IV. — Infra in vol. XIV. pag. 1. sqq. *Fabric.* recudendum curauit indicem eorum librorum, quae in illo opere adhuc editurus erat Allatius, plenum: *Leon. Allatii* Σύμμικτων siue opusculorum Graecorum et Latinorum vetustiorum ac recentiorum libri X. Indiculus edit. Romae ap. successorem Mascardi. 1668. 4. notasque subiecit. — *Nihusii* edit. Σύμμικτων typis repetita est inter *Scriptores Byzantinae historiae*, edit. Venet. 1729. seq. fol. v. *Baumgarten* Nachricht. von einer Hallischen Bibliothek, tom. V. pag. 461. seq. ubi quoque libri, quos Allat. in illis Symmictis euulgauit, referuntur. add. *Denis* Merkwürdigk. der Garelisch. Bibl. pag. 329. seq. *Harl.*
12. *Eustratii* presbyteri liber de vita sanctorum statu, (laudatus pridem a Photio cod. CLXXI.) et graece ac latine primum editus ab Allatio post librum de purgatorio pag. 329-586

581. Rom. 1655. 8. atque ex Allatii versione latina recusus in bibl. Patrum tom. XXVII. edit. Lugd. 1677. pag. 362. Vide lib. III. cap. 6. §. 29. pag. 152. [cap. 5. in vol. III. n. ed. pag. 265. not.] et vol. IX. pag. 431. seq. [vol. X. pag. 725. n. ed.]
13. *Mich. Pselli* Encomium in Simeonem Metaphrasten et officium, *Simeonis Melaphrastae* oratio in lamentationem S. Deiparae, et epistolae IX. graece ac latine cum diatriba de Simeonibus pag. 221 - 261. Paris. 1664. 4.
14. *Catena SS. Patrum in Ieremiam prophetam et Threnos*: expositio item S. *Ioannis Chrysostomi*, nec non Homiliae VIII. *Origenis et Maximi* confessoris Quaestio in eundem prophetam, graece et latine cum [P] *Mich. Ghislerii* in Ieremiam commentariis, Lugd. 1633. [ap. Nicer. l. c. pag. 130. recte notatur a. 1623.] fol. 2. volum.
15. *Graecia Orthodoxa* 2. voluminibus, Rom. 1652. et 1659. 4. in quo opere graece et latine exhibentur Latinis fauentia scripta: *Tomo priore* quidem Nicephori Blemmidae, Ioannis Vecci, patriarchae CPol. Petri Mediolanensis episcopi, Georgii Pachymerae, Esaias Cyprii, Io. Argyropuli, Gregorii protosyncelli, patriarchae CPol., Georgii Trapezuntii, Ioannis archipresbyteri Plusiadeni, Hilarionis monachi, Nicetae Byzant. et contra Gregorium Palamam Gregorii Acindyni aliorumque sine nomine: *Tomo posteriore*, Ioannis Vecci, Constantini Meliteniotae: Georgii Metochitae et Maximi Chrysobergae. De singulis supra hoc volumine cap. 43. vbi etiam [§. 1. nr. 12.] de Io. Vecci libris tribus ad Theodorum Sugdaeae episcopum, quos ante Graeciae Orthodoxae editionem latine ex Allatii versione vulgavit Nihusius, librum tertium graece et lat. Allatius ipse ad calcem libri de Purgatorio. *Fabr. Conf. Thom. Ittig.* de bibliothec. et caten. patrum pag. 639. sqq. et *Clement* l. c. pag. 190. seq. *Harl.*
16. *Georgii Acropolitae*, magni logothetae, historia, *Ioëlis* chrenographia compendiaria et *Ioannis Canani* narratio de bello CPol. cum versione et notis, atque diatriba de Georgiis et eorum scriptis, Paris. 1651. fol. *Fabr. Rec.* inter scriptor. Byzant. historiae. v. *Baumgarten* ad nr. II. citat. pag. 431. seq. *Harl.*
17. Varias lectiones ad *Constantini Manassir* breuiarium historicum, ad calcem *Manassir* graece et latine editae a Car. Annibale Fabrotto, 1655. fol.
18. *Mantissa ad opera S. Anselmi*, episcopi Cantuariensis, Lugd. 1630. fol. [in *Theoph. Raynaud.* edit. opp. Anselmi.] Hic est Anselmus, cuius scripta de processione Spiritus S. contra Graecos laudat Hildebertus Cenomanensis epistola IV. et XIII. Graece vertit Demetrius Cydones.
19. *Libanii* orationes variae ineditae ad Fed. Morellum Lutetiam missae, quas ille Allatii nomine dissimulato sub codicis romani titulo publicauit.
- Desiderantur* Tiberius Sophista, Herodianus, Lesbonax Romanus, Michael Apostolius et alii de figuris rhetoricis. *Fabr.* Omnino editi sunt: Citatur quidem a Niceron. l. c.

l. c. pag. 136. in indice librorum ab Allatio curatorum haec editio: *Tiberius Sophista*, *Lesbonactes Romanus*, *Michael Apostolius* et alii de figuris rhetoricis, *Georgius Choeroboscus* de tropis poeticis, *Georgius Pathymeres* de probatione capitum, anonymus de figuris apud Hermogenem, et alii de rebus rhetoricis, gr. et lat. Romae 1643. In indice scriptorum, quae libro V. *Συμμικτων* Allatius inserturus dicitur infra in vol. XIV. pag. 8. seq. quaedam illorum Grammaticorum opuscula nominantur. *Harl.*

Photii patriarchae, Nicolai patriarchae CPol. Simeonis Logothetae, Theodori Ancy-rani, Nicetae Magistri et aliorum recentiorum Graecorum epistolae.

Himerii sophistae decalnationes XX. Choricii sophistae, Zosimi Gazaci, Libanii sophistae, Michaelis Pselli et aliorum, etiam Sanctorum Patrum orationes ineditae.

[P] Longinus cum noua versione et notis censoriis.

In Aristotelis hymnum, Hermiae dictum, commentarius.

Arriani Ponti Euxini Periplus.

Ioannis Lydi Chrestomathia de mensibus.

Ioannis Antiocheni Archaeologia.

Theodori Lectoris historia ecclesiastica tripartita ex Socrate, Sozomeno et Theodoretō libri II. qua innumera iam dictorum trium scriptorum loca corriguntur.

Conciliorum Ferrariensis et Florentini acta pleniora, notis et animaduersionibus illustrata. Quae enim Romae latine a. 1638. fol. vulgauit *Horatius Iustinianus*, ea pleraque ex suis delibata schedis et se non nominato edita queritur *Allatius* pag. 71. seq. contra Creyghthonum. Iustiniani Acta recusa sunt in Conciliis Labbei tom. XIII. pag. 825. et Harduini tom. IX. pag. 669.

In Pselli libellum de mirabilibus auditionibus schediasma.

Historia Georgii, abbatis, qui Hamartolus vocari gaudet, ab exordio mundi ad imperium Michaelis Theophili.

Ioannis Chrysostomi et Photii patriarchae CPol. explicationes in euangelia Matthaei, Ioannis et Lucae, numquam antea editae, graece et latine.

Vetus Tacito lectio restituta.

Notae in B. Alanum de complanctu naturae.

Leonardi Aretini de Rep. Florentinorum graece, eum latina Allatii versione.

Io. Canabutius de Insula Samothraciae et Diis Troicis.

H. Con-

II. *Conciliandis Graecorum et Romanae ecclesiae dogmatis
atque institutis.*

Lingua Graecorum vernacula:

20. *Enchiridion de processione Spiritus S. Rom. 1658. 12.*

21. *De Symbolo S. Athanasii, ibid. 12. 1659.*

Latine:

22. *De Ecclesiae^{usq} occidentalis atque orientalis perpetua consensione* libri III. cum dissertatione *de Dominicis et Hebdomadibus Graecorum* ad D. Paulum Sfondratum, clericum regularem, et *de missa Præsantificatorum* [P] *apud Graecos* ad Bartoldum Nihusium, cum huius adnotationibus de Communione orientalium sub specie vnica. Colon. (Amstelodamensibus typis) 1648. 4. Hae Nihusii adnotationes prodierant separatim Mogunt. 1644. 8.

23. *Epistolae tres ad Bartoldum Nihusium* 1. *de liturgiâ S. Iacobi*, 2. *pro assertenda Graecorum communionis sub specie vnica*, et 3. *de lignis S. crucis*. Auctor in tomo I. *συμμύκτων* pag. 176. 204. 224. [et separatim Colon. 1648. 8.]

24. *De aetate et interstitiis in collatione ordinum etiam apud Graecos seruandis*, ad eminentiss. principem, Franciscum Mariam Bancratium, E. R. cardinalem. Rom. 1638. 8.

25. *De utriusque ecclesiae, occidentalis atque orientalis perpetua in dogmate de purgatorio consensione*. Adiuncta eiusdem diss. *de perpetua ecclesiae occidentalis atque orientalis tum in dogmate tum in ritibus consensione* ad D. Io. Christianum L. B. de Boineburg. pag. 581. Epistola ad Bartoldum Nihusium, episcopum Myssiensem, in qua agitur *de communionis Graecorum sub specie vnica* pag. 859. et *textum graecum Mattabaeorum de sacrificio pro mortuis* 2 Macc. 12. *dicere, quod exprimit textus latinus*, pag. 887. Rom. 1655. 8. et Nihusio curante Francof. 1656. 8. sed in qua editione loca graeca omnia rescisa sunt. *Fabr.* Contrarium docuerunt aduersus Allatium *Io. Mich. Heineccius*: in *Abbildung der alten vnd neuen griechisch. Kirche*, Lipsi. 1771. 4. tom. II. pag. 401. et 410. atque *Elias Viel* in *Exercitat. de ecclesia graecanica hodierna*, L. Allatio, Petro Arcadio et Barth. Nihusio opposita, praef. Io. Conr. Dannhausero, Argentor. 1644. 4. et in *Defensione illius*

^{usq} In his libris videtur Allatius complexus, quae in Apibus Vrbanis p. 172. promittit: De differentiis Graecorum et Latinorum in ceremoniis ecclesiasticis et fide; de schismate Graecorum historiam, et historiam ecclesiae orientalis. *Fabr.* De illo opere eiusque satis v. cat. bibl. theolog.

Reimann. Hildes. 1731. 8. pag. 799. *Sinceri* Notit. — libr. rarior. tom. I. p. 305. seqq. et *Clement.* l. c. p. 189. cum nota 81. Dedicationem excipit *Allatii* carmen graecum in natales Delphini Gallici, interprete *Guidone de Souvigny*, Elaeusensi. *Harl.*

illius exercitationis — aduersus refutationem eiusdem a sene Chio Romae adornatam. Francof. 1666. 4. pag. 161. sqq. conf. nr. 28. *Harl.*

26. *Ioannes Henricus Hottingerus, fraudis et imposturae manifestae conuictus.* Rom. 1661. 8. aduersus ea, quae de Graecis ille in saeculo XVI. Historiae suae ecclesiasticae scripserat.
27. *Vindiciae synodi Ephesinae et S. Cyrilli de processione ex Patre et Filio Spiritus S.* Rom. 1661. 8. [1662. sec. *Clement.* I. c. pag. 196.]
28. *De octaua synodo Photiana, et I. Henr. Hottingeri* diss. apologeticae de ecclesiae orientalis atque occidentalis tam in dogmate quam in ritibus dissensu, et iuuenis Vlmensis (*D. Eliae Veielii*) exercitationis historico - theologiae de ecclesia graecanica hodierna refutatio, Rom. 1662. 8. [rec. Francof. f. anni nota. conf. ad nr. 25. adscripta.]
29. *In Rob. Creyghtoni* apparatus, versionem et notas ad historiam synodi Florentinae a Syluestro Syropulo scriptam, et Hagae Com. 1660. fol. graece et latine editam, exercitationes. Rom. 1674. 4. [1666. 4. ap. Nicer. I. c. p. 143. seq. sed a. 1674. etiam *Sincer.* I. c. pag. 308. notauit. De opere Creyghtoni v. *Io. Fabric.* histor. bibl. Fabr. tom. II. pag. 352. seq. et *Thesaur. bibliothecal.* tom. II. pag. 97. seq. *Harl.*]

III. *Historiae litterariae illustrandae.*

30. *De patria Homeri* liber, Lugd. 1640. 8. et in thesauro antiquitatum graecarum Iac. Gronouii tom. X. pag. 1553. Lugd. Bat. 1701 fol.
- [P] 31. *Dialogus de scriptis Socratis*, Paris. 1637. 4. ad examen reuocatus a Godfrido Oleario in schediasmate de scriptis Socratis, edito Lips. 1696. 4. et recuso in latina, quam idem vir doctissimus composuit, versione historiae philosophicae Tho. Stanlei, Lips. 1711. 4. pag. 198.
32. *De Methodiis, et eorum scriptis diatriba*, ad calcem Methodii conuiuii virginum Rom. 1656. 8. et me curante recusa post tomum secundum operum S. Hippolyti, Hamburg. 1718. fol.
33. *De Niliis*, ad calcem epistolarum S. Nili, Rom. 1668. fol. et cum notis recusa in volumine quinto huius meae bibliothecae, [vet. ed.]
34. *De Georgiis*, ad calcem Georgii Acropolitae, inter scriptores hist. Byzantinae Paris. 1651. fol. et recusa, me curante, non sine auctario in hoc ipso volumine bibliothecae graecae decimo, [vet. ed.]
35. *De Io. Damasceno et eiusdem scriptis* diatribam Allatii vulgauit *Mich. le Quien* ante tomum primum editionis luculentae operum Damasceni Paris. 1712. fol. professus,
cam

- eam esse petitam ex opere Allatiano non edito de libris apocryphis. *Catalogus operum Damasceni* Ioanni Auberto ab Allatio suppeditatorum exstat in huius *συμπληρωσις* tom. II. pag. 440. Confer, quae notavi volum. [IX. pag. 691.]
36. *De Symeonum scriptis diatriba* Paris. 1664. 4. cum Francisci Combesii manipulo Originum rerumque CPolitanarum. Hanc Allatii diatribam non quidem recudendam curavi, maximam partem tamen cum insigni auctario et quam pluribus nouis obseruationibus, inprimis quod ad praecipuam eius partem de Simeone Metaphrasae ac Vitis Sanctorum adinet, locupletatam dedi in hac bibliotheca volum. IX. pag. 48. seq. [ed. vet.] cetera volum. X. pag. 296. seq. [conf. *Clement.* l. c. pag. 194.]
37. *De Psellis et eorum scriptis.* Rom. 1634. 8. et me curante recusa tomo quinto huius bibl. graece, [ed. vet.] cum auctario et notis.
38. *De libris ecclesiasticis Graecorum* ad Gabrielem Naudaeum dissertationes duae, quarum vna diuinorum officiorum potiores et vltiores libri percensentur, altera Triodiam, Pentecostarium et Paracletice examinantur, Paris. 1644. 4. [ap. *Niceron.* pag. 136. citatur a. 1645. a *Maittaire* autem in A. T. III. pag. 909. a. 1646. *Harl.*] vna cum eius obseruationibus variis de rebus ecclesiasticis Graecorum de Narthece veteris ecclesiae et recentibus Graecorum templis. Eaedem dissertationes duae recusae in tomo quinto huius bibliothecae. [vet. ed.]
39. *Ages Urbanae*, siue de viris illustribus, qui ab anno 1630. per totum 1632. Romae adfuerunt, ac typis aliquid euulgarunt. Rom. 1633. 8. [P] et me curante Hamburgi 1711. 8. cum Io. Imperialis museo historico. *Fabr.* Conf. *Stolle* in: Kurze Nachricht von den Büchern — in der Stollisch. Bibliothek. part. 7. pag. 652. seq. vbi plura de Allatii vita moribusque narrantur, et *Clement.* l. c. pag. 188. vbi plures citantur. *Harl.*
40. *Vita Iulii Caesaris Lagallae*, philosophi romani, cum Gabrielis Naudaei praefatione Paris. 1644. 8. et recula in *Guil. Bateffii* vitis Lond. 1681. 1704. 4. pag. 575. Laudat *Ianus Nicius Erythraeus* pinacotheca I. pag. 222. qui etiam de Allatio videndus pinacotheca III. pag. 132.
41. *Dramaturgia*, diuisa in sette indici. Rom. 1666. 12. Italice. *Fabr.* Conf. *Freytag* *Analecta litterar.* pag. 20. — Allatii *de Cryptographia Graecorum recentiorum* epistola ad Carolum Maronum, citatur a *Niceron.* l. c. pag. 142. nr. 38. sed in ind. librorum, quos Allat. in continuat. *Συμπληρωσιν* editurus est, in vol. V. illorum promissa fuisse illa epist. dicitur, ap. *Fabr. Bibl. gr.* vol. XIV. pag. 9. nr. 83. *Harl.*

Desiderantur saepe promissa ab Allatio, sed numquam edita opera: *Bibliotheca de scriptoribus graecis profanis.* *Bibliotheca de scriptoribus graecis ecclesiasticis.* *Historia astrologica.* *De Philonibus diatriba*, *de Theodoris*, *Nicetis*, *Constantinis* nec non *de Leonibus.* *De Libris Apocryphis.* *De Academiis orbis et earum institutione.* *De Melodis Graecorum*, et quam pag. 350. de Georgiis promittit, *diatriba de Graecis*,

qui latine scripserunt. *Fabr.* Conf. *Molleri* Homonymoscop. pag. 910. seq. §. VII. et pag. 908. §. V. *Harl.*

IV. *Alia varii generis.*

41. *Animadversiones in antiquitatum Etruscarum fragmenta* ab *Curtio Inghirami* edita et *Alfonfi Cicarelli* libros auctoresque ab eo confictos. Paris. 1640. 4. Rom. 1648. 4. [Romae 1642. 12. ap. *Nicer.*] l. c. pag. 134. et a *Sincero* in *Notitia* cit. pag. 312. *Harl.*] Etiam sub *Bennonis Durckundurcki Slati* nomine Apologiam contra *Spentum*, Academicum Sepultum, hoc est eundem Inghiratum, edidisse Allatium Coloniae 1642. 12. nescio, an falso, notavit *Adolphus Clarmundus* tom. VI. vitarum p. 79. *Fabr.* Conf. longam libri censuram in: *Baumgarten* Nachricht. von einer Hallischen Biblioth. tom. VIII. pag. 308 - 313. vbi ab initio observatur, in priore edit. Paris. *Animadu. in Alfonfi Cicarelli* libros nondum comparere; ipsum autem librum fuisse partem maioris, quod molitus erat Allatius, operis, *de libris apocryphis*. In eod. *Baumgart.* libro et tom. pag. 297. sqq. vberior legitur censura libri: *Etruscarum antiquitatum fragmenta*, quibus vrbis Romae aliarumque gentium primordia, mores et res gestae indicantur, [aut potius finguntur,] a *Curtio Inghirami* reperta *Scornelli* prope *Vulterram*. Duplex index omnia edocet. *Frankfurt.* anno salutis MDCXXXVII. *Ethrusco* vero c10 c10 c10 cccxcv. fol. Prior ed. lucem adspexisse dicitur *Florent.* 1636. Pag. 302. censurae in nota ex *Sainjores* h. e. *Rich. Simon.* biblioth. crit. tom. II. pag. 100. sqq. memoratur defensio contra Allatium: *Discorso di Curzio Inghirami* sopra l'opposizione fatta all' *Antichità Toscane*, 1645. — A *Nicerone* autem l. c. pag. 134. seq. sic memoratur liber, a *Fabricio* ex *Clarmundo* citatus: *Benno Durckundurckus Slatius* in *Spenti* Academici epistolam, pro antiquitatibus Etruscis Inghiramiis contra *Leonem Allatium*, Colon. 1642. 8. *Harl.*

43. *De mensura temporum antiquorum, et praecipue Graecorum*, exercitatio. Colon. 1645. 8.

44. *De solea veteris ecclesiae*, ad *Fabium Chisium*, episcopum *Neritonensem*, tom. I. συμ-
μιντων pag. 154 - 174.

45. *De rebus ecclesiasticis Graecorum observationes variae, de narthece veteris ecclesiae* ad *Gasparem de Simeonibus*, et *de recentiorum Graecorum templis*, ad *Ioannem Morinum*. Paris. 1644. 4. ad calcem dissertationum de libris ecclesiasticis Graecorum. Et cum diatriba *de Graecorum hodie quorundam opinionibus* ad *Paullum Zacchiam*, Colon. 1645. forma octava maiore, edente *Bartoldo Nihusio*. vv) Adde epistolam Allatii ad *Morinum*, quam edidit *Rich. Simon* ad *Gabrielem Philadelphiensem* pag. 274. et post vitam *Io. Morini*, in ecclesiae orientalis antiquitatibus, n. LXVIII. pag. 482.

46. *De*

vv) Edit. Colon. 1645. 8. sic inscripta est: *Leonis Allatii de templis Graecorum recentioribus*, ad *Ioannem Morinum*; *de Narthece ecclesiae veteris*, ad *Gasparem de Simeonibus*; nec non *de Graecorum hodie quorundam opinionibus*, ad *Paull. Zacchiam*. Praemissus est catalogus librorum *Leonis Allatii* tam editorum, quam ineditorum. Add. *Niceron.* l. c. pag. 157. *Harl.*

46. *De erroribus magnorum virorum in dicendo*, Dissertatio rhetorica ad Io. Franciscum Slingelandum. Rom. 1635. 8. [Arguitur Allat. multa in h. diss. surripuisse *Claudio du Verdier*. v. *Clement* l. c. pag. 199. not. 82. et *Nicer*. l. c. p. 192. add. *Bayle* l. c. pag. 164. not. G. *Harl*.
- [P] 27. *Confutatio fabulae de Ioanna papissa, ex monumentis graecis*, Urbano VIII. iubente scripta Rom. 1640. 4. ¹¹⁰⁷) Colon. 1645. 8. et editio quarta in tomo quarto *συμμικτων* pag. 415 - 434. Elogia virorum doctorum scriptum illud celebrantium subiiciuntur libro Allatii de Synodo Photiana, pag. 689 - 696.
48. *Iulii Caesaris Lagallae*, peripatetici romani, *de coelo animato disputatio*. a. 1622. 4.
49. *Aedificationes Romanae* Pauli V. procuratae viarum et aquarum a Laelio Biscia, cardinali. Patauii 1644. 8. [v. *Clement*. l. c. pag. 194.]
50. *Poëmata varia graeca*, vt *Iatrolaurea* Gabr. Naudaei Parisini, latine reddita a Barthol. Tortoletto et Io. Argolo Rom. 1633. 8. Graeca *Metaphrasis* Odae Pindaricae Urbani VIII. paraeneticae ad virtutem, praefixa Apibus Urbanis, 1633. *Eridanus* graeco elegiaco carmine ad card. Antonium Barberinum, latine redditus a Barth. Tortoletto. Romae 1635. 4. *Urbani VIII. statua*, graeco carmine iambico 1640. *Natales Homerici* carmine elegiaco, quod latine expreslit Andreas Baianus. 1640. cum libro de patria Homeri. *Licetus* et in *Natales Delphini Gallici Hellas*, carmine graeco iambico cum metaphrasi latina Guidonis de Souvigny, Blaefensis, Rom. 1641. 1642. 4. Carmina graeca in Christinam Suecorum reginam 1656. 4. *Fabr. Melissolyra, de laudibus Dionysii Petauii*, soc. Iesu, carmine iambico graeco. Rom. 1653. 8. v. *Sincer*. l. c. pag. 311. et *Niceron*. l. c. pag. 141. — *Hellas*, carm. iambic. praefixum quoque est libro illius; de Consensione ecclesiae occidentalis et orientalis, 1648. *Harl*.
- [*Leon. Allatii* et aliorum epp. ad Christi. Rauium scriptas subiunxit *Rauius* libro suo, inscripto: *Spolium orientis, christiano orbi dicatum*, Kilon. 1669. v. *Io. Fabric. Histor. biblioth. part. 5. pag. 507. seq.*
- Infuper a *Nicerone* l. mem. pag. 144. seq. adducuntur tria Allatii opuscula:
- Il Viaggio della signora *D. Lucretia Barberina*, Duchessa di Modena, da Modena a Roma. Genoua. 1654. 4.

K k k 3

La

¹¹⁰⁷) Primum comparuit separatim Romae 1650. 4. et eodem anno insertum est opusc. ab *Alphonso Ciacconio*, Pontific. romanor. vitiis, Romae, fol. — Edit. Colon. (Amstelod.) a. 1645. mai. 8. inscripta est: *Confutatio* — *Bartoldus Nihusius* recensuit, prologo atque epilogo auxit, nec non *Titiscopium*, (donatum in Germania

genti Saxonum, vt vtantur in fidei ac religionis negotio,) adiunxit. — Ex Allatii *Συμμικτων* id recudi fecit *Schelhorn* in *Amoenitatt. litterar.* tom. IX. Francof. et Lips. 1728. p. 779. sqq. et p. 817. sqq. addidit *Io. Phil. Palihenii* epistolam *de Papissa commentitia*. V. etiam *Clement* l. c. p. 192. *Harl*.

La vita della venerabile suor *Maria Raggi* da Scio del terzo ordine di S. Domenico. In Roma 1655. 4.

Vita è morte del P. F. *Alessandro Baidrati* da Lugo fatto morire nella città di Scio da Turchi per la Fédé catholica. In Roma 1657. 12.

Du Pin memorat Allatii opus: *La Concorde des Nations Chrétiennes d'Asie, d'Afrique, et d'Europe* sur la foi catholique abandonnée par les Protestans. Mogunt. 1655. 8.

In catal. biblioth. Nic. Rossii, Rom. 1786. 8. pag. 216. nominatur *Allatii* liber: Poeti antichi da lui raccolti da Codici MSS. della Bibliotheca Vaticana e Barberina. Napoli. 1661. 8. *Harl.*]

Desiderantur, Homerus a calumniis vindicatus. Exercitationes contra recentiorum calumnias in antiqui acui scriptores et lumina. De poetica exercitationes aduersus hypercriticos recentiores. De fine temporum. De fine vitae Ioannis euangelistae. De Ptolemaeis, Aegypti regibus. De Magnete libri III. De Mandragora lib. I. De conscribendis epistolis. De officiis monasteriorum graecorum. De Musica recentiorum Graecorum. Anachronismus carmine elegiaco. Carminum graecorum sylvia.

XI. Allatio non male iungetur IO. MATTHAEVS CARYOPHILVS, ex Creta oriundus, qui relicta Graecia Romam et ipse petiit, et in collegio Graecorum educatus, cardinalibus Aldobrandino et Ludouico Ludouisio, qui Gregorii XV. fratris filius fuit, nec non Francisco Barberino inprimis commendatus fuit, vnde creatus archiepiscopus Iconienfis, vtriusque linguae peritia et insigni carminis pangendi facultate, nec minus zelo pro Romanis partibus aduersus Graecos a Latinis dissidentes Allatio haud dissimilis, diem obiit circa a. 1633. Laudatur ab *Erythraeo* [P] *Pinacotheca* I. pag. 223. et *Allatio* in *Apibus Vrbanis* pag. 162. et de consensu pag. 999. seq. [Add. *Saxii* onom. lit. part. IV. pag. 292. *Harl.*] Scripta eius haec mihi innotuere:

1. *Notae ad exercitationes If. Casauboni in Baronium*, insertae Andreae Eudaemone Ioannis defensionis Annalium Baronii lib. II. cap. 3. pag. 125 - 134. Coloniae 1617. 4. parum emendate excusae.
2. *Noctes Tusculanae et Rauennates*, complectentes latina pleraque, non pauca etiam graeca epigrammata et carmina breuia in festos dies et martyrum in memorias per totum annum, pulchra, pia, ingeniosaeque venae et foecundae, varietate iucundissima, Rom. 1621. 8. ad Ludouicum cardinalem Ludouisium.
3. *S. Nili iunioris*, Rossanensis Calabris, qui circa a. C. 980. clarus monasterium Cryptae ferratae condidit, *Vita* a contubernali ac discipulo scripta, graece et latine. Rom. 1624. incipit: ἡ χάρις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

4. Con-

4. *Confutatio Nili Theſſalonicenſis de Primatu Papae*, graece et lat. Pariſ. 1626. 4. Confer, quae ad Allatium diatriba de Nilis, volumine quinto huius bibliothecae. [vet. ed.] *Confutatio aduerſus Barlaamum*, neſcio an edita.
5. *Epistolae Themistoclis*, graece et latine. Rom. 1626. 4. De his dixi lib. II. cap. 10. §. 34. [vol. I. pag. 691. ſeq.]
6. *Concilii Florentini Historia*, Theodoro Xanthopulo, magno Secuophylace ſcriptore, quae graece lucem viderat Rom. 1577. fol. Caryophylus autem latinam verſionem et *Georgii Scholarii* orationes III. de pace ad Graecos, *Iosephi* episcopi Methonenſis reſponſionem ad libellum Marci Ephesine episcopi et *Gregorii* protosyncelli Apologiam aduerſus Marci Ephesine Epistolam adiunxit, graece et lat. Rom. 1612. et 1638. fol. inter Concilia generalia, typis congregationis de propaganda fide. Et in conciliis Binii. tomo ultimo, nec non Labbei tomo XIII. et Harduini tomo IX. et ſeparatim Romae 1629. 4. duobus voluminibus. *Fabr.* Conf. paullo poſt, §. XIII. et infra vol. XI. pag. 677. ed. vet. ac *Baumgarten* Nachr. von merkwürd. Büchern, tom. VI. pag. 425. *Harl.*
7. Liber, qui ſub *Gennadii* nomine circumfertur, *pro deſenſione concilii Florentini*, vulgari Graeciae recentis ſermone donatus, Romae typis congregationis de propaganda fide 1628. 4. praemiſſa praefatione, in qua Gennadios duos fuiſſe, vnum, Romanis partibus addictum, alterum Graecorum doginatum propugnatores diſputat. Quam ſententiam Allatio etiam perſuaſam, confutat Eusebius Renaudotus ſupra pag. 343. ſeq. [vet. ed. de Gennadio.]
- [P] 8. Ἐλεγχος τῆς ψευδοχρειſτιανικῆς κατηχήσεως Ζαχαρίας τῷ Γεργανῷ ἀπὸ τὴν ἀγνήν. Refutatio LXX. blaſphemiarum, comprehenſarum in Pſeudo-Chriſtiana Catecheſi, edita a Zacharia Gergano, Graeco. Ad Vrbanum VIII. Romae typis congregat. de propaganda fide 1631. 4. ſermone Graecorum vernaculo, cum latina verſione. Aduerſus eundem Gerganum *Demonſtratio errorum eius in diſp. de proceſſione Spiritus S.* ibid.
9. Ἀποδοκιμασία καὶ κατάνησις. *Cenſura Confeſſionis* fidei Caluinianae, quae nomine *Cyrilli*, patriarchae CPol. circumfertur, Rom. 1631. 8. latine et graece. Et idiomate graeco vulgari, ibid. 1632. 8. atque iterum lingua graeca puriore et probata, 1671. 8.
10. *Bellarmini* cardinalis *Doctrina Chriſtiana* in linguam vernaculam Graecorum conuerſa. Romae 1631. 8.
11. In adornanda verſione *Homiliarum Origenis in Ieremiam* prophetam, editarum cum *Catena* patrum et Balth. Corderii S. I. Commentariis, Lugd. 1627. fol. Corderius non diffitetur, adiutum ſe ab Allatio et Caryophilo.
12. Catenam Graecam *Procopii in Cantica Canticorum*, cum latina Caryophili verſione iam diu tranſmiſſam ad typographos Lugdunenſes, teſtatus eſt Allatius a. 1633. in Apibus
Vrba-

Vrbanis: sed necdum lucem illa vidit, quod sciam: quemadmodum etiam adhuc premittitur editio eiusdem Catenae et Commentariorum eiusdem Procopii in Octateuchum, quam Lipsiae cum versione et notis suis adornavit Godf. Olearius.

13. Nec vulgatae sunt eidem memoratae Allatio quam plurimae *Graecorum patrum orationes in laudem b. Virginis et aliorum Sanctorum*, a Caryophilo versa in latinam linguam.
14. *Apologia brevis aduersus Catumsyrti capita pro Seuero*, citatur a Nic. Comneno pag. 203. Praenot. Myflagog.
15. *Traſſatus de octaua synodo et eius defenſio*. id. 254.
16. *Libellus de mensa et antimensis*. id. pag. 325.

XII. PETRVS ARCVDIVS, Corcyraeus, presbyter et philosophiae ac theologiae Doctor, a Gregorio XIV. primum, deinde a Clemente VII. ^{xx)} missus ad Ruthenos siue Russos Romanorum sacris erudiendos et promouendam Russorum cum romana ecclesia concordiam totos [P] viginti annos ^{yy)} in illo negotio consumpsit, et auctoritate regis Poloniae Sigismundi III. cum ipsius legatis secure iter fecit. Deinde Romam rediit Scipioni Borghesio cardinali, Pauli V. sororis F. studium suum addixit, liberaliterque ab eo habitus postremum vitae triennium in collegio Graecorum Romae exegit. In scriptis suis perinde, ut Allatius et Caryophilus, hoc habet propositum, ut Graecos suos inuitos licet Romanis conciliet et subiiciat. Vixit adhuc a. 1633. quo ab Allatio in Apibus Vrbanis celebratur; sed in opere de consensu III. 7. §. 13. iam sepultum Romae in ecclesia S. Athanasii suae nationis, commemorat. Ibidem reprehendit in eo, quod ardentior in eos, quos putat sectarios, iniuriis saepe maluit quam rationibus tutari sententiam, et digressionibus passim rem et orationem perturbat, *ſtylo graeco, quo ſibi nimium plaudebat, infelicioꝝ, quicquid dixerit Balthasar Aufideus*. Eusebius Renaudotus ad Gennadii CPol. homiliam de S. Eucharistia pag. 39. *Nemo catholicus, et si Allatii, Arcudii, Caryophili et aliorum, bene de ecclesia meritorum* memo-

xx) Vide Ian. Nicium *Erythraeum* Pinacothec. I. pag. 225. seq. *Andream Saussaeum* continuatione Bellarmini de scriptoribus eccles. cap. CX. *Barthold. Nihusium* programme ad Abrahamum Ecchellensem p. 257. seq. *Frid. Spanhem.* fil. tom. II. opp. p. 487. *Fabr. Add. L. Ellies Du Pin* Biblioth. des auteurs ecclesiastiq. tom. XVII. pag. 56. *Niceron.* Memoires tom. XL. p. 56. sqq. *Clement.* Biblioth. curieuse etc. tom. II. p. 14. seq. *Saxius* in Onom. litt. part. IV. pag. 277. ad a. 1619. qui „hoc certissime, inquit, anno clarus fuit, quandoquidem iam antea *Inſcriptionem veterem in via Appia* repertam illustrasse videtur, arg. *Sponii* X. Miscell. erudit. ant. p. 321. 323. et 326. hoc autem anno libri

eius VII. *de concordia ecclesiae occidentalis et orientalis in VII. sacramentorum administratione* post primam edit. romanam recusi sunt Paris. fol.“ *Harl.*

yy) Arcudius ipse praef. ad Concordiam de Sacramentis. De Ruthenorum quorundam a. 1596. facta accessione ad sacra Romana, vid. *Baronii* historica relatio excusa Coloniae a. 1598. 8. et ad calcem tomi VII. *Annalium Baronii.* *Thomas a Iesu Carmelita* de procuranda omnium gentium salute lib. VI. part. 3. tom. I. opp. p. 140. sqq. *Rich. Simon.* tom. I. Bibl. choise cap. 41. *Spondanus* ad a. 1595. nr. 14. etc.

memoriam cum caritate complectatur, in eorum verba iurandum sibi arbitratur, aut nihil in eorum scriptis desiderat. Imo qui se in grascas litteras abdiderunt, codicesque ipsos serio tractauerunt, desiderant illorum diligentiam et prudentiam, nec raro candorem et bonam fidem. Testes tot Catholicorum libri editi ab annis triginta, in quibus Arcudius vapulat tamquam perpetuus ecclesiae graecae calumniator, *Allatio non paritur, Caryophilus et alii Hellenomastiges saepe refelluntur.* Scripta Arcudii sunt:

1. *De concordia ecclesiae occidentalis et orientalis in septem sacramentorum administratione libri VII.* qui post primam editionem Romanam recusati sunt Parisiis 1619. fol. et 1672. apud Ioannem du Puis in 4. ²²) Opus ab auctore dicatum Sigismundo III. Poloniae regi.
2. *De purgatorio, utrum detur et an per ignem sit.* Rom. 1622. et 1632. 4. [v. Dictionnaire bibliograph. histor. et critique, tom. I. pag. 47. de hoc et seq. libr. *Harl.*]
3. *Alius de purgatorio igne liber aduersus Barlaam*, monachum. Rom. 1637. 4. cum Pantaleonis Ligaridii apologia pro Arcudio. *Fabr. Conf. Freytag* Analect. litter. pag. 34. seq. qui prouocat ad Io. Franc. Buddei Isagogen historico-theolog. part. II. p. 1407. et Io. Iac. Bauer. bibl. libror. rarior. — supplement. vol. I. pag. 106. *Harl.*
4. *Breuiarium rituum et ceremoniarum Graecorum*, Romae 8. graece. [P] *Euchologium* Arcudii a Catumsyrto impugnatum memorat *Nicolaus Comnenus* pag. 396. praenot. myflagog. et *Iacobus Goar*. pag. 742. ad *Eucholog.* vbi Catumsyrtum animo ubique inuidia vel indignatione perturbato in Arcudium ferri non diffitetur. *Fabr.* — In catal. libror. bibl. Tigurinae tom. II. pag. 121. memoratur: *Menologium Graecorum*, iussu Basilii, imp. CPol. conscriptum, a *Petro Archudio* lat. factum, pag. 1050. fol. Romae 1659. *Harl.*
5. *Opuscula aurea theologica* quorundam clariss. virorum posteriorum Graecorum, qui extinguendae Graeciae instar postremi splendoris impetu quodam diuino cum pietatis tum doctrinae fulserunt, circa processionem Spiritus S. Rom. 1630. 4. et 1671. [al. 1670. ex gr. in cat. bibl. Nic. Rossii, Rom. 1786. 8. pag. 82. et alibi,] 4. Sunt illa scripta quaedam *Io. Vecchi*, *Gregorii Palamas*, *Bessarionis* card. *Demetrii Cydonis* et *Maximi Planudae* suis locis a me commemorata, quae ab Arcudio exhibentur cum latina versione, additis etiam ad pleraque notis. Vide *Allatii* Apes pag. 216. *Pandectas Brandenbur.*

²²) *Clement.* I. c. memorat quoque edit. Paris. per Sebast. Cramoisy, 1626. fol. (quae etiam occurrit in catal. bibl. Thuanae, p. 100. ed. Lauburg. 1704. 8. et in cat. bibl. Tigurinae, tom. I. p. 58.) de edit. autem citata Paris. 1682. 4. dubitat. In cat. libror. I. Petri de Ludewig part. I.

p. 54. nr. 653. nominatur edit. 1679. 4. quam, *Clement* opinatur, esse ed. a. 1672. 4. noua tantum inscriptione in fronte instructam. Add. *de Bure* Bibliographie instructive, vol. Theologie p. 301. sq. *Harl.*

denburgicas *Hendreichii* pag. 255. *Lud. El. du Pin* tom. XVII. bibl. ecclesiasticae pag. 56. et *Diarium Romanum*, *Giornale de letterati di Roma* anno 1671. pag. 832. *Fabr.* pag. 132. teste *Clement. l. c.* pag. 15. not. 24. *Bauer.* in bibl. libr. rar. — *supplem. I.* pag. 106. memorat quoque ed. sine l. et a. not. in 4. *Harl.*

6. *Responſionem ad librum Gabrielis Seueri Philadelphiensis de sacramentis* citat *Nic. Comnenus* pag. 139. praenot. *myſtagog.*

7. *Responſionem ad Catumſyr̄tum*, id. pag. 336. Fuit etiam *Antonius Arcudius*, cuius est *νέον ἀνθολόγιον*, et *Franciscus Arcudius* infra pag. 476. 786.

XIII. IO. BAPTISTA CATVMSYRTVS ☿ *Rheginus Calaber Italo-Graecus ex Deutereo canonicus et vicarius generalis Craſſatenus in Hetruria, annosus et emeritus Profefſor ab Arcudio plerumque diſſentit in tractatu I. et II. de vera eccleſiae occidentalis et orientalis concordia*, Ven. 1632. 1634. 4. Oppugnantur ab *Iſaacio Haberto* ad eccleſiae graecae ἀρχιερατικὸν p. 357 ſeq. 388. ſeq. etc. A ſede apoſtolica damnatum Catumſyr̄tum et palinodiam canere coactum, ſcribit *Nic. Comnenus* praenot. *myſtagog.* p. 137. 217. qui p. 287. etiam liberum eius contra *Arcudium pro Gabriele Seuero*, et impugnatum ab eo *Euchologium Arcudii* pag. 396. et *Io. Matthaei Caryophili* apologiam breuem aduerſus Catumſyr̄ti capita pro Seuero p. 203. commemorat.

XIV. NIC. COMNENVS PAPADOPOLI, *Cretenſis, abbas S. Zenobii S. theol. philoſophiae ac iuris utriusque doct̄or, et in academia Patauina canonum ſacrorum interpres: [nat. 1655. mort. 1740.]* Hoc vno neminem e Graecis noui, qui poſt Allatium inedita Graeciae recentis ſcripta vel diligentius excuſſerit, vel plura euoluerit, laudetque, quamquam vnicam tantum eius lucubrationem vidi, ſed eruditiffimam ſummoque ſtudio [P] elaboratam, quam latine vulgauit Patauii 1696. fol. et dicauit Protoſebalto, imperatoriae nobilitatis viro Conſtantino Cantacuzeno, celſiſſimi Wallachiae principis auunculo. Praemittitur et altera praefatio ad Ioannem Franciſcum cardinalem Albanum, poſtea Clementem XI. pontificem maximum, in qua proſitetur, ſe ſenſim inſinquare, *ut in Graecia ſchiſmatici multi ſint, Graeciam numquam fuiſſe ſchiſmaticam.* Operis, quod euolui, et quome, Lubecae quum verſarer, donauit meritiſſimus eccleſiae Lubecenſis praeful D. Georgius Henricus Goezius, titulus eſt: *Praenotiones myſtagogicae ex iure canonico, ſuae reſponſa ſex, in quibus una proponitur commune eccleſiae utriusque graecae et latinae ſuffragium, de iis, quae omnino praemittenda ſunt ordinibus ſacris, atque obiter et Graecia aduerſus calumniatores defenditur, et praecipue Photianorum ineptiae reſelluntur.* Acerrime vbique hos, quos vocat, Photianos inſectatur, praecipue multus eſt in oppugnandis Maximo Margunio et Georgio Coreſſio: paſſim quoque Latinos perſtringit ſcriptores Graecis, ut ipſe putat, iniquos, atque ipſum Baronium, vsque ad contumelias in Graecos ferocem, ut loquitur p. 144. Bellarminum quoque Graecis plurima debere, quorum nomina diſſimulet, paſſim iaciat, quod ego vix

a) In cat. biblioth. Barberinae, vol. I. pag. 252. vocatur *Catumſyr̄tis. Harl.*

vix crediderim, Manuelli Calecae, ^{b)} Bessarioni, ^{c)} Gennadio, ^{d)} Vecco, ^{e)} Georgio Me-
tochitae ^{f)} et Diplouatacio, ^{g)} ex quibus aliquorum scripta fortasse ne oculis quidem vi-
dit Bellarminus, quae exscripsisse eum Comnenus arguit. Etiam a Graeco Andrea Eudae-
mono Ioanne amico plurimum opis atque auxilii semper Bellarminum accepisse scribit p. 244.
b. Cretae natum et altum se neque ex infima plebe, ^{h)} praeceptore vsum Bartholomaeo de
Caregno, ⁱ⁾ et Siluestro Mauro ^{k)} vtrisque Iesu sociis: Leonis Allatii funeri se interfuisse
narrat ^{l)} et ex eius hereditate accepisse Combefisii notas MSS. in S. Athanasium. ^{m)} An-
nos XXVIII. Italiam peruagari. ⁿ⁾ Non pauca se debere celebrat Nicolao Bubulio, iatrolo-
phistae conterraneo suo et rei graecae scientissimo: ^{o)} vsum etiam bibliotheca archiepiscopi
Philadelphiae relicta Venetiis ab archiepiscopo Gerasimo Blacho: ^{p)} sed et ipsum se biblio-
thecam ter mille librorum ad vsum memoriae suae compegisse ^{q)} et bis mille amplius Latino-
rum legisse auctores, *quorum Criticon*, inquit, *sint modo fata nobis propitia, dabo* ^{r)}. La-
tinos enim etiam legendos monet, licet Graecus, quia Graeci sint [P] ieiuniores. p. 259.
Ex scriptis eius imprimis doleo vel non editum esse vel ad me non peruenisse eius *Testimo-
nium Graeciae sapientis*, quod passim citat, vt p. 181. 184. 186. 240. Memorat praeterea
tractatum suum de probationibus, p. 183. *de praesumptionibus* p. 217. *Physicos commentarios*
p. 294. *responsa dogmatica* p. 308. *responsum de processione Spiritus S.* p. 151. 207. *An ad-
ulterum occidere liceat iure priuato*. p. 201. *De haereticis* p. 193. *De potestate usurarum* p.
200. *De officiis* p. 73. *Ad titulum de testibus* p. 194. *Responsum tertium in causa testamenti
Spanopuli* p. 339. Noni etiam, exstare editam Comneni huius responsionem ad epistolam
Ioannis Hockstoni Angli ^{s)} Venet. 1703. 8. sed in eam necdum incidi. *Fabric.* Concinna-
vit quoque *Historiam Gymnasii Patauini*. Venet. 1726. fol. II. vol. et v. biblioth. italique
tom. XII. art. II. — Conf. *Demetrium Procopium* de eruditis Graecis, infra in vol. XI. p.
799. ed. vet. *Saxium* in Onom. lit. part. V. p. 489. ad a. 1697. quo anno ab isto Praenotiones
mystagogic. emissas fuisse scribit; *Joacher*. Gelehrte. Lexic. voc. *Papadopoli*, et *Iac. Faccio-
latum* in Fastis Gymnasii Patauini, Patauii 1757. 4. In parte I. p. VII. et XXX. quaedam,
a Comneno in Historia Gymn. Patau. prodita sub examen vocat; in parte III. pag. 84. seq.
pag. 89. et 95. inter doctores iuris canonici eius vitam muneraque paucis enarrat, et littera-
rum copiam laudat, idemque tradit, Praenotiones etc. a. 1697. editas esse. *Harl.*

L 11 2

XV.

- b) pag. 49.
- c) pag. 45. 48. 53. 54. 342. 366.
- d) pag. 244. 330. 331. 350. 420.
- e) pag. 305. 346.
- f) pag. 344.
- g) pag. 45.
- h) pag. 387.
- i) pag. 373.
- k) pag. 196.

- l) pag. 28.
- m) pag. 138.
- n) pag. 156.
- o) pag. 29. et 429.
- p) pag. 44.
- q) pag. 29.
- r) p. 240.
- s) Argumentum epistolae Hockstoni et respon-
sionis Comneni habes in Diario Parisino, Journal
des Savans 1706. pag. 770.

XV. ALOYSIVS ANDRVZZI *) Cyprius, philos. ac theologiae Doctor et in Bononiensi archigymnasio professor, Venetiis a. 1713. in 4. graece et latine apud Balthasarem Iulianum in 4. edidit et cardinali, Laurentio Casano, dicauit librum hoc titulo: *Vetus Graecia de S. Romana Sede praeclare sentiens, suae responsio ad Dositheum patriarcham Hierosolymitanum*. Opus diuisum in tres libros, quorum primo instituit probare, Petrum a Christo fuisse constitutum principem Apostolorum et vniuersae ecclesiae pastorem. Secundo, contendit, Petro fuisse semper esseque successorem in ecclesia, tam quod ad munus quam quod ad potestatem adinet: solumque pontificem romanum hunc esse genuinum successorem Petri, quod ex Concilio tertio, sexto et septimo probandum in se suscipit, quorum auctoritas nec Dositheo inficienda videatur. Tertia pars denique Dositheo oppugnando et pontificum Apologiae destinata est. Ediderat autem graece *Dositheus* Iassii in Moldauia a. 1694. *) tribus in fol. voluminibus collectionem variorum scriptorum graecorum, qui pontificum romanorum potestatem oppugnant, primoque volumini fecit titulum: *τόμος μεταδάγῃς*, alteri, *τόμος ἀγάπης*, et tertio: *τόμος χαρᾶς*, *) reconciliationis, amoris, gaudii. Eiusdem Aloysii *consensus Graecorum Latinorumque patrum de processione Spiritus S. e Filio*, contra eundem Dositheum, Clementi XI. pontifici maxim. dicatus, prodiiit Rom. 1716. 4. *Fabr. Saxius* in Onom. lit. part. VI. pag. 143. ad. a. 1710. „*Aloysius*, ait, *Andruttius*, (vulgo: *Luigi Andrucci*,) Comes Cyprius, philologus graecus — hoc anno *De simulacro quodam incerto, ac de voto Melanthi, deque Asclepio, cui nuncupatum est votum*, dissertationem, Bononiae 1710. 4. vulgavit. (v. *Giornale de Letterati*, tom. III. p. 513 - 515.) cuius voti titulus exstat ap. *Murator. XIX. 4. et MDCCLXXVI. 5.* Illam vero Differtat. propter summam raritatem typis repetendam curauit *A. F. Gori* in *Symbolis literar.* vol. IX. p. 1 - 30. vid. *Io. Maria Mazzuchelli* *Gli Scrittori d'Italia*, vol. I. part. II. voc. (*Luigi Andruzzi*, Conte di Santandrea, p. 727 - 729.“ Secundum *Mazzuch.* l. c. praeter duos libros, a Saxio atque Fabricio laudatos, *Andruzzi* opera, quorum memoriam paucis repetam, edidit. Nonnullas *Clementis XI.* pontificis rom. homilias graece vertit, a. c. 1710. (v. *Giornale de Letterati d'Italia*, tom. V. p. 2.) — *Consensus tum graecorum tum latinorum patrum de processione Spir. S. e Filio, contra Dositheum* — Venet. 1716. 4. — *Perpetua ecclesiae doctrina de infallibilitate papae in decidendis ex cathedra fidei quaestionibus extra concilium oecumenicum et ante fidelium acceptionem*. Bononiae 1720. 4. — *Orazione in lode* — *Sig. Andrea Cornaro* etc. Bonon. 1720. 4. — *Clementina constitutio Vniuersitatis, ecclesiae*

t) *Journal littéraire* tom. VI. pag. 490. *Giornale de letterati d'Italia*, tom. XV. pag. 257. XXVIII. pag. 448. Vide et III. pag. 513. vbi de eius diss. antiquaria.

u) *Baumgart.* in libro paullo post cit. pag. 512. docet, Fabricium libri editionem a. 1694. perpetuam adseruisse, quum subscriptio longae praefationis, dat. CPoli m. Maio 1705. clare demonstrat, librum hoc demum anno absolutum prodidisse. *Harl.*

v) *Τόμος χαρᾶς*, in quo continentur epistolae Photii; synodus octaua cum nonnullis illius explicationibus; *Nicolai*, medici, refutatio (τὰ ἀντιρρητικά) potestatis pontificis rom. et monachi cuiusdam cum alio monacho contra Latinos dialogus — exc. Remnic. (ἐν τῇ ἐκκλεσιᾷ Πατριάρχης) sumtu Dosithej, patriarchae Hierosolymit. edit. ab *Anthimo*, Iber. episcopo Remnic. a. 1705. fol. copiose recensetur in *Baumgart. Nachricht. von merkwürd. Büchern*, tom. VII. p. 511. sqq. *Harl.*

fae traditionum vindex Bonon. 1723. 4. — *Peremptorium iconomachiae per Iac. Piceninum reuiuiscens*. Venet 1730. mai. 8. — *Oratio panegyrica de diuo Andrea Corfino*. Romae 1731. 4. — *Vindiciae sermonis S. Ildefonsi, archiepisc. Toletani, de perpetua virginitate ac parturitione dei genitricis Mariae*, Romae 1742. 8. contra Mabillon. Dacher. et Pozzam. v. Nouvelle letter. di Firenze, 1745. p. 163. et Nov. lett. di Venezia, eod. an. p. 171. — *Specimen philosophiae moralis expressum in praestantioribus legibus et virtutibus gentium Graecorum*. Romae 1744. 4. Conf. memoratas ephem. litter. Florent. 1745. p. 586. et Venet. p. 210. — E latino quoque graece vertit Sermōnem, siue *un Ragionamento*, (vt verbis utar Maz-zuch.) avuto dal regnante — Benedetto XV. a. 7. di Gennajo del 1748. etc. *Harl.*

[P] XVI. MANVEL CALECA, Graecus, *) e familia Ioannis Calecae, ab a. 1333. ad 347, patriarchae CPol. *) pro Latinis aduersus Graecos suos scripsit, atque inter monachos ordinis praedicatorum *) perinde vt Pantaleo nomen professus est suum, vixit non tempore Concilii Lugdunensis a. 1274. *) sed post errores a Palama disseminatos, quem prolixo volumine refellit, adeoque circa a. 1360. vt recte *H. Whartonus* in appendice ad Caueum. **) Scripta eius sunt:

1. *Libri IV. aduersus errores Graecorum de processione Spiritus S. de quo opere Petauius lib. VIII. dogm. Theol. de Trinitate c. 1. Manuel Calecas, auctor eruditus et catholicus; cuius habeo volumen egregium pro Latinis aduersus Graecos, in quo de processione S. Spiritus uberrime accuratissimeque disputat, nihil vt de hoc argumento scribi posset doctius et subtilius.* Praeter Petauium loca ex eo graece producit *Allatius* lib. de purgatorio p. 12. seq. et de consensu pag. 577. 614. 855. 1332. 1333. 1360. Typis exscriptum hoc opus latine tantum haecenus vidit lucem ex versione, quam Martini V. papae iussu composuit *Ambrosius Camaldulensis*, ediditque ex Bauarica bibl. *Petrus Steuartius* cum notis, Ingolst. 1616. 4. cum iisdem notis recusum in bibl. patrum tom. XVI. edit. Colon. [Col. 1618. vol. 14. p. 257. in cat. bibl. Leidenf. p. 33.] et tom. XXVI. edit. Lugd. p. 382. sqq. Libro quarto multa etiam alia capita, quibus latina ecclesia a Graecis

L II 3

cis

w) Caleca ipse sub extremum libri IV. contra Graecos.

x) *Combesifius* bibl. Concionatoriae tom. I. pag. 8.

y) *Combesif.* tom. II. Auctarii nouiss. ad Calecam de essentia et operatione, p. 1. et 118. ex testimonio Ioannis, cardinalis a Turretemata in summa de ecclesia lib. II. cap. 93. Confer praefat. *Combesifii*, recusum in bibl. patrum tom. XXVI. edit. Lugd. p. 320. G.

z) Petrum Galefinium, qui Calecam Lugdunensi illi Concilio scribit interfuisse in vita S. Bouauenturae cap. 14. refellit *Allatius* lib. II.

de consensu vtriusque ecclesiae c. 18. §. 4. Roberto Constantino in nomenclatore insignium scriptorum dicitur *Cyrmannus Caleca* pro κυρμανν, vbi librum eius de Theologia et Spiritu S. commemorat.

aa) Pag. 65. sq. ed. Basil. ad a. 1360. Indicem librorum Calecae Whartonianum auxit ibid. *R. Gerius*. Vberius enarrat Calecae vitam scriptaque *Oudin.* in Comment. de SS. eccles. tom. III. col. 1039. sqq. aliosque qui de eo egerunt, excitat. Add. *Saxii* Onom. lit. part. II. pag. 376. *Schroekh* Hist. eccl. christ. tom. XXXIV. p. 63. seq. — Diuersi sunt *Ioannes Caleca*, (de quo v. infra, p. 490. vet. ed.) et *Matthaeus Caleca*, (v. infra, p. 552.) *Harl.*

cis reprehenditur vel ab ea dissentit, Caleca breuiter persequitur ac perstringit. *Fabr. MS. Romae* in bibl. Vatic. nr. 4064. Ambrosio monacho interprete, — *Mediolani* in bibl. Ambros. — In bibl. *Mazarin.* et bibl. *de Misme*, Man. Calecae cod. nomine libri non addito. V. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 114. B. et 117. D. p. 513. E. p. 1308. D. et 1327. C. — *Venetis* in cod. gr. CLIX. bibl. Marc. in calce nota de auctore et argumento libri legitur latina, cuius auctor in fine, „hic, ait, praeclarissimus et magnarum virtutum vir obiit Mitylenae in capella Scti Ioannis MCCCCX.“ — *ibid.* in cod. lat. CXXXVIII. idem opus, *Ambrosio* Camaldulensi interprete. v. cat. codd. gr. Marc. p. 90. et latin. p. 79. add. paullo post, §. XVII. init. *Harl.*

2. *Περὶ ἐσσίας καὶ ἐνεργείας. De essentia et operatione DEI*, liber aduersus tomum Gregorii Palamae in synodo CPolitana probatum, graece et latine editus cum notis a *Francisco Combesio* tom. II. auctarii nouissimi bibl. patrum p. 1. 67. Paris 1672. fol. Latine ex Combesii versione tom. XXVI. bibl. patrum Lugd. p. 321 sqq. Tomum ipsum, a. 1351. in synodo sub Ioanne Cantacuzeno imp. et [P] Callisto Xanthopulo patriarcha CPol. promulgatum graece et latine vulgauit Combesius p. 135 - 176. *Fabr. Paris*, in bibl. publ. cod. MCCLXXIX. *Harl.*

3. *Περὶ πίστεως καὶ περὶ τῶν ἀρχῶν τῆς καθολικῆς πίστεως. De fide, [deque principiis catholicae fidei]*, liber insignis in decem capita distributus, in quo nitorem stili, perspicuitatem et soliditatem doctrinae ex Patrum maxime traditione laudat *Combesius*, qui graece et latine edidit in eodem auctario nouissimo tom. II. p. 174 - 285. [al. p. 182 - 197.] cum notis. Vnde recusum latine, omisissis notis, est in tomo XXVI. bibl. patrum Lugd. p. 345. Idem Calecae scriptum in duos diuisum libros latina versione donauerat *Iacobus Pontanus*, quam editurum se promissit Labeus tom. II. de Scriptoribus eccles. pag. 45. Idem opus graece legisse se summa cum animi delectatione, testatur *Allatius*, ex MS. Mediolani in monasterio S. Ambrosii, a. 6910. qui fuerit Christi 1402. fortasse non multo post eiusdem Calecae aetatem exaratum. Idem laudans *Arcudius* c. 7. Calecam virum vocat sane antiqua Graecia dignum, et catholicum. Idem vir magna et doctrina et fide vocatur a *Francisco Turriano* libro de VI. et VIII. synodo. *Fabr. Florent.* in bibl. Laurent. cod. XIII. nr. 41. plut. 74. Confessionis (τῆς ἐξομολογήσεως) modus, dom. Man. Calecae interpretatio ex Latino, seu forma confessionis et absolutionis peccatorum secundum Latinorum ritum, a Man. Caleca in graecam linguam conuersa; inc. ἐξομολογῶμαι τῷ Κυρίῳ μὲ, τῷ Θεῷ μὲ etc. Subiiciuntur deinde Confessionis Sacramentalis praerogatiuae, quae numerantur quindecim, earumque declarationes. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. tom. III. p. 110. — *Monac.* in cod. Bauar. CXXVII. (sec. cat. gr. MSS. Bauar. p. 53. ab *Hardtio* numeratur cod. CCLXII.) de elementis catholicae fidei sec. traditionem S. Scripturae et catholicorum doctorum. *Harl.*

4. *Περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, de S. Trinitate*, tractatum opulentissimum Allatius vidisse se testatur p. 855. de consensu, adhuc quod sciam ineditum. Incipit: τῶν παλαιῶν ἀποστολικῶν ἡγ.

5. Λόγοι

5. *Λόγοι Θεολογικοί. Orationes theologicae* e quarum sexta profert quaedam idem Allatius p. 435. seq. contra Creyghtonum.
6. *Oratio de S. Stephano, protomartyre.* Citat idem lib. de synodo Photiana p. 542. meminitque libro de Simeonibus p. 115. Incipit: *ὡς περ ὁ ἥλιος πανταχῶς.* [v. supra, vol. X. p. 327.]
7. *In circumcisionem Domini.* Incipit: *τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐπλήσθησαν αἱ ἡμέραι.* Idem Allatius lib. de Simeonibus p. 112. [v. supra l. c. p. 240.]
8. *Grammatica* MS. in bibl. Colbertina cod. MDCCCXCII. Itaque per Manuelem, grammaticum in Catena Macarii Chrysocephali in Lucam intelligi hunc Manuelem Calecam, suspicatur *Wolfus* noster in diss. de Catenis patrum p. 32. *Fabr.* Conf. supra ad vol. VI. p. 325. — *Man. Calecae Grammatica* quaedam, *Parisi.* in cod. Mazarin. XCI. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1319. *E. Harl.*

[Calecae ad Ioannicium epistolae, in cod. *Vossiano.* v. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. nr. 2240.]

Hymnus, Te deum laudamus, graece translatus per *Calecam*, vti legitur in margine cod. *Florent. Laurent.* XII. nr. 2. plut. 4. Alii versionem illam hymni Ambrosiani tribuunt *Sisibuto*, monacho, qui vixit saec. XI., alii aliis. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 533.

Calecae Monodia super Meledone, ibid. in cod. Laur. XIII. nr. 19. plut. 74. v. *Bandin.* l. c. III. p. 106.

Ad Calecam epistola *Demetrii Cydon.* in cod. *Coislin.* CCCXV. fin. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 429. *Harl.*]

XVII. PANTALEON, Graecus et ipse, atque magnae ecclesiae CPol. diaconus et chartophylax, inde *Δαρινόφρων* atque Dominicanorum ordini se adscribens a. 1252. ²⁶⁾ CPoli

86) Fabricium, qui adfirmet, Pantaleonem a. 1252. se adscripsisse Dominicanorum ordini, errare, nec falli Margarium de la Bigne, aut Iodocum Coccium, a Fabricio culpato, *Bandin.* in cat. codd. gr. bibl. Laurent. I. pag. 503. auctoritate cod. Laur. IX. nr. 9. plut. II. ineunte saeculo XI. confcripti, qui continet *Pantaleonis narration. maximorum miraculor. SS. archangelorum*, nr. 5. ap. *Fabr.*) et fide alius cod. plut. IV. eiusdem ferme vetustatis, motus adfirmat. Idem iudicat *Mingarell.* in cat. codd. gr. Nanian. pag. 47. de cod. XXXVIII. qui partem orat. in *exaltation. S. crucis* continet, et saec. IX. exaratus est. — De *Pantaleone* conf. *Cane* diss. I. ad Hist. liter. SS. eccl. vol. II. pag. 15.

ed. Basil. cui aetas Pantal. parum certa est, et *Oudin.* in comm. de SS. eccl. tom. III. p. 229. sq. ad a. 1250. — *Mingarell.* in ind. ad cat. codd. gr. Nan. Pantaleonem *presbyterum monasterii Byzantinor.* (vti diserte vocatus in codd. Nan. LXXIII. nr. 13. CLIV. nr. 54. et alibi,) a Pantaleone *diacono*, (vti dicitur in cod. Nan. LXIII. 50. et aliis,) vt alii quoque fecerunt, distinguit. Sed *Oudin.* l. c. p. 250. cum *Franc. Combesio* in Adparatu, s. auctoribus recensitis ante Bibl. S. S. patrum concionatoriam, voc. *Pantaleon*, secus sentit, arbitrans, ab eodem Pantaleone partim presbytero, partim diacono, alias atque alias orationes et homilias fuisse conscriptas. *Harl.*

CPoli in aedibus fratrum Praedicatorum composuit libellum, Calecae a quibusdam perperam tributum *de Graecorum erroribus*, quem latine vulgavit Petrus Steuartius depromptum [P] ex Bavarica bibliotheca, et sine nomine auctoris edidit in Auctario suo, Ingolstadt. 1616. 4. p. 555. vnde recusum habes in tom. XXVI. Patrum Lugd. p. 467 - 471. Pantaleonem esse auctorem, notavit *Combesius* praef. ad auctarium nouissimum, cui quare non adsentiar causam nullam video. Vnde etiam adparet, falli Margarinum de la Bigne, cui Pantaleo ad saeculum VIII. nec minus Iodocum Coccium, a quo ad a. 850. reiiicitur. ") Cetera Pantaleonis scripta sunt:

2. Homilia εἰς τὰ ἁγία Φῶτα. *In sacra lumina*, incipit: τὴν τῆς πανηγύρεως χάριν; exstat graece et latine in Micropresbytico p. 587. Basil. 1550. fol. et in Orthodoxographis vtrisque a. 1555. et 1569. et in auctario Ducaeano bibl. patrum, tomo II. Paris. 1624. et in bibl. patrum Morelliana tom. XII. atque latine in ceteris bibl. patrum editionibus, [Conf. bibl. Leidens. catal. p. 62. de edit. *Harl.*]
3. *In exaltationem S. Crucis*, incipit: πάλιν ὑψῆται σταυρὸς, πάλιν ἡ κτίσις ἀγαλλεται. Graece et latine ex tribus codd. edita a *Gretsero* tom. II. de cruce pag. 1233. et not. pag. 2717. Ingolstadt. 1616. fol. et latine in bibl. concionatoria Combesii, atque in bibl. patrum tom. XII. edit. Lugd. p. 747. Graece obuia etiam haec homilia in tomo VII. Chrysostomi editionis Sauiliana p. 661. Etonae 1612. fol. *Fabr.* V. supra, vol. VIII. p. 512. et vol. X. p. 247. MSS. *Venetis* in cod. Nanian. XXXVIII. pars tantum orat. in codd. LXXIII. nr. 13. et CIV. nr. 54. v. cat. codd. gr. Nan. p. 47. 149. et 351. — *Taurin.* in cod. CXXXV. fol. 28. v. cat. codd. Taur. gr. p. 231. — *Florent.* in bibl. Laurent. cod. IV. nr. 7. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 520. — *Vindobon.* in cod. caef. XL. nr. 3. v. *Lambec.* VIII. p. 822. — Secundum cat. MSS. Angliae etc. vol. I. *Oxon.* in bibl. Bodlei. nr. 294. cod. Oliu. Cromwell. CXV. nr. 28. *de inuentiane crucis* sub Constantino et Helena, Augustis; — nr. 2500. in cod. Bodl. *in exaltat. S. crucis*; — nr. 3383. in cod. Selden. LIII. 9. *laudatio S. crucis*. — *Mosquae* in cod. synod. CCLXXI. nr. 3. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 169. *Parisi.* in quatuor codd. bibl. publ. *Harl.*

4. *In*

cc) Alius iunior *Pantaleon Ligarides*, siue *Ligaridius*, Graecus et ipse, cuius epistolam ad Allatium citat *Nic. Comnenus* p. 244. praenot. mystagog. vbi virum doctum et orthodoxum vocat, licet pag. 246. non admodum aequum Latinis. Eius apologia pro Arcudio aduersus Barlaamum prodit Rom. 1697. 4. Alius *Pantaleo, logotheta*, ad quem Theodori Studitae Epistolae. *Fabr.* V. *Montfauc.* bibl. Coislin. pag. 323. et 325. — *Pantaleon Nicomed. martyr.* v. supra, vol. X. p. 303. eius certamen in cod. *Mediolan.*

bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. E. — *Florent.* in bibl. monasterii Adnuntiatæ, v. *Montfauc.* Diarium ital. p. 372. — *Pantal. Vercelleus*, medicus. v. infra in elencho medic. vet. vol. XIII. p. 357. — *Henricus Pantal.* Basileensis, theologus, medicus et historicus, nat. 1522. mortuus 1595. de quo plura scripsit *Saxius* in Onom. lit. part. 3. p. 260. seq. Duo errores, ab eo in Opere de illustribus viris Germaniae commissos notat *Lambec.* comment. p. 67. §. XXXV. et p. 80. §. XL. *Harl.*

4. In transfigurationem Iesu Christi, homiliae II. prior incipit: οἱ μὲν εὖ εἰδότες ἀθλεῖν, altera: ἀνὰ γὰρ μὲν ἐωθινὴ φῶτες προηγούμενοι. Vtramque graece et latine primus vulgavit *Combesius* in auctario nouo bibl. patrum tom. I. p. 1760. 1768. Paris. 1648. fol. Deinde latine ex versione *Combesiana*, tom. XII. bibl. patrum Lugd. p. 748. 749. Posteriores, quam elegantiores *Combesius* et fortasse alterius scriptoris esse iudicat, MSta quaedam tribuunt *Cyrillo*. *Fabr.* Paris. in bibl. publ. cod. MCXCVII. nr. 8. vtraque oratio. — In cod. *Mazar.* LXXIII. tribuitur altera *Cyrillo Alexandr.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1317. *A. Harl.*

5. *Pantaleonis*, diaconi et chartophylacis magnae ecclesiae *Narratio de miraculis S. Michaelis*, latine edita a *Lipomanno* et *Surio* 29. Sept. Graece exstat in variis bibliothecis, et citatur a *Meurfio*, *Cangioque* in glossariis, meminit et *Allatius* de *Simeonibus* [p. 99. et 103.] Incipit: μεγάλας τε καὶ πολλὰς καὶ ποικίλας καὶ τῆς αἰσώματες. *Fabr.* v. supra, vol. X. p. 199. et de alia, p. 200. *Allat.* de *Symeon.* scriptis p. 103. cit. aliam, ἐγκείμεν εἰς τὸν — *Μιχαήλ*. inc. ὁ τῶν αἰσῶν πνευμάτων Κύριος. et gr. exstat in cod. gr. Paris. DCCC. notante *Oudin.* l. c. p. 230. ex *Phil. Labbei* bibl. noua MSS. ex regiis MSS. part. I. p. 75. f. secund. cat. MSS. Paris. vol. II. in cod. CCLXXIV. 2. ac *Mosquae* in cod. CCH. I. (v. *Matthaei* notit. cit. p. 127.) it. *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXI. plut. 9. nr. 4. sed incip. ὁ τῶν αἰσῶν πνευμάτων Κύριος. (latine ap. *Lipomannum* et *Surium* d. XXIX. Sept.) nr. 5. autem altera, cuius init. μεγάλας καὶ πολλὰς καὶ ποικίλας. quae etiam exstat ibid. in cod. IX. nr. 9. plut. 11. et in cod. IV. nr. 12. plut. 4. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 425. 503. ac 520. — *Taurini* in cod. reg. LXX. fol. 240. v. cat. codd. gr. Taur. p. 166. — *Romae* in bibl. patrum S. Basilii, cod. X. de miraculis archangelorum. v. *Montfauc.* *Diar.* ital. p. 213. et Bibl. biblioth. MSS. p. 195. *D.* et p. 700. *E.* in cod. bibl. *Sfortianae* de mirac. *Michaelis.* — *Paris.* in septem codd. bibl. publ. et in cod. MDXIX. nr. 9. *Pantal.* historia miraculorum *Gabrielis archangeli* opera patrum. — *Mosquae* in cod. synod. CLXXI. nr. 8. v. *Matthasi* not. cit. p. 103. *Harl.*

[P] 6. *Orationes* siue *homiliae panegyricae per totum annum* in XII. mensium dies dominicos et festos MStae fuerunt CPoli apud *Iacobum Marmoretum*, principem, vt ex eius catalogo MSS. apud *Possseuinum* adpendice ad Apparatum p. 48. iam notauit *Caeus*. *Fabric.* *Sermones*, *Romae* in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 154. *C. Harl.*

XVIII. *ANDREAS EVDAEMON IOANNES*, *Cydonius* siue *Cretensis* ^{dd}, ex imperatoria *Palaeologorum* familia oriundus, sed in Italia ac *Romae* praesertim educatus et Graecorum suorum pro partibus Latinis acris aduersarius, societati Iesu nomen dedit circa a. 1582. et *Romae* obiit a. 1625. Praeter scripta illius, quae in bibliotheca Iesuitica *Philippi Alegambe*, et *Nathanaëlis Sotwelli* commemorantur, et in quibus nihil intermisit, quod splendida bilis ipsi aduersus *Casaubonum*, *Danaeum*, *Rob. Abbotum*, *Brightmannum*, aliosque

dd) Infra p. 721.

que doctores reformatos suggessit, vel in criminationibus a societate sua remouendis laboravit, hoc loco tantum meminisse iuuat, quod a *Nic. Commeno* pag. 243. praenot. mysiagog. proditum reperio, eum composuisse *refutationem* Graeci hominis, *Zachariae Gergani*, nec non scripsisse *librum de moribus Graecorum*, quod argumentum esse libri primi, ab ipso elaborati aduersus Caluinum, ab eodem Commeno didici p. 249. *Fabr.* V. supra in li. vol. p. 66. *Harl.*

XIX. IOANNES PLUSIADENVS, archipresbyter, non diu post concilium Florentinum. a. 1439. habitum composuit *Dialogum de differentiis inter Graecos et Latinos et pro concilio Florentino.* ") Ex eo plura Allatius p. 617. 753. seq. 1106. seq. de consensu: et de purgatorio p. 27. 78. etc. Integrum ex bibl. Ambrosianae codice edidit graece et latine tom. I. Graeciae Orthodoxae pag. 583 - 654. Colloquuntur *pater* sive catholicus, Manuel Mongus: *Rhacendyta*, Bulgares: *Publicanus*, Ioannes Damascenus, et *vnus e duodecim sacerdotibus qui unionem amplexi fuerant*, Ioannes Plusiadenus, praesentibus auditore Georgio Phaliero, teste Ioanne Tzurdune et *disceoprita* Antonio Sagredo. Incipit: *ὁ τῷ Θεῷ φέβος Ἰωαννης.* *Fabric.* Conf. *H. Wharton.* suppl. ad Cauei Hist. lit. S. S. eccl. p. 167. ad a. 1450. qui arbitratur, Ioann. Plusiadenum diuersum esse a Iosepho Methonenfi; secus sentit *Ordin.* in comm. de SS. eccl. tom. III. p. 2422. sq. ad a. 1440. a quo dicitur *Iosephus Methonenfis episcopus.* — *Ioan. Plusiad.* epist. inedita *de caritate*, *Parisi.* in bibl. publ. cod. MMD. nr. 10. — *Canon concilii Florentini*, *Oxon.* in bibl. Bodlei. cod. Barocc. CXLV. *Taurini* in bibl. reg. cod. CLXXXVI. et in eod. cod. *Synaxarium.* v. cat. eodd. gr. Taur. p. 273. sqq. vbi *canon* s. hymnus in octauam synodum Florentiae habitam, gr. cum lat. versione, et p. 277. sqq. *synaxarium*, s. brevis narratio eorum, quae in concilio Florentino a. 1439. gesta sunt, primum prodierunt in lucem. — *Florent.* in bibl. monasterii Adnunciatae, *Iosephi*, episcopi *Methones*, apologia ad lib. Marci Ephesini; v. *Montfauc.* diar. ital. p. 365. *Harl.*

Hic idem *episcopus* deinde *Methonenfis*, post susceptum episcopatum IOSEPHI nomen adsciuuit, vt notat *Allatius* p. 933. de consensu et ad calcem tomi I. Graeciae Orthodoxae, testatus sub nomine Iosephi Plusiadeni, episcopi Methonenfis, exstare *Conciones in dies Quadragesimales ieiunii*, dialecto Graecorum communi conscriptas et testimoniis latinorum patrum refertas. Huius Iosephi Methonenfis *Apologeticus pro synodo* [P] *Florentina aduersus Marcum Ephesium* saepe editus cum Caryophili versione ad calcem actorum illius synodi, vt tomo ult. edit. conciliorum Binianae p. 667. et *Labbei* tom. XIII. p. 677. et *Harduini* tom. IX. pag. 549. Incipit: *Ὁ αὐδαισιμος ἔστος ἀνὴρ.* ") Pag. 555. 559. citat Georgium Aristinum historicum: et p. 558. 559. 563. Marcum Ephesium, narrat, a Iuliano S. Sabinae cardinali confutatum: nec non pag. 578. a fratre Ioanue. Pag. 570. et 575. 582. 599. 594. arguit Marcum, argumenta sua mutua sumsisse a Photio, Psello, Phurnio, Camatero, Moschampare, Bulgario, Nicolao Methonenfe, Panareto, Cabasila et Palama, et simili-

ee) V. infra vol. XI. p. 683. ed. vet. *Harl.*

ff) V. infra vol. XI. p. 683. vet. ed. *Harl.*

similibus schismaticis. Simeonem Metaphrastem, nouum theologum laudat p. 574. et Tarasii CPol. epistolam ad episcopos orientis, nec non Anastasii Sinaitae sermonem de rectis dogmatis/veritatibus, et pag. 583. Scholarii tres orationes pro vnione ecclesiastica ad confirmandam Isidori Russiae praefulis sententiam, et Bessarionem p. 587. Sed *Apologia pro quinque capitibus synodi Florentinae*, quam scripsisse Iosephus se proficitur, lucem non vidit. [Exstare tamen illam, at falso sub nomine Gennadii editam, lat. Dilingae 1581. 8. graece, Romae 1577. et lingua gr. vulgari, cum versione lat. Romae 1628. 4. censet Oudin.] De Apologetico edito conferendus *Allatius Exerc. IX.* contra Creyghtonum. *Antirrheticum secundum contra Marcum Ephesinum* citat Nic. Comnenus p. 292. 306. et 397. praenot. mystagog.

XX. HILARIO, monachus, itidem post Florentinam synodum pro Latinis aduersus Graecos suos scripsit λόγον διαλεκτικὸν *Dissertationem dialecticam de pane Graecorum mystico et azymo Latinorum* aduersus Nicetam. Incipit: ἐν τῷ μὲν διαλέγεσθαι με. Hanc graece primus edidit ex cod. bibl. Lugd. Bat. Io. Meursius in variis diuinis Lugd. Bat. 1619. 4. Deinde versionem addidit *Allatius* ex utraque lingua vulgavit in Graecia Orthodoxa tom. I. pag. 655 - 662. Eiusdem *librum de processione Spiritus S.* laudat Nic. Comnenus praenot. mystagog. p. 361. ⁴⁵) Alius Hilario monachus antiquior, de quo in vita Nili iunioris pag. 5. ἡγάπα γὰρ αἰ τῶν πατέρων τὰς βίβλιν ἐκ νεότητος αὐτῆ, Ἀστωνίς δὲ, Σάββα τε καὶ Ἰλαρίωνες. Hic est, cuius vitam a S. Hieronymo traditam habemus. De Q. Iulii Hilarionis libello de mundi duratione scripto a. C. 397. vide *Vsserii* diff. de Cainane pag. 19. et *Sandii* animaduers. ad Vossium de historicis latinis. *Fabr.* De Hilarione *Cicada* v. paullo post, §. XXVII. — Hilarion *archimandrita*, ad eum et alium Hilar. scripsit epistolae Theodor. Studita. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 147. 245. 314. et 317. ac p. 100. laudatur. — S. Hilarionis, it. Hilarionis iunioris vitae. vid. supra in vol. X. p. 235. et in multis alijs codd. qui indicantur a *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. Hilarionis, et monachi et *Arelatensis* vita enarratur. v. iudic. I. ad illam sub voc. *Hilarion.* — Hilar. monachi compendium librorum.

M m m 2

Ari-

gg) Conf. H. Wharton. ad *Causi* Hist. litt. SS. eccl. tom. II. p. 167. ad a. 1450. quo Hilār. claruit, ed. Basil. in primis Oudin. in comm. de SS. eccl. III. p. 2703. ad a. 1460. quo et proximis temporibus floruisse eum et fuisse monachum Sctor. Nazarii et Celsi; Veronae in Italia, congregationis S. Iustinae, tradit; prouocatque ad Onuphrium Pauuiniū Veronensem, libro VI. amicitatum Veronensem, Veronae 1678. fol. p. 166. Transtulit Hilarion, in linguam lat. cod. Oudino vterius probante, *dialecticam S. Io. Damasceni*, et doctrinas XXIV. *Dorothei archimandritae*, (in bibl. S. patrum, Paris. 1579. tom. III. p. 158. et ibid. 1589. tom. II. col. 803.) insuper compendium *rhetoricae Hermogenicae*; tum primum edidit vitam S. Symeonis, monachi.

Quando vero Oudin. Vossius alique contendunt, illum Hilarionem *Vitis Sctorum*, a Iac. de Vorigine conscriptis, adpendicem adiecisse, Mediolani 1494. et tam de translatione S. Georgii, (MS. Venetiis in monasterio S. Georgii maioris,) quam de translatione brachii eiusd. Scti ad idem S. Georgii monasterium, egisse, illos confudisse duo Hilariones et in vnum miscuisse; docet *Arnellinus* in sua biblioth. Benedicto-Cassinensi part. I. pag. 223. et vtrumque distinguit; cuius iudicio subscribit *Mansius* ad Fabric. bibl. mediae et infim. latinit. tom. III. libr. VIII. p. 252. Qui enim adpendicem et de translatione etc. scripsit, is fuit e domo Lauteria Mediolani natus, abbas deinceps factus et obiit Mantuae 1521. *Harl.*

Aristotelis ad *Sextum* IV. *Romae* in bibl. Vatic. nr. 3009. v. *Montfauc.* l. c. p. 107. C. et III. D. — *Hilarion Cigala*, primarius ecclesiae CPolit. magister, Cypri postea archiepiscopus. Eius *chronologia septem aetatum* exstat *Parif.* in bibl. publ. cod. MDCXXXI. nr. 1. v. adpendic. ad cat. MSS. regg. *Parif.* vol. II. p. 622. *Harl.*

XXI. IOANNES ARGYROPVLVVS CPolitanus, capta a. 1453. patria a Turcis, exsul in Italiam ad Cosinum Medicem Florentiae principem velut in portum confugit, et ab eo liberaliter habitus, Petrum filium et Laurentium nepotem litteris imbuiere iussus, magna doctrinae et ingenii laude vixit, publiceque etiam, ut Florentiae primum, sic postremis annis Romae Graeca ac philosophiam docuit, ibique defunctus est [P] circa a. 1480. qui erat septuagesimus eius aetatis. De eo videndus *Angelus Politianus*, qui praeceptorem in philosophia suum celebrat cap. 1. *Miscell. Paulus Iovius* in elogiis p. 50. *Nic. Reusnerus* in iconibus Graeciae et Italiae E. 2. (vbi perperam traditur obiisse a. 1571.) *Isaacus Bullartius* tom. I. *Academiae scientiar.* p. 269. et *Lambecius* lib. VI, p. 278. *Fabr.* item ipse noster *Fabric.* in bibl. med. et inf. latin. tom. IV. p. 52. — *H. Wharton.* ad *Cauei* hist. litt. S. S. eccl. p. 168. quo iudice vir fuit, praeter immodicam ingluuiem et bibacitatem, quibus perquam male audit, nimia sui opinione inflatus, et alieni contemptor meriti; adeo, ut Ciceronem graecas nesciuisse litteras, illoto ore iactitare auderet. Quae vitia etiam alii in eo notarunt: tum *Iac. Brucker.* Hist. crit. philosoph. vol. IV. p. 39. sq. et in appendice s. vol. VI. p. 685. *Nic. Comnen.* *Papadopulus* in Hist. gymnasii Patauini, tom. II. p. 179. sq. *Iac. Facciolat.* in Fastis gymnasii Patauini, part. II, p. 82. quo adnotante, Io. Argyrop. m. Iul. 1443. Rector Artistarum factus est; in primis, qui multi sunt de eo, *Humphr. Hodius* de Graecis illustr. lib. II. p. 187 - 205. (quem tamen notauit *Laur. Mehus* in praefat. ad *Ambrosii*, *Generalis Camaldulensium epistolae* pag. XX.) ac *Boerner* de doctis Graecis p. 137 - 151. Insuper alios excitat *Saxius* in *Onom. lit.* part. II. p. 446. sq. — *Bayle* in *Dictionaire hist. et crit.* tom. I. p. 308. ed. a. 1740. voc. *Argyropyle*, vbi etiam de eius virtutibus ingenii et moribus vitae iudicatur. *Harl.*

1. Eius liber ad Cosinum, ducem, de processione Spiritus S. et concilii Florentini decreto editus ab *Allatio* graece et latine in Graecia Orthodoxa, tom. I. p. 400 - 418. Incipit: *πᾶσι μὲν ἄλλοις ἐγὼ σε τῶν εὐδαιμόνων νενομίκα.* *Fabr.* MS. *Parif.* in bibl. publ. codd. CMXLIX. nr. 3. et MCXCI. nr. II. *Harl.*
2. Orationem quartam pro synodo Florentina citat *Nic. Comnenus* p. 361. praenot. myslagog.
3. Consolationem ad imp. Constantinum in morte fratris Ioannis Palaeologi imp. exstincti a. 1448. *Allatius* de synodo Photiana pag. 542. *Fabr.* MS. *Parif.* in bibl. publ. codd. DCCCXVII. nr. 6. ac MCXCI. nr. 45. In utroque cod. sunt quoque *Argyrop.* homilia de imperio ad Constantinum Palaeolog. et veterum principum cum imperatore nunc regnante comparatio, atque in posteriore adhuc, eiusd. monodia in obitum imperat. Io. Palaeologi illius, qui concilio Florentino interfuit, opusc. ineditum. *Harl.*

4. *Comparisonem veterum imperatorum cum hodierno*, MS. in bibl. regis Galliae memorat Labbeus p. 71. Bibl. nouae MSS. [v. ad nr. 3.] Haec Vossio p. 493. de hist. Graeciae, et Hendreichio in pandectis Brandenburg. p. 266. *Comparatio inter principes antiquos et noui imperii* (Turcici).
5. *Ad Constantinum Palaeologum de regno*. Labbeus, ibid. [v. ad nr. 3.]
6. *Solutiones quaestionum, quas proposuerunt philosophi et medici quidam ex Cypro insula*. id. p. 113. *Fabr.* MS. *Parisi.* in bibl. publ. cod. CMLXXXV. nr. 2. inc. τὰ πάντα γινώσκων et in bibl. *Escorial.* teste *Plüero* in *Itiner.* per *Hisp.* p. 173. *Harl.*
7. *Ad papam Nicolaum V.* id. 386.
8. *Poëmata graeca ecclesiastica* Argyropuli, Agathonis, et Anthemii siue Anthimi monachi cum notis musicis recentis Graeciae, fuere MSta in bibl. Scorialensi, teste Alex. Barvoëtio. [v. supra, vol. III. p. 655.]
9. Ex graeco vertit latine *Aristotelis praedicamenta, posteriorum analyticorum libros II. De naturali auscultatione libros VIII. De coelo libros IV. et Ethicorum Nicomacheorum libros X.* nec non *Basilii homilias IX. in Hexaëmeron*, quae Argyropuli versiones in antiquioribus Latinis Aristotelis editionibus, et in editionibus latinis et graecolatinis Basilii leguntur. *Fabr.* De ed. Basileensi opp. Basilii M. 1565. et Argyropuli versione lat. Basilii homil. ipsoque Argyropulo v. *Io. Fabricii* Hist. bibl. Fabric. tom. I. p. 102. et 106. — Versio Argyropuli lat. libror. Aristotelis de moribus *Venetis* in cod. bibl. MSS. monasterii S. Michaelis: de quo, item de Argyropulo, eiusque versione, codd. atque editt. multus est *Mittarell.* in cat. illius biblioth. col. 69. sq. De Argyropuli versione Aristotelicorum operum lat. atque editt. conf. supra in vol. III. p. 212. 305. 309. 313. 314. 318. 344. 345. 348. 364. — Diuersa de eius versione Aristotel. libror. iudicia *Bayle* in *Diction.* cit. p. 308. not. *D.* et *Adr. Baillet* in: *Iugemens des Sauans*, ed. de la Monnoye tom. II. p. 383. sq. coll. p. 326. et 379. sq. de Theodoro Gaza, atque *Hodius* l. c. p. 208. sqq. collegerunt. *Harl.*
10. *Commentarii in Ethica Nicomachea*, quos ex Argyropuli ore Florentiae excepit et Cosmo Medici inscriptos edidit *Donatus Acciaiolus*. Florent. et Paris. 1541. fol. *Fabr.* Add. supra, vol. III. p. 358. 360. et 363. et *Hodius* l. c. p. 202. sqq. *Harl.*
Aristotelis librum περὶ ἰσχυνέας latine versum a *Ioanne Argyropulo* iuniore, notat *Gesnerus* in bibl. p. 383. [conf. *Hodius* l. c. p. 205. sqq.]
 [*Monodia*, v. ad nr. 3.]
 In cat. MSS. Angliae etc. I. pag. 10. exstare dicitur in cod. Barocc. LXXXVII. *Porphirii* isagoge, cum scholiis marginalibus, et additur: forte *Io. Argyropuli*, cuius effigies ibi habetur: atque *Aristotelis Organon*, cum scholiis; forsan per eundem. Add. *Hodius* l. c. p. 195. — De eius prolegg. in progymnasmata v. supra ad vol. VI. p. 131. *Harl.*

[P] XXII. BARLAAMVS, ex vrbe Seminaria ^{hh}) Calaber. (perinde vt Gennadius, de quo supra, Scholarius) duas personas vel prorsus diuersas egisse vnus deprehenditur, vnde factum, vt in duos Barlaamos a quibusdam discerperetur. ⁱ) Sed vnus idemque est, qui pro Latinis initio et eorum cum Graecis vnione, et qui deinde acriter contra Latinos, ac denique ex monacho S. Basilii factus episcopus in regno Neapolitano Gyracensis ⁱⁱ) siue Hieracensis iterum pro Latinis scripsit. Idem Hefychastarum et Gregorii Palamae ^{mm}) in syno-

^{hh}) *Allatius* de consensu p. 339. lib. II. c. 16. et 17. *Fabr.* Conf. de Barlaamo *F. Vghelli* Ital. sacram. tom. IX. p. 395. *H. Wharton.* et *R. Gerium* (qui plura Barlaami opp. horumque codd. memorat, aliaque adduntur in not. ed. Basil.) in adpend. ad *Cauai* hist. litt. SS. eccl. tom. II. pag. 36. sqq. ad a. 1340. *Du Pin* hist. eccles. vol. XII. p. 83. sq. *Oudin.* in comment. de SS. eccl. tom. III. p. 814. sqq. in diss. de Barlaamo, Hieracensi seu Locrensi episcopo: in cap. 1. vita eius paucis perstringitur; in cap. 2. referuntur Allatii de eo narrationes et iudicia; in cap. 3. de eius scriptis horumque codd. fufius agitur. — *Hamberger.* in *zuverläß. Nachr.* tom. IV. p. 556. sqq. ad a. 1348. quo mortuus esse videtur Barlaam. Idem laudat *G. B. Tafuri* *Storia degli Scrittori*, nati nel Regno di Napoli, tom. II. p. 71. et *G. M. Mazzuchelli* *Scrittori d'Italia*, tom. II. p. 369. h. v. — Alios quoque excitat *Saxius* in *Onom. lit. part.* II. p. 358. sq. ad a. 1337. quo in synodo CPolit. damnatus Graecorum castra deseruit. Add. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XXXIV. p. 372. sqq. et de Hefychastarum contro- uersiis, p. 431. sqq. ac 437. sqq. *Harl.*

ⁱⁱ) Conf. *Io. Moller* *Homonymoscopiam*, p. 428. sq. *Harl.*

^{kk}) Sic etiam *Frid. Spanhemius* libro de papa foemina p. 264. seq. (tom. II. opp. p. 646.) et *Hendreichius* in *paudectis Brandenburg.* p. 418.

^{ll}) Vide *Cantacuzenum* p. 336. *Niceph. Gregor.* lib. XI. et bibl. patrum tom. XXVI. edit. Lugd. p. 4. *Lambec.* IV. 326. seq.

^{mm}) V. cap. sequens de Palama, sub fin. et *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 156. sqq. Contra Barlaamum plures scripserunt: e. g. secundum *Montfauson*, in *Bibl. biblioth. MSS.* p. 11. *E. Romae*

vol. V. p. 424. seq. et not. antec. *Harl.*] *) tomus Ignatii, patriarchae Antiocheni, contra Hidorum nondum patriarcham CPol. editus a. 1344: Nouembri mense, productus ab *Allatio* in diss. de libris eccles. graec. p. 188. Incipit: *ἡ ἀληθὴ περὶ τῆ ὑποψήφου*. Tomi contra Palamam varii, variis temporibus a Ioanne Caleca patriarcha editi, id quod ipse Palamas testatur his verbis: *ὡς περ ἐστὶν ἐν χερσὶς ἀληθινὸς ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς, ἀντίχειροι δὲ πολλοὶ γεγονόασιν* - - *ἔγω καὶ συνδοκὸς τόμος κατ' εὐσεβείαν ἐφ' ἡμῶν τῆς ἀληθείας συνήγορος εἰς, ἀντίτομοι δὲ καὶ νῦν γεγονόασιν πολλοί* - - *τρίτος ἐν ἐστὶν ἔτος τῶν παρὰ τῆ τῶ Βασιλεῶς μίτη συνανῶν Ἀκινδύνῳ προελομένῳ νῦν ἐξηγεγμένῳ, καὶ παρ' ἡμῶν ἐξεληλεγμένῳ*. cod. reg. MMCCCIX. fol. 287. Ex his vnum breuem dat *Allatius* de libris eccles. graecorum p. 197. et tom. I. Graeciae orthodoxae p. 772. qui incipit: *Τὸν Παλαμῶν καὶ τὰς ὁμόφρονας αὐτῶν*. Alter fortasse est sermo patriarchalis productus ab eodem *Allatio* de consensu pag. 817. et tom. I. Graeciae orthodoxae p. 803. Incipit: *Ἡ μετριότης ἡμῶν ἀναδεσμευμένη παρὰ Θεοῦ τὴν οἰκονομίαν*. His addatur tomus contra Ioannem patriarcham, editus mense Februario a. 1347. de quo *Lambecius* VI. p. 28. [p. 61. sqq. nr. 12. Koll. et huius not. v. p. 65. seq. *Harl.*] vbi subscribunt metropolitae *Athanasius* Cyzici, itemque Hellepontii Exarchus: *Macarius* Philadelphiae, *Laurentius* totius Alaniae et Soteropoleos, *Theoleptus* Didymotichi, *Malachias* Methymnes, *Apero* Charitum et vicem gerens metropolitae Euchaitarum: *Isaac* Madytarum, *Theodulus* Rosii (Ρωσίου), *Esaias* Selybriae et *Gregorius* Pompeiopolis. Incipit: *Ὅντως ἐδεῖς ἔτος ἀρχιτέκτων*. Item tomus et anathematismi in Palamam editi mense Iulio eiusdem anni, quos exhibet graece et latine *Allatius* Graec. orthodox. tom. I. p. 788 - 803. et de consensu p. 803. Incipit: *ἀκέσατε φυλαὴ τῆς γῆς*. Denique tomus contra Nicephorum Gregoram et alios Barlaami et Acindyni propugnatores, editus mense Augusto a. 1351. qui quidem tomus sub titulo pseudo-synodi Palamiticae graece et latine [P] exstat in auctario nouissimo bibl. graecorum patrum Combefisiano, parte altera p. 135 - 176. [Mansi tom. XXVI. p. 127. sq.] additis etiam notis: et in vol. ultimo conciliorum edit. *Harduini* p. 283. qui notat, huius tomii meminisse Cantacuzenum IV. 23. hist. Incipit: *ἔτε τὴν κατὰ τῆς ἐκκλησίας τῆ κοινῆς πολέμης*. Subscribunt post imperatorem Ioannem Cantacuzenum et patriarcham CPol. Callistum, metropolitae XXIII. et episcopi III.

Archiepiscopus Thessalonicensis ordinatus est Palama iussu Cantacuzeni imp. apud quem singulariter gratus fuit, ab Isidoro CPol. circa a. 1349. sed a praefectis vrbis haud admissus *) in Lemnum insulam secessit, atque inde reuersus CPolin, synodo a. 1351. de qua iam dixi, interfuit. Defuncti laudes panegyrica oratione celebravit Philotheus patriarcha CPol. Incipit: *Γρηγόριος μὲν ὁ μέγας πανηγύρεως ὑπόθεσις*. bibl. Coislinian. p. 167. Cantica eiusdem Philothei duo *εἰρηαὶ* in laudem Palamae thaumaturgi, vna cum ἀκολουθία siue officio in eundem MSta in bibl. caesarea. Canticum primum incipit: *εὐφραίνε ἐν Κυρίῳ πόλις Θεσσαλονίκη*. Alterum: *Χάρις τῆς εὐσεβείας φωστῆρ*. Officium: *Πάτερ ἱερό*

*) Incipit: *ἱππῶντες ἀληθῆς ἀπὸν*. Subscribunt *Ioannes Calecas*, oecumenicus patriarcha nouae Romae siue CPoleos, *Athanasius* Cyzici, *Gregorius* Sardium, *Gregorius* Dyrrhachii, *Ni-*

lus Lacedaemonis, *Isaacs* Madytarum, *Malachias* Methymnes et *Bitzenes* episcopi.

ss) *Nicephorus Gregoras* XII. 3. hist.

ἱερὲ Γρηγόριε, σὺ τὸν Θεὸν ἐκ παιδὸς ἀγαπήσας ἐξέφυγες ὕλην προσπάθειαν. Vide *Lambec.* V. p. 195. seq. [p. 406. sqq. 440. et 600. ed. Koll.]

Nicephorus Gregoras lib. XXIII. p. 699. testatur, Palamam ultra sexaginta λόγους composuisse, ad quem locum Io. Boiuinus in notis p. 805. obseruat, in vno codice (regio MMCCCCIV.) homilias variaque opuscula Palamae contineri plus quam septuaginta. [v. paull. post, ad nr. XXI.] Alia non pauca exstare obuia in aliis codicibus. Itaque putat, Gregoram tantum loqui de iis, quae de rebus controuersis scripta a Palama erant, quorum multa continet codex regius MMCCCCIX. In iis sunt:

I. *Libri contra Acindynum decem continui*, qui omnes exceptis tribus ἀντιρρήτικοι inscribuntur. In codice Segueriano [f. Coislin. XCVIII.] septem ἀντιρρήτικοις praemittuntur duo, vnus ad Athanasium Cyzici archiepiscopum, de scriptis Acindyni, num cum Barlaamo concordarent. Incipit: *πυνθάνη περὶ τῶν τῷ Ἀκινδύνε συγγραμμάτων.* Alter de distinctionibus in DEO secundum hypostasies et secundum operationes. Incipit: *Διονύσιος ὁ μέγας αὐτήκοος γεγωνὸς τῆς τῶν Ἀποστόλων φωνῆς.* Tertius ultimo loco subiicitur de multis impietatibus Barlaami et Acindyni, *ἐκθεσις τῆς πᾶν Βαρλαάμ καὶ Ἀκινδύνε δυσσεβημάτων ἀλλοκότου πληθύνος.* Incipit: *ἀποβαλλόμεθα τὴν ἀσεβεσάτην ἀλλόκοτον πληθύν.* Septem librorum ἀντιρρήτικῶν, qui in capita singuli diuisi sunt, accuratam recensitionem et [¶] singulorum capitum argumenta exhibet *Montfauconus* in bibl. Coisliniana p. 156 - 167. *Fabr.* Plures Coislinianae bibl. codices, qui continent Palamae opp. recensentur et singulorum argumenta diligenter indicantur a *Montfauc.* l. c. a nobis vero h. l. non potest singulorum mentio repeti: n. p. 150. — 157. cod. XCVII. in quo reperiuntur Palamae homiliae sexta vsque ad LXI^{mam} (quinque enim priores abscisae sunt.) Sequitur nr. 62. libellus moralis *ἀνέφθαλος* cui praefixa est epistola ad virginem quamdam; et nr. 66. epistola, quam ex Asia, captiuus quum esset, ad ecclesiam suam scripsit: tum p. 155 - 167. in cod. XCVIII. in quo habentur *Palamae* opp. permulta, tomus primus, (qui est cod. Seguerianus, a Fabricio laudatus.) Ultimo capiti adnexae sunt duae Gregorii epistolae; altera ad Damianum philosophum; altera ad Dionysium: quae paullo post, §. VI. etiam adduntur. Sequitur *expositio stupendae multitudinis impietatum Barlaami et Acindyni*: inc. *ἀποβαλλόμεθα, τὴν ἀσεβεσάτην ἀλλόκοτον πληθύν.* — Denique *Gregorii vita per Philotheum patriarcham*: init. *Γρηγόριος μὲν ὁ μέγας* etc. — Postea p. 167 - 171. in cod. XCVIII. est tomus alter opp. Gregorii XI. Palamae contra Acindynum, quorum indicem plenum dedit *Montfauc.* In illis opp. sunt quoque epistolae Palamae, a Fabricio §. VI. laudatae. — Deia p. 171 - 173. in cod. C. exstat tomus tertius opp. Palamae. Agmen claudit *Synodicus tomus* contra eos, qui Barlaami et Acindyni errorem sequuti sunt, Ephesi nempe et Gani episcop. *Gregoram* et *Dexium*, et alios, ab iis secum adductos. Acta est haec synodus a. Ch. 1351. eique multi subscripserunt. — Idem tomus est in cod. CI. v. *Montfauc.* p. 276. sq. *Fabric.* infra in vol. XIII. p. 843. de hisce codd. Coislin. ita scripsit: „Hypotheses et argumenta operum omnium *Gregorii Palamae* in quinque amplissimis Coisl. bibliothecae voll. in fql. continentur; n. XCVII. XCVIII. XCIX. C. et CI. Illa porro argumenta in quatuor posterioribus codd. totam Palamae circa lumen Thaboricum et lumen dei doctrinam comple-

Vol. XI.

R. ff

Antunt,

stantur, nec non disceptationes eiusdem contra Acindynum et Barlaamum aduersarios suos. Totam itaque illam in Graecia celeberr. quaestionem in his argumentis perspicimus. Incipiunt argumenta p. 155. clauduntur vero p. 177. In ultimo autem cod. habentur *Philothei* patriarchae C. P. circa eandem quaestionem contra Gregoram Barlaamum et Acindynum: nec non Synodici tomi tres contra eosdem. Initio cod. Cl. duo folia ad compingendum adhibita sunt, decimo saeculo exarata, vbi fragmentum *Vitonis*, *Βίτωνος*, ex libro, cui titulus, *Κατασκευὴ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπελτικῶν*. In illo fragmento repraesentatur figura gruis, instrumenti bellici, aliquantum diuersa ab ea, quae exhibetur in collectione regia Mathematicorum, vbi hic Vitonis liber cusus habetur. — Haecenus Fabricius. — *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXXXVIII. nr. 3. in illo quoque sunt, quae a Fabricio designantur nr. II. III. IV. V. VII. X. XIV. XVIII. XIX. et plures epistolae. — *Romae* in bibl. Vaticana, tabula eorum, quae Palamas addidit *ἀντιβηπτικοῖς*, et alia eiusdem. v. *Montfau.* Bibl. biblioth. MSSr. p. 10. C. qui p. 1308. C. tantum citat Gregorij Pal. cod. CXXII. in bibl. Mazarin. — *Mosquae* in cod. synod. LXXI. Gregorij Pal. scripta XXVI. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 61. Add. ad nr. 3. et *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. tom. I. p. 342. not. *Harl.*

II. *Libri duo Apologetici*, primus longior: *περὶ θεῶν ἐνεργειῶν καὶ τῆς κατ' αὐταῖς μεθεξέως*. Incipit: *Εἰ μὲν τις ἐστὶν ὁ πρὸς τσσαύτην ἐκτραπεῖς τόλμαν*. Alter *περὶ θείας καὶ θεοποιᾶς μεθεξέως ἢ περὶ τῆς θείας καὶ ὑπερφυῆς ἀπλότητος*. Incipit: *Φέρε δὴ προδῶμεν νῦν τὸ ὑπ' ἀμφοτέρων φανερώς λεγόμενον*. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXXXVIII. et CMLXX. nr. 35. in eodem plura sunt Gregorij Pal. scripta. — In bibl. *Escorial.* est cod. quem *Plüer* in *Itiner.* per Hispan. p. 172. his verbis designat: „*Pal.* apologia brevis aduersus eos, qui existimant, duos deos ostendi, ex eo, quod Sancti vocent non solum Deationem nullam generationem habentem, sed diuinitatem S. Spiritus donum, cui deus ineſt. Et alia notatu digna et contra Barlaam et Acindynum.“ *Harl.*

III. *Liber singularis*, quod Barlaam et Acindynus sint, qui diuinitatem vnā discernunt in duas: *Ὅτι Βαρλαάμ καὶ Ἀκίνδυνός εἰσιν οἱ διχοτομῶντες κακῶς ὄντως καὶ ἀθέως ὡς δύο ἀνίσχες θεότητας τὴν μίαν*. Incipit: *τοῖς πνευματοκινήτοις τῶν ἁγίων πατέρων ἐπόμενοι ψήφοις*. *Fabr.* *Mosquae* in cod. CCLXXVIII. sunt varii Gregorij Thessal. libelli contra Barlaam et Acindynum, de quibus v. *Matthaei* Notit. cit. p. 179. — *Ibid.* p. 197. in cod. CCCII. nr. 58. et 60. Barlaam ad Gregor. Palamam. *Paris.* in bibl. publ. codd. CMLXX. et MCCXXXVIII. *Harl.*

IV. *Dialogi duo*, vnus orthodoxi cum Barlaamita. Incipit: *Ὁρθόδοξος μαθὲν ἐβυλόμην παρ' ὑμῶν τῶν ζητάντων καὶ ἐπεδικάντων τὰ λάβανα*. Alter Theophanis orthodoxi cum Theotimo, qui ex Barlaamitis conuersus fuerat. *Theophanes; siue de deitate, et de eo, quod non participari vel participari ex illa potest*. Incipit: *Ἐπεσκέψω κατὰ σεαυτὸν γενημένες, ἀδελφε θεοτιμῆ*. *Fabr.* *Paris.* in bibl. publ. codd. citatis. — *Mosquae* in codd. synod. bibl. LXX. CCCXXIV. nr. 7. et bibl. typogr. cod. CCCLXIV. dialogus posterior, quem ex cod. LXX. edidit cl. *Matthaei* in *Lectt. Mosquens.* vol. II. Lipf. 1779. p. 7. 199.

7. sqq. add. eiusdem Notit. cit. p. 60. cod. LXX. 213. cod. CCCXXIV. et 240. cod. CCCLXIV. *Harl.*

V. *Ἀντιθέσις* siue *refutatio eorum*, quas *Acindynus* contra *Palamam* composuit. In hoc opusculo proponuntur primum *Palamae* verba, deinde ea, quae *Acindynus* contra obiecit, tum denique ea, quae *Palamas* contra opposuit. Distinguitur in capita XIX. quorum argumenta exponit laudatus *Montfauconus* p. 168 - 170. [v. ad nr. 1. et *Parif.* in duob. codd. citatis.]

VI. *Epistolae*, vt ad *Acindynum*, missa *Thessalonica* ante synodicam *Barlaami* et *Acindyni* condemnationem. Incipit: τὸ δι' αὐτῶν ἡμῶν MS. id. p. 170. *Fabr. Monaci* in cod. *Bavar.* CCXXIII. septemdecim epp. quae *Palamae* et *Acindyni* esse dicuntur. v. *Hardt.* in *Aretini* *Beyträge* etc. a. 1805. part. 5. p. 500. sqq. in eod. cod. sunt multi libelli, *Palamae* oppositi. — *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCXXXVIII. sunt plures *Palamae* epistolae. — *Matriti* in cod. reg. LXXVII. epistola ad *Acindynum* de *Barlaami* in sententiis differentia: inc. Ὁ μὲν τῆς αὐτῆς περὶ τὸ κατηγορεῖν ἐτοιμότητος etc. Haec epist. ait *Iriarte* in cat. codd. gr. *Matrit.* p. 280. neque inter recensitas a *Fabricio*, (nostro loco,) neque inter memoratas a *Montfaucono* cat. *Coisl.* p. 170. et 171. vsquam adparet. Add. supra ad nr. 1. *Harl.*

Ad *Annam Palaeologinam*, *Augustam*. Incipit: εἰδέναι σε βέλομαι pag. 170. Edidit integram *Clariff. Boiuinus* notis ad *Gregoram* p. 787. [v. supra, vol. VII. p. 656.]

Ad *Arsenium*, monachum *Studitam*. Incipit: εἰδέναι σε βέλομαι pag. 170.

Ad monachos in monte *Atho*. Incipit: ὑμεῖς μὲν εὐποιῶντες. p. 170.

Ad *Bessarionem* monachum. Incipit: εὐλογημένη τῷ Θεῷ. pag. 170. altera incipit: τὸ τοῦ κόπος ἐστίν. pag. 171.

Ad *Damianum* philosophum. Incipit: ἠνέχθη πολλαχίδεν τὰ τῷ Ἀκινδύνῃ. p. 167. 171.

Ad *Danilem* Aeni metropolitam. Incipit: ὄντως αἰδῶς οἰχομένης ἐκ ψυχῆς. p. 170.

[P] Ad *Dionysium* monachum. Incipit: τριῶν ὄντων τῶν τῆς αἰδέας. bibl. *Coisl.* *Ilmian.* pag. 167.

Ad *Ioannem Gabram*. Incipit: Φησί πε τῶν παροικιῶν. p. 170.

Ad *Macarium*, hieromonachum. Incipit: ἔγω μοι δοκέω καταλαβεῖν. pag. 170.

Ad *Niconem* Italum, citat *Nic. Comnenus* p. 193. praenot. *mystagog.*

Ad Nomophylacem. Incipit: τὰ γράμματα πρώην ἔπεμψας. MS. bibl. Coislin. pag. 170.

Ad Palaeologinam. p. 171. Vide supra, ad Annam.

Ad Paulum Asanum, hieromonachum. Incipit: ἔναγχος ἡμῶν ἐντυχών. p. 170.

Ad Philotheum hieromonachum. Incipit: ὦ ἐδόθη πολύ. p. 170.

Ad Theſſalonicenſes, de laboribus ſuis. Meminit Combefſ.

Ad quendam ignominatum de dicto Baſilii allatum in Synodico, quod Gregoras velut haud genuinum arguerat. Incipit: δεῖ καὶ ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀδελφέ. p. 173.

[*Ad ſuam eccleſiam ex Aſia,* dum ſervus eſſet, miſſa, *Pariſ.* in bibl. publ. cod. MCCXXXIX. nr. 65.]

VII. Diatribae duae contra ſcriptum, quod Ignatius *Antiochenus patriarcha*, Barlaamitis ſuffragatus, Palamae obiecit: 1) quod Synodico et Hagioritico tomo in omnibus ſit oppoſitum. Incipit: εἰς καιρὸν ἄρα τῆς Ἱερεμίας μνηθῆσθαι Φωνῆς. 2) quod ſit tomi illius non expoſitio, ſed prava detorſio et aperta oppugnatio. Incipit: ὥς περ εἰς ἐξ Ἰ. Χρ. εἰς ἀληθινὸς ὁ ἐπὶ πάντων Θεός. MS. in bibl. Coisliniana p. 170. [*Pariſ.* in bibl. publ. cod. MCCXXXVIII. nr. 16. *Harl.*]

VIII. *Libri πρότεροι* et ὕστεροι ὑπὲρ τῶν ἱερῶς ἡτυχαζόντων, pro iis, qui ſacram quietem colunt, *libri III. priores, et totidem poſteriores.* Priorum lib. I. quouſque ſtudium litterarum ſit vtile. Incipit: ἀδελφέ, καλὸν χάριτι βεβαιῶσθαι τὴν καρδίαν. Lib. II. quod mens intra corpus poſſit continere mentem, ſi quis ſibi ipſi in quiete attendit. Incipit: ἀδελφέ, ἐκ ἀκέραις τῆ Ἀποστόλου λέγοντος. Lib. III. de lumine et illuminatione diuina, de ſacra felicitate et perfectione in Chriſto. Incipit: ἐκ ἄρα μόνον ταῖς ἀρεταῖς αἱ κακίαι παραπεπήγασιν. Poſteriorum contra Barlaamum lib. I. contra eos, qui dicunt, ſcientiam externarum diſciplinarum eſſe vere ſalutarem. Incipit: ὃ δὲν ψεῦδος δεινότερον. Lib. II. de oratione. Incipit: τῶν μὲν ἐν ὃδὲν μέγα τιθεμένων τὴν ἀπὸ τῆς ἕξω παιδείας ὄνησιν. Lib. III. de ſacro Lumine. Incipit: ὁ δὲ τῆς νεκρῶς προſευχῆς. MS. in bibl. Coisliniana p. 172.

[P] IX. *Libri III. refutationis abſurdorum,* quae ſequuntur ex ſecundis Barlaami ſcriptis, protaſibus et concluſionibus. Incipit lib. I. ἀλλ' εἰ μὲν κατὰ Μασσαλιανῶν, καθ' ἅπερ καὶ ἐπιγέγραπται οἱ τὸ βιβλίον, πεποιήται. Lib. II. ἥρετό τις τῶν εἰταγομένων. Lib. III. ἃ μὲν ἐν προſκράει τῇ ἀληθείᾳ καὶ τῷ τῆς ἀληθείας Θεῷ p. 172.

X. *Ἐπίτομος διήγησις, compendioſa narratio dialogi,* qui in Palatio coram imperatore habitus eſt inter Gregorium Palamam archiepiſc. Theſſalonicae et Nicephorum Gregoriam philoſophum, ſcripta a quodam ex ſenatoribus, qui praeſens interfuit. Incipit: Ὁριſθεὶς παρὰ τῇ ἀγίᾳ ἡμῶν αὐθιγνῇ καὶ βασιλεῶς. p. 173. *Fabr. Taurini* in cod. reg. CCCXVI.

CCCXVI. v. cat. codd. gr. Taur. p. 396. — *Parif.* in bibl. codd. CMLXX. nr. 32. et MCCXXXVIII. nr. 2. *Harl.*

XI. Περὶ τῆς τῆ Γρηγορίου ψευδογραφίας ὁμῆ καὶ δυσσεβείας, *de Gregorae in scribendo mendacis et impietate libri II.* Libri I. initium: Μεταλαχὼν ἀθλίας τὸν Γρηγορίου, Βαβυλωνίαν καὶ Ἀκινδύνε τῶν κακοδόξων. Libri II. ἐξ ὀνύχων, φασὶ, τὸν λέοντα, καὶ ἐκ τῆ κραισπέδος τὸ ὕφασμα. p. 173. *Fabr.* Taurini in cod. cit. fol. 95. v. cat. laud. p. 396. *Harl.*

XII. Ἐλεγχος, *refutatio duplex Gregorae de lumine transfigurationis Domini,* vna breuior ad patriarcham oecumenicum, incipit: εἰδὲν οἶον, ὃ φίλε δέσποτα, εἰ μὴ λίαν ἐντέχνης ποιῶμαι τὰς λόγους. Altera copiosior demonstratio, quod illud vere increatum sit et aeternum, non autem diuina natura, quae omnibus omnino inuisibilis est, sed pulchritudo illa vera et amabilissima, quae ipsam circumdat secundum Theologos, solis sanctis et nunc quali pignoris ac praegustus loco, at in futuro saeculo incessanter participabilis et visibilis. Incipit: ὅτι μὲν ἐν καὶ ἦν καὶ ἐστὶ καὶ ἔσται. p. 173. *Fabr.* MS. in bibl. Sfortiana, bis. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 697. C. et 703. E. *Harl.*

XIII. *Capita centum et quinquaginta physica et theologica, ethica et practica καὶ καθαρτικὰ τῆς Βαβυλωνίτιδος λύμης,* purgantia a Barlaamitica labe, incip. Ἡεχθαι τὸν κόσμον καὶ ἡ φύσις διδάσκει καὶ ἡ ἰστορία πιστῆται. p. 173. [*Parif.* in bibl. publ. MMCCCLXXXI. nr. 4.]

XIV. *Delectus testimoniorum ex S. scriptura et ex patrum libris excerptorum,* et in capita seu hypotheses sexdecim distributorum MS. in bibl. regia *Parif.* teste Boiuiuo ad Gregoram p. 805. *Fabr.* In cod. *Parif.* CMLXX. nr. 31. In illo opusc. praecipue de diuinis operationibus disputatur. Occurrit praeterea Nicolai Pepagomeni epistola ad Gregoram Thessalonicensem; v. cat. MSS. bibl. regiae, vol. II. p. 191. — In cod. *Coisl.* C. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 171. *Harl.*

XV. *Interrogationes et responsiones* de iis, qui propriam mentem intra corpus conantur perspicere, an recte agant. id. p. 806.

XVI. Κεφάλαια περὶ προσευχῆς καὶ καρδίας καθαρότητος. *Capita de oratione et cordis puritate* MSS. in bibl. regia, [cod. MCCXXXIX. nr. 72. sec. catal. MSS. bibl. reg. tom. II. p. 262. *Harl.*] ex quibus primum cum versione Claudii Capperonerii exhibet laudatus Boiuius p. 776. Incip. ἐπειδὴ τὸ θεῖον αὐτοαγαθότης ἐστὶ.

XVII. *Orationes duae in transfigurationem Dei ac Saluatoris nostri [P] Iesu Christi,* quibus probatur lumen in ea increatum esse, nec tamen Dei essentiam. [MSS. *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCXXXIX. nr. 33. et 34. ac MCCXX. nr. 10. in adpend.] Prior incipit: ἐπαινεῖμεν καὶ ἡμεῖς καὶ θαυμάζομεν. Posterior: Ἡσαΐας ὁ προφήτης. Vtramque graece ex

cod. Mazariniano primus produxit, latinamque addidit versionem *Combeffius* auctario noviss. parte II. p. 106. 112. Latine ex *Combeffii* versione leguntur in bibl. patrum, edit. Lugd. tom. XXVI. [v. supra, vol. X. p. 243. add. ad nr. XXIX.]

XVIII. *Oratio aduersus Io. Calecam, patriarcham CPol.* ex qua locum graece profert Boiuinus ad Gregoram p. 789. [v. supra, vol. VII. p. 656. — *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCXXXVIII. nr. 15.]

XIX. *Iambi aduersus Acindyni carmina edita graece ab Allatio ad calcem tomi I. Graeciae orthodox.* [*Parif.* in cod. mem. nr. 4.]

XX. *Protopopoeia*, siue orationes II. iudiciales mentis, corpus accusantis, et corporis se defendentis, vna cum iudicium sententia, graece viderunt lucem edente *Adr. Turnebo* *Parif.* 1553. 4. et latine in bibliotheca patrum, *Parif.* 1589. tomo IX. vbi *Palamas sanctissimus* adpellatur, quemadmodum et in *Triodio* edit. *Venetae*, quod factum indignatur *Allatius* de consensu p. 824. et *Combeffius* tom. I. bibl. concionator. p. 15. Eadem *Protopopoeia* latine occurrit etiam in aliis bibliothecis patrum, vt *Parif.* 1654. tom. IX. et *Col.* 1618. tom. XI. et *Lugd.* 1677. tom. XXVI. Sed et gallice vertit vulgavitque *Claudius Espencaeus* *Parif.* 1570. 8. *Fabr.* Conf. cat. biblioth. *Lugd.* p. 47. et 250. atque *Oudin.* l. cit. p. 845. qui adnotat, illas oratt. exstare in bibl. *Augustana*, cod. LXXIII. — Leguntur quoque in cod. *Vindobon.* CXVII. nr. 3. qui tamen caret *iudicium sententia.* V. *Kollar.* supplem. ad *Lambecii* comm. tom. I. col. 686. seq. *Harl.*

XXI. *Orationes sacrae*, siue *Homiliae* binae eis τὴν πρὸς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων εἰσόδον, prior incipit: εἰ ἐκ τῆ καρπῆ τὸ δένδρον γινώσκεται. Posterior: ἐπὶ τῶν μεζόνων ἡ κατὰ ἀνθρώπινην δύναμιν. MSS. in bibl. *Vaticana.* *Fabr.* V. supra, vol. X. p. 284. bis. — MS. *Parif.* in bibl. publ. cod. CMLXX. nr. 23. et 24. et MCCXXXIX. nr. 51. In binis illis codd. sunt praeter homiliam *de praemiis bonorum ac suppliciis malorum*, aliae homiliae, a *Fabricio* non memoratae: nempe in priore:

in crasem domini, (etiam in poster. cod.)

in festum purificationis,

in adnuntiationem (in poster. quoque et in cod. MCCXX. nr. 5. et 7. in append.)

in ascensionem, duae: (etiam in poster.)

in posteriore autem LXIII. orationes, in his quaedam a *Fabricio* citatae, earum tamen omnium commemoratione vereor, ne tempore, charta et lectorum patientia abutar. Insuper in posteriore cod. exstant:

precatio ad deum, quum pontificatum capesseret:

decalo-

catalogus noui testamenti:

precatio, quum populos inuiferet:

alia, tempore pluuiali facta:

alia coram regibus post unctionem recitata:

capita de oratione et animi puritate: denique

alia capita.

In cod. MLIV. nr. 12. *de pace, dicta tertio post suum aduentum in urbem Thessalon.* inedita et inc. ἐμοὶ δὲ λίσαν* (est homilia *de concordia* etiam in cod. Nan. postea mem. quae tamen incip. ἀδελφοὶ μὲν ἡμῖς πάντες*) atque aliae, a me memoratae. — Praeterea in eodem reperitur opusc. Gregorii Palamae ineditum:

de adfectibus et virtutibus, ad Xenam monialem: inc. τοῖς μοναδικῶς ζῆν προθυμῶσι.

In cod. MCLXXXV. nr. 1. in appendice cat. MSS. Paris. pag. 618.

Homilia *in ingressum b. Virginis in sancta Sctorum*, et nr. 12. hom. *in laudem Georgii martyris.* — In cod. MCCXX. in adpend. praeter citatas reperiuntur:

Hom. *in dominicam Palmarum:*

— *in Christi natiuitatem:*

— *in Christi baptismum.*

Mosquae in cod. synod. LXX. sunt Palamae homiliae et alia scripta LXV. v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. p. 60. et cl. *Matthaei* ex illo cod. decem edidit homilias, *Mosquae*, 1776. 8. Ibid. in cod. typogr. IX. tres Greg. Pal. oratt. quarum prima inc. ἡ τῶν ἁγίων ἐκάστῃ μνήμῃ* altera: εἰς τίμιος ὁ θάνατος. et tertia, inc. καὶ ἐξ δεκτῶ ἐπήκουσά σου. v. *Matthaei* l. c. p. 335. nr. 17. 19. et 23. nec non p. 159. nr. 6. in cod. CCXLVI. nr. 6. duae orationes: prior inc. ἐπηλίκας ὁ νῦν αἰσθητῶ πάντες ἀπαναστῇ* posterior: ἐπεὶ τὸ θεῖον αὐτοαγαθότης ἐστίν. — Ibid. p. 179. cod. CCLXXIX. nr. 1, oratio: inc. ἐπὶ τῶν μεζόνων ἡ κατ' ἀνθρώπων. — *Romae* in bibl. Vatic. sermones quidam, ac *Mediolani* in bibl. Ambros. oratt. XI. item responsio ad epistolam Arsenii, cum aliis nonnullis epistolis. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 12. D. ac p. 498. C. item p. 1321. E. in cod. *Mazarin.* CXXI. homiliae in dominicos dies et festa per annum. it. p. 33. D. nr. 904. *Romae* in bibl. Vatic. reginae Sueciae cod. Palamae fragmentum, et homilia *in S. Petrum et Paulum. Harl.*

Alia *eis τὴν ἐνανθρώπησιν*, incipit: ὁ τῷ θεῷ προσευχόμενος, meminit *Allatius* lib. de Si-
meonibus pag. 103. [conf. supra, vol. X. p. 239.]

Vide

Video praeterea memorari: εἰς τὴν ἀπάντησιν τῷ Ἰησοῦ Χριστῷ.

περὶ νηστείας καὶ προσευχῆς.

De secundo aduentu Christi. [Parif. in bibl. publ. cod. MLIV. nr. 15.]

De passionibus et virtutibus, et de iis, quae per otium cogitatio parit.

πῶς ἀνύσιμός τε καὶ ἄμωμος ἡ ἀρετὴ τελεῖται.

In Demetrium, martyrem. [Parif. in bibl. publ. cod. MLIV. nr. 11. v. supra, vol. X. p. 218.]

De mutua concordia. [Venet. in cod. Nanian. CXXVI. nr. 14. v. catal. codd. gr. Nan. p. 279.]

In Publicanum. [haec et seq. Par. in cit. cod. MLIV. nr. 13. et 14.]

In Prodigum.

De praemiis bonorum et suppliciis impiorum, Dominica πρὸς τὰς τῶν προπατέρων (ante festum natiuitatis) solita recitari. [in vtroque cod. Parif.]

[P] *De misericordia et beneficentia.*

In bibl. Bodleiana n. 637. inter codices Guil. Laudi 156. exstant Gregorii archiepiscopi Thessalonicensis *Sermones*, graece, fol.

XXII. *Expositio orthodoxae fidei* MS. in bibl. Augustana, fortasse haud diuerfa ab ea, quae exstat in tomo Palamitarum synodico a Combesio edito p. 172. et incipit: εἰς Θεὸς πρὸ πάντων. — *Fabr.* MS. Romae in bibl. Vatic. v. *Montfauc.* l. c. p. 10. C. — *Augustae Vindel.* in bibl. publ. v. *Reiseri* indic. MSS. illius bibl. p. 27. — *Florent.* in cod. Laurent. XVII. nr. 13. plut. 59. v. *Bandini* cat. codd. gr. tom. II. p. 532. *Harl.*

XXIII. *Disputatio aduersus infideles et Atheos Chionas*, memoratur a Combesio et Rob. Gero. [Parif. in bibl. publ. cod. MCCXXXIX.]

XXIV. *Vita S. Petri*, monachi Hagioritae siue in monte Atho ex MS. Mazariniano [v. *Montfauc.* Bibl. bibliothec. MSS. p. 1322. *Harl.*] graece edita in actis Sanctor. 12. Iunii tom. II. pag. 538 - 556. cum versione Conradi Ianningi, S. I. *Fabric.* [Conf. supra, vol. X. p. 312. MS. *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCXXXIX. nr. 62.]

[In cod. *Barocc.* XXV. (secund. cat. MSS. Angliae etc. I. p. 2.) *Metropolitae Thessalonic.* responsum ad quaerentem, quis finis sit incarnationis diuinæ: inc. Ἡρώτησας, τίς ὁ σκόπος. — in cod. *Barocc.* CCXCV. nr. 7. ex capitulis excerpta. *Harl.*]

Contra

Contra Latinos.

XXV. *Libri II. ἀποδεικτικοί, quod non ex Filio, sed ex solo Patre procedat Spiritus S.* Prior incipit: πάλιν ὁ θεὸς καὶ ἀρχέκακος ὄφει. Posterior aduersus ea, quae e sacris literis Latini adferunt, incipit: ὦν μὲν ἐν ἑδαι καὶ αὐτῷ τῷ τῶν εὐσεβέων καταλόγῳ, MS. in bibl. Coisliniana p. 171. Ambo prodierunt graece Londini 1624. 4. cum alijs aliorum scriptis, de qua collectione infra p. 784. 790. [vet. ed. *Venet.* in cod. Naniano LXXV. nr. 80. exstat prior liber. V. cat. codd. gr. Nan. p. 157. — in cod. *Georg. Wheleri* XLIX. *Gregorii Thessal.* contra Latinos de Spiritu S. et varia ex varijs patribus de Spir. S. v. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. nr. 910. — *Matriti* in bibl. reg. cod. LXXVII. exstat vterque liber. — In cod. cod. sunt *Palamas Ἀντεπύργαφαι* contra Io. Beccum etc. ac sec. ordinem Fabric. nr. XXVI. XXVII. XXVIII. XXIX. et sequuntur Barlaami et aliorum scripta pro Latinis. — *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCXLVII. nr. 7. liber prior, et in cod. MCCLXXXIV. nr. 7. *Harl.*

XXVI. *Ἀντεπύργαφαι* contra Ioannem Beccum, patriarcham CPol. seu *Confutatio ἐπὶ πύργαφῶν* XI. quas *Ioannes Beccus* pro Latinis proposuit, id. De Becci ἐπὶ πύργαφῶν dictum supra p. 347. seq. ed. vet. (p. 353. sq.) *Palamae ἀντεπύργαφῶν* cum Bessarionis confutatione, (de qua p. 402. ed. vet. (p. 427. ed. nou.) edidit *Petrus* Arcudius in opusculis aureis editis, Romae 1630. 1671. [al. 1670. v. supra ad p. 345. nr. 7.] 4. Confer *Lambecium* V. p. 150. seq. *Fabr.* Siue p. 317. seq. ed. Kollar. *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCLXX. *Palamae, Becci, Bessarionis* et *Max. Planudae* scripta. — Eorundem opp. quae ad hanc controuersam pertinent, *Monac.* in cod. XXVII. v. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 4. pag. 5. sqq. — *Mosquae* in cod. synod. CCCXCIV. *Becci* et *Palamae* scripta eristica. v. *Matthaei* notit. cit. p. 252. nr. 13. — Eadem *Florentiae* in cod. Laurent. XIV. nr. 4. plut. 10. et cod. XII. nr. 19. plut. 4. vid. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 483. et p. 535. *Harl.*

XXVII. *Quod Latini vnus Spiritus S. duo principia doceant; ad Acindynum adhuc amicum: et theologica argumenta esse potius demonstratiua adpellanda quam dialectica.* Incipit: Σὺ μὲν ἡμῶς ἰσως χεῖν. id. p. 171. *Fabr.* in cod. *Coislin.* C. *Harl.*

XXVIII. *Contra Barlaamum de duobus principijs, et contra speculationem Graecanicam.* Incipit: ὁ θεῖμα τῆς ἀνωτάτω περὶ λόγος παιδείας. id. p. 171. seq.

XXIX. *Contra eundem, quod in theologicis dentur verae demonstrationes, et Aristotelicam demonstrationem esse incertam et instabilem.* Incipit: τὰ μὲν τῆς δυναρχίας ἐκ μέσθ γέγονεν. id. p. 172. *Fabr.* MS. *Taurin.* in cod. reg. GCCXV. v. cat. codd. gr. Taur. p. 397. ibid. p. 281. seq. ex cod. CLXXXVI. graece cum vers. lat. in lucem editum est *Greg. Palamae* opuscul. aduersus *Latinorum confessionem*: inc. εἰπέ μοι, ὦ ἐταῖρος etc. — In cod. bibl. *Sfortianae* est *Palamas* contra *Barlaam* et eius sectatores, qui lumen transfigurationis domini creatum esse contendebant, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 703. E. *Harl.*

XXX. *Disputatio*, in qua Palamas cum *Manuele Chrysolora*, (qui diu post vixit,) de *processione Spiritus S.* contendens inducitur MS. Venetiis in bibl. S. Antonii, teste Posseuino.

[P] XXXI. Gregorii Palamae *Prophetia de ecclesia romana scindenda in multas partes*, γινώσκετε τέκνα μὲν, ὅτι ἡ ἐκκλησία τῆς Ῥώμης μέλλει διαμερῆσθαι εἰς πολλὰ τμήματα, etc. quam impletam post illius mortem miratur *Metrophanes Critopulus* in *Confessione* p. 41.

XXXII. In *epist. Pauli ad Thessalonicenses* citatur a Nic. Comneno p. 23. 24. 26. 32. 42. et pluribus locis. Idem Comnenus Allatii exemplo vehementer in Palamam et contumeliosissime inuehitur, utpote Latinorum improbatorem morum acerrimum p. 193. itaque non contentus consuetis maledictis, etiam haeticum, polytheum, Turcarumque catamitum antistitem adpellat p. 387. scelestissimumque Atheum p. 210. ubi omnibus onerat probis, Photianorum scilicet Thaumaturgum p. 14. sed cuius miracula Bessarion oppugnavit p. 244. b. Etiam Altimurae p. 381. est fanaticus homo, ubi Nectarium Hierosol. a quo pro sancto habetur et miraculis conspicuus celebratur, oppugnat. Nectarii ") verba ad papae adsecras haec sunt: ἐγὼ νῦν λέγειν Γρηγόριον, τὸν σοφώτατον καὶ ἀγιώτατον, τὸν Θεσσαλονίκης, τὸν Παλαμᾶν, ὅτι τέτρω ὑμᾶς ὡς ἀντιδίκω φέρεσθε, ἅλ' εἰ Θεῷ κατ' ἄκρον εὐηρέησεν, μαρτυρεῖ καὶ τὸ λείψανον καὶ τὰ θαύματα - - Οἶδα, ὅτι ἔμεγαν ἡγάθα τὸν ἄνδρα πολέμιον, ἰσχυρῶς ταῖς ὑμῶν καινοτομίαις ἀντιταξάμενον, καὶ τοῖς ἀγίοις ἐν τεταγμένον ἀκούοντες ἀποσρέφεσθε. Ἄλ' ἐδὲν παραβλάπτεται παρ' ὑμῶν ἡ τῷ ἀνδρὶ ἀρετὴ τε καὶ ἀγιότης. Omitto dicere de Gregorio sapientissimo sanctissimoque Palama, Thessalonicensium praefule, quippe quem vos tamquam aduersarium insectamini. Quam vero acceptus Deo sit, hoc eius reliquiae et miracula contestantur. - - Non nos fugit, vos non magni facere virum, qui vobis bellum indixit, nouitatibus vestris fortiter obfistens: et cum illum in sanctos relatum auditis, indigne fertis. Ceterum nihil ex vobis detrimenti accipit virtus illius et sanctitas. Fabr.

[*Parif.* in bibl. publ. cod. MMMCV. Greg. Pal. opuscul. *aduersus primatum papae et concilium Florentin.* Ibid. in codd. CCCLXIV. nr. 21. CMLXX. et MCCXXXVIII. in quo et seq. cod. multa Palamae scripta reperiuntur, sunt eiusd. *Eclogae* ex variis capp. etc. *Harl.*]

Palamae aduersarii.

Anonymi διάλεξις τινὸς λογίς καὶ φιλοσόφου ἀπὸ τῶν θείων γραφῶν, apud Allatium de libris ecclesiasticis Graecorum p. 199. et tom. I. Graeciae orthodox. p. 773 - 780. Incipit: Ἔσθες τὴν ἀνταπόδοσιν τῇ πολέμῳ. Fabr. Romae in cod. bibl. Vatican. quaedam opera contra Palamam et Palamitas, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 12. D. — Acc. *Christodulus* s. *Io. Cantacuzen.* contra Palamam, et alia eius pia opuscula, ibid. p. 234. A. in

†) p. 202. ἀντιθέσεις περὶ τῆς ἀρχῆς τῆς Πάπας.

A. in cod. *Neapolit.* bibl. monasterii S. Seuerini. (add. *Bandin.* in cat. codd. gr. Laurent. I. p. 342. sqq. et supra, not. ad sect. I. huius cap.) — ib. p. 519. C. lib. de process. Spir. S. ad Alexium Philanthropum: item *aduersus Gregorium Palamam de process. Spir. S. Harl.*

Constantini Harmenopuli scriptum, quod sine auctoris nomine exhibet idem *Allatius* de libris eccles. p. 209. et tom. I. Graeciae orthod. pag. [P] 780 - 785. Incipit: Ἡ μὲν παρὰ τῆ Κυρίᾳ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν ἁγίων μαθητῶν. Vide supra, p. 266. nr. 6.

GREGORIVS ACINDYNVS monachus, Barlaami sectator, et in Palama infectando socius, postea diuersa etiam ab illo sentire coepit, vnde non minus Barlaamum, quam Palamam scriptis oppugnavit. Itaque apud *Allatium* II. 16. 3. p. 802. de consensu et tom. I. Graeciae orthod. p. 786. ἐμοί, inquit, λόγοι πεποιήνται καὶ ἐπιστολαὶ διὰ πέντε τμημάτων πρὸς Βαρλαάμ ἐκείνον. Eius *Iambi* DIX. aduersus haereses Gregorii Palamae, graece editi ab *Allatio* tom. I. Graeciae orthodoxae p. 756 - 769. Incipit: σπῆδῳ Παλαμῶν εὐσεβείᾳ πᾶς Φεύγεται. *Librum* III. aduersus errores Palamae citat Nic. Comnenus p. 188. praenot. mystagog. *Librorum duorum de essentia et operatione DEI*, aduersus Palamam, Gregoram et Philotheum, quos MStos in bibl. Bauarica reperit *Iac. Gretserus*, argumenta quaedam capitum exposuit in notis ad Cantacuzeni II. 40. pag. 931. seq. et ex eo *Bzouius* ad a. 1337. §. 8. p. 781. Integri editi sunt a *Gretsero* Ingolstadt. 1616. 4. cum decem epistolia variorum pontificum ad Petrum Cnapeum. ^{uu)} Acindynum et Barlaamum oppugnavit prae-ter Palamam, (de quo supra pag. 456. ed. vet.) etiam *Marcus* monachus MS. in bibl. Coisliniana pag. 404.

Barlaamus aduersus Palamam multa egit scripsitque, licet ex huius argumenti Iacubrationibus Barlaami nihil meminerim exstare. De aliis eius scriptis dictum supra p. 427. seq. ed. vet. p. 427. sq. nou. ed.

IOANNES CYPARISSIOTA, cognomine Sapiens, Palamae ipsi suppar post a. 1360. scripsit Παλαμικῶν παραβάσεων *Palamiticarum transgressionum* libros IV. ex quibus primum et quartum vulgavit *Cambessius* graece et latine in auctario nouissimo parte secunda p. 68. et 85 - 105. [inde lat. in bibl. max. patr. Lugd. tom. 21. p. 476 - 489.] Liber secundus et tertius adhuc inediti latent, sicut et alia spissa eius opera quatuor aduersus eundem Palamam, vt 1) λόγοι VIII. aduersus Palamae tomum eiusque nouam fidem: 2) alii λόγοι VIII. criminationibus Palamae in aduersarios de Lumine increato respondentes, ac aliquot quaestio-

S s s 2

nibus,

^{uu)} Ex cod. *Bauar.* CCXIV. teste *Hardtio* in *Aretini* Beyträgen etc. a. 1805. part. 4. p. 558. edidit *Gretserus*. In cod. tamen libr. II. lacuna duorum foliorum occurrit: Ed. *Gretseri* rec. est in eius opp. tom. XV. p. 474. sqq. Ratisbon. 1741. fol. — Conf. de Gregorio Acindyno *Oudin.* in comm. de SS. eccl. tom. III. col. 915. sqq. qui laudat quoque *Iac. Pontan.* in notis ad Can-

tacuzeni Historiam libri II. cap. 40. et *Henr. Spondan.* in annal. ecclesiastic. ad an. 1337. nr. 11. et ad an. 1350. nr. 20. Quaedam de eo prodidit *H. Wharton.* in adpend. ad Cauei histor. litt. SS. eccl. tom. II. p. 39. ad an. 1340. add. *Schroeckh.* hist. eccl. christ. tom. XXXIV. p. 440. *Saxii* onom. lit. part. 2. p. 360. ad an. 1337. et supra, vol. VII. p. 655. *Harl.*

nibus, omnem de illo considerationem complectentes. 3) Λόγοι tres, (quorum primus in capita LXXV. dispescitur,) contra Palamitarum auniuersarias in aduersarios diras et exauktionationes, siue contra illorum ἀποσασίαν. 4) opus Anti-Palamiticum, vnum cetera fere omnia aequans magnitudine, et ante illa etiam ab Cyparissiota publicatum.

Exstat et aliud istius Cyparissiota huc spectans, et sanul mysticam tradens theologiam, opus subtile et eruditum, quod inscribitur [P] ἐκθεσις στοιχειώδης ῥήσεων Θεολογικῶν, *Expositio elementaria eorum, quae de DEO a theologis dicuntur*, in decem decades tributa, 1) de theologia symbolica. 2) de theologia demonstratiua. 3) de diuinis enarrationibus. 4) de diuinis nominibus eorumque origine et informatione. 5) de proprietatibus diuinorum nominum. 6) de adparitionibus diuini luminis. 7) de diuina participatione. 8) de infinitate DEI in creaturis. 9) de infinitate in DEO. 10) de diuina simplicitate. Hoc opus graece repertum Messanae in Sicilia in bibliotheca D. Ioannis Lascaris, *Franciscus Turrianus* latine cum scholiis editum dedicauit Antonio Augustino, archiep. Tarraconensi Rom. 1581. 4. vnde recusum latine in bibliothecis patrum Colonienſi tom. XI. et Lugdunensi, tom. XXI. p. 377. *Fabr. Paris.* in bibl. publ. cod. MCCXLVI. sunt *Ioan. Cyparissiota* 1) Palamitarum transgressionum libri IV. secundus ineditus: inc. *πρόδηλον μὲν ἔν.* tertius etiam inedit. *ὅσα μὲν ἔν.* 2) libri octo aduersus Palamam, eiusque nouam fidem: inc. *ὡς ἂν δὲ καὶ δι' ὧν.* 3) libri octo, criminationibus Palamae respondentes: init. *τὸ τρίτον βιβλίον πρὸς τὰς κατ' ἡμῶν.* 4) libri tres contra Palamitarum ἀποσασίαν: init. *τὸ τέταρτον βιβλίον πρὸς τὰς.* 5) aduersus Nilum Theſſalonicenſ. antirrheticorum libri quinque: inc. *τῶν μὲν ἡγησαμένων βιβλίων τό τε πρότερον.* Add. *Montfauc. Bibl. biblioth. MSS.* p. 732. E. et 776. C. de codd. *Paris. Harl.*

Scripsit Cyparissiota post Nicephori Gregorae obitum, cuius cadauer Palamitis ludibrio habitum indignatur libro IV. Palamitarum transgressionum, vbi statum miserum ecclesiae CPolitanae sub patriarchis Palamiticis per decem quaestiones depingit. Natus Gregoras a. 1295. non ante a. 1360. obiit, quum historiae telam vsque ad a. 1359. pertexam ab eo habeamus. *Fabr. V. Saxii* onom. lit. II. p. 380. ad an. Chr. 1370. — *Oudin.* comm. de S. S. eccl. tom. II. col. 1062. seq. ad an. 1360. qui adnotat, *Expositionem elementariam*, s. *materiarum* haberi graece in bibl. regis Hispan. et Romae inter libros, quos Turrianus dedit societati; et *Henr. Wharton*, in adpend. ad Cauei hist. litt. SS. eccl. II. p. 65. ad an. 1360. *Harl.*

De Nicephori Gregorae anthirreticis aduersus Palamam dixi vol. VI. p. 301. seq. ⁷⁷⁾ De *Manuelis Calecae* libro, in hoc ipſo volumine p. 421. sq. ed. vet. p. 455. nou. ed. De *Demetrii Cydones*

77) S. vol. VII. p. 632. sqq. edit. nou. Adde, *Niceph. Gregorae* disp. contra Palamam, praesente imperatore, Io. Palaeologo, extare in cod. bibl. *Auguſt. Vindel.* v. *Reiſeri* indic. MSS. illius bibl. p. 41. nr. 58. — in cod. *Coislin.* Cl. v. *Montfauc. bibl. Coislin.* p. 174. seq. — *Mos-*

quae in codd. synod. CCCII. nr. 73. sqq. — CCCXXIV. nr. 8. et CCCXCIII. nr. 6. v. *Matthaei* notit. cit. p. 198. 213. et 249. — *Monac.* in cod. Bauar. X. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1803. part. 1. pag. 84. et part. 2. pag. 3. sq. et 7. seq. *Harl.*

dones p. 388. (p. 402. nou. ed.) et de *Davidis* monachi narratione, p. 501. et *Dionysii Acindyni* historia victoriarum Gregorii Acindyni patris sui, p. 502. *Marci Ephefi* capita LXVIII. contra haeresin Acindynistarum MS. in bibl. caesareâ; *Lambec.* V. p. 226. ^{ww}) *Georgii Scholarii* ad Ioannem Basilicum, qui interrogauerat de Theodori Grapti dicto, cuius causa Acindynistae turbas moueant: itemque de iis, quae iidem ipsi de Spiritu S. sophistice disputant. MS. in bibl. Coisluniana p. 177. incip. *χάρεις πολλή σοι τῆς εἰς ἡμᾶς εὐνοίας, ἄριστε Φίλων.*

Index Scriptorum, in Decadibus Cyparissiotae citatorum.

Maiores numerus Decadem, minor caput denotat.

Abucara siue Carrarum episcopus. vide infra, Synodus contra Manichaeos.

Anastasio, Sinaitae oratio de transfiguratione VI. 4. 5. 7.

Anastasio Antiochenus libro, quod DEVS est incircumscriptus, X. 4. [P] in primo libro de nostris dogmatibus veritatis, VII. 9. IX. 4. contra Monophysitas, VIII. 10. confutans opinionem Manichaeorum Dionysium Alex. citat. id.

Andreas Cretensis in magno canone, VI. 6.

Athanasius, I. 8. (quaest. ad Antiochum, VIII. 8.) II. 8. IX. 1. 2. contra Arianos, VII. 1. IX. 7. libro primo X. 4. secundo VI. 8. VII. 5. IX. 6. tertio III. 6. 7. VII. 4. quarto IX. 8. 9. quinto IX. 6. 8. disp. Nicaena contra Arianos, III. 6. *λόγω κηρυκτικῶν* in adnunciationem b. virginis, X. 8. Oratione, cuius initium: *Omnibus vobis, qui in unum conuenistis*; quo patres Nicaeni recte vsi sunt voce *homousii*, X. 1. Apologetico pro synodo Nicaena, IV. 8. X. 1. de aduentu DEI in carne, IX. 7. de incarnatione verbi, V. 9. IX. 3. Epist. ad Serapionem, VII. 3. 4. 9. VIII. 2. IX. 5. 6. 9. dialogo Orthodoxi et Anomaei, IX. 4. 7. X. 4. 7. in expositione fidei in prima synodo, (symbolum intelligit) IX. 3. disp. contra Arian. IX. 6. contra eos, qui seruiunt verbis et non nominibus sacrarum literarum, IX. 6.

Bartholomaeus, apostolus, VI. 10. ex Dionysii c. 1. de mystica theol.

Basilius, II. 3. III. 4. IV. 8. V. 10. VI. 6. IX. 1. 2. X. 2. de Spiritu S. VII. 3. capitibus de Spiritu S. IX. 7. contra Eunomium, secundo III. 5. IX. 5. X. 5. tertio VII. 5. quarto III. 5. IV. 4. 5. 6. IX. 5. quinto *ἀντιρρητικῶν*, X. 9. capite 31. X. 5. quinto *ἀντιρρητικῶν*, X. 4. in Hexaëmeron, VI. 1. VII. 8. fermone de fide, IX. 4. in Psalmum 44. VI. 4. Orat. de principio prouerborum, III. 4. in moralibus, III. 7. epist. ad Eustathium,

S s s 3

^{ww}) Siue pag. 466. ed. Kollar. in cod. *Pelagonii contra Palamam de Spir. Scto Mediolani* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. bibl. CCLXXVIII. nr. 1. add. p. 467. de cod. CCLXXX. MSS. p. 497. *B. Harl.*
v. infra in hoc vol. p. 529. ed. vet. — *Georgii*

thium, IV. 7. ad Gregorium fratrem, VII. 4. 5. Psalmo 28. in homilia moralium, VII. 8. in Psalm. 22. VII. 5. libro quinto ad Amphiloichium, VII. 9. in illud *attende tibi*, VIII. 8. Epistola ad Terentium comitem, IX. 4. ad Caesarienses, IX. 7.

Chrysostomus, I. 3. III. 4. VI. 6. 9. VII. 1. homilia 64. in Matthaeum, III. 4. homilia 56. VI. 4. in illud, *in ipso vita erat*, IX. 7. homil. 15. in Ioannem, VIII. 8. homil. 42. VI. 5. 6. in epist. ad Corinth. homil. 29. VII. 5. ad Ephesios homil. 13. VII. 5. homilia de Eutropio, I. 6. ad Theodorum lapsum, VI. 4. 5. VIII. 8. homilia de cruce, cuius initium, *quid dicam*, X. 8. explanans illud, *vidimus gloriam*, VI. 6. Orat. de incomprehenso, VIII. 8. de transfiguratione, VI. 6. Oratione contra haereticos et in petitionem filiorum [P] Zebedaei, VI. 8. in illud, *ex plenitudine eius omnes accepimus*, VII. 4. Oratione in laudem S. Ioannis theologi, VIII. 6.

Clemens philosophus, V. 4.

Diutius Cosinas, VI. 4. canone festi transfigurationis, VI. 6. 7. in iis quae in mediam pentecosten canuntur, VI. 6.

Cyrillus Alex. III. 3. VIII. 10. in thesauris, IV. 9. VII. 2. 3. IX. 6. libro primo, IX. 8. libro 3. capite quarto, X. 9. libro 14. IX. 6. 8. 10. libro 15. IX. 6. libro 19. IX. 8. libro 31. X. 2. libro 32. X. 7. capite 33. IX. 5. 7. libro 34. X. 7. differens de Spiritu S. VII. 2. 3. 5. IX. 6. 7. Capitibus de Spiritu S. IX. 7. 8. X. 7. explanatione in Lucam, VI. 4. libro primo ad Hermiam, IX. 7. libro quinto dialogor. ad Hermiam, IX. 7. libro septimo eorum quos more dialogi scripsit, VI. 7. libro septimo dialogorum ad Hermiam, VII. 4. IX. 6. X. 5.

Cyrillus Hierosol. in Catechesibus, VII. 1. decima Catechesi, VI. 4.

Diutius Diadochus et silentii magister, VIII. 8. (*libro de perfectione spirituali citatur a Turriano scholiis ad X. 2. Episcopus Photicus in Epiro, quem S. Maximus citare et sequi solet, libro aureo quaestionum de anima separata et angelis, quem inscripsit Apocalypsin, id.*)

Dionysius Areopagita passum per totum opus. Theologus. VIII. 10.

Dionysius Alex. scholiis ad Dionysium Areopagitam, I. 1. II. 2.

B. Ephraem oratione in transfigurationem, VI. 4.

S. Epiphanius panaria, III. 4. V. 2. contra haeresin Marcioniorum, VIII. 10. haeresi contra Ptolemaeitas, X. 9.

Eunomius in iis quae contra Basilium magnum scribit, X. 4.

Eusebius Caesariensis, III. 4.

Euthy.

Euthymii dogmatica panoplia, III. 2.

Sanctus ac diuinus Germanus in expositione fidei, VIII. 10.

Gregorius, theologus, I. 3. II. 3. IV. 8. VI. 7. 9. IX. 2. 7. 9. libro primo de Filio, VIII. 1. IX. 5. X. 2. 3. libro secundo, VI. 6. Orat. de Spiritu S. III. 4. VII. 5. secundo de theologia libro, I. 6. II. 4. 5. 7. 8. 9. III. 4. VI. 6. 9. VIII. 8. IX. 3. libro tertio theologiae suae, X. 10. disputans contra Eunomium, III. 1. de diuinitate ad Euagrium monachum, IV. 8. VII. 4. Oratione, quum factus esset presbyter, V. 9. de baptismo, VI. 3. 10. IX. 3. ad Heronem, VI. 5. in sermone Epiphaniae, IV. 1. libro de statu episcoporum, III. 6. de constituendis episcopis, IX. 2. 5. in Natalem domini, VI. 7. [P] VIII. Oratione de bono ordine differendi, VI. 5. 6. secunda de pace, VII. 9. tertia IX. 3. in pentecosten, VII. 9. in laudem Gregorii Nysseni, IX. 7.

Gregorius Nyssenus, II. 5. IV. 8. 9. VII. 8. 10. IX. 1. 2. 4. 5. Orat. ad Pulcheriam, IX. 6. contra Eunomium, IV. 5. V. 9. VIII. 6. libro qui incipit *prima quidem*, I. 6. libro primo, V. 9. VII. 8. IX. 3. 6. X. 4. 5. capite XLI. X. 9. libro secundo, III. 5. V. 9. contra Eunomium nono, IX. 4. decimo tertio, IV. 6. X. 4. libro de Abrahamo, IX. 3. de vita Moysi, II. 8. VIII. 8. explanatione Cantici Canticor. IV. 3. VII. 4. IX. 7. X. 7. in illud, *adueniat regnum tuum*, IX. 7. 9. epist. ad Theophilum Alex. contra Apollinarium, VI. 6. libro primo in Ecclesiasten, VI. 7. explanatione beatitudinum, VIII. 8. libro inscripto, quae sit Christiani professio, IX. 2. in Catechetico, IX. 5. X. 8.

S. Hierothei diuina principia, VII. 2. (ex Dionysio Areopag.) hymni amatorii, VIII. 1.

Ioannes Damascenus III. 3. V. 9. VI. 6. VII. 1. VIII. 10. IX. 1. X. 1. 2. 3. Theologus, III. 7. IV. 8. VIII. 2. diuinissimus, VI. 4. in transfigurationem, VI. 4. capite de Trinitate, IX. 9. Libri III. de orthodoxa fide, XII. caput, V. 9. caput LXII. III. 4. cap. LIII. IX. 4. Canone in transfigurationem, VI. 7. sermone inscripto de proprietatibus Christi, X. 4.

S. Iulianus, philosophus et martyr. VIII. 10. Oratione de recta confessione. VIII. 1. 8. in iis, quae Photius patriarcha ex eo recitat, IX. 4.

Sanctus Iustus, V. 8. ex Dionysio c. XI. de diuinis nominibus.

(Leontius Byz. contra Aphthartodocetas, citatur in scholiis Turriani ad VIII. 9. auctor eruditiss. lib. contra Nestorium et Eutychen, ad IX. 9.)

(Manuel Calecas libro de Trinitate citatur in Turriani scholiis ad X. 10.)

S. Maximus ad Dionys. Areopagitam. I. 1. III. 8. 9. etc. explanatione subtili precatationis, *Pater noster*, IX. 3. in theologicis II. 3. 4. 6. 7. 9. VI. 9. Centuriae I. capite septimo. X. 9

X. 9. capite 38. et 39. centuriae quintae VII. 5. disp. contra Pyrrhum III. 3. V. 9. X. 4. in sententiis Gregorii, theologi, III. 2. VIII. 1. speculatione magis dilatata de transfiguratione, VI. 5. Basilii annotatis a S. Maximo de energia contra Monothelitas, III. 4. Libro, quod in Christo est rerum, id est substantiarum, differentia, X. 8. capite 9. centuriae quartae [P] de caritate, VII. 9. in centuriis theologicis centur. III. capite tertio X. 8. quarto X. 7. septimo VII. 10. capite 42. id. centuria prima capite secundo, VIII. 1. capite 35. VIII. 4. capite 6. tertiae centuriae VIII. 2. Octava Centuria capite 88. VIII. 4. capite 87. VIII. 5. Centur. 3. de caritate cap. 21. VIII. 5. cap. 27. VIII. 7. cap. 29. VIII. 9. Centuria 6. capite 84. VIII. 6. Centuria 4. capite 1. et 4. IX. 10. capite 8. X. 1. annotatione extrinsecus posita ad caput 2. Centuriae primae. X. 4.

Phaedo philosophus, infra in Synodo.

Photius patriarcha quaestionibus ad Amphilochem quaeft. 75. VII. 1. Eadem citat Turrianus in scholiis ad VIII. 4.

Sadducaei, X. 1.

Sextus ecclesiasticus philosophus, X. 10.

Sophronius, Hierosolymitanus, IX. 2.

Synodus I. oecumenica ex responsione patrum ad philosophum, quam Eusebius litteris mandavit, III. 4. Disputatio contra Phaedonem philosophum, quae est in prima synodo, IX. 2.

Synodus habita contra Manichaeos ab Abucara sine episcopo Carrarum (S. Archelao) ex panariis (S. Epiphanii) III. 4. V. 2.

Synodus a Theodoro Abucara contra Manichaeos habita, quae fertur in iis, quae contra omnes haereses scripta sunt, III. 5. *Suspicio, Theodori nomen adiectum esse ab aliena manu, et eundem Archelaum atque Epiphanii panaria intelligi.*

Editio sanctae et oecumenicae tertiae synodi, IX. 2.

Confessio sanctae et oecumenicae sextae synodi, IX. 2.

Teuthes antiquissimus, qui nomina rebus imposuit, IV. 6.

Theodorus Abucara, supra in Synodo contra Manichaeos.

Theodorus Graepus, III. 7. Oratione contra Eusebium, VI. 4. aduersus Iconomachos, VI. 5. X. 4. tractans dictum Basilii, X. 4.

Dictum est a theologis in quinta et quarta decade initiariae expositionis diuinorum nominum, VII. 6.

Diuius Theophanes, X. 3. in canticis suis, VII. 2.

Valentinus haereticus, IX. 7.

Cam

Cum Palama fecit, praeter imperatorem, *Io. Cantacuzenum*, *Isidorus*, Monembasiensis a Cantacuzeno in p. in Io. Calecae locum ad patriarchae CPol. dignitatem a. 1347. euectus, et *Cabasilas* iam senex, qui prius [P.] cum Palamae aduersariis senserat: *Iosephus Bryennius* oratione de transfiguratione, et praecipue PHILOTHEVS, monachus primo Sinaita, deinde praepositus monachorum in monte Atho, denique ex Heracleae episcopo patriarcha CPol. a. 1354. et 1362. 1376. obiit a. 1376. qui pluribus etiam scriptis et Palamae memoriam coluit, et aduersus eius aduersarios depugnauit, ex quibus paucissima lucem viderunt. **) Iuuabit tamen praesenti loco breuem scriptorum Philothei notitiam, editorum ineditorumque, subiungere.

1. Praecipuum opus est *librorum XV. antirrheticorum* pro defensione tomi Palamitici, quibus mortui iam *Nicephori Gregorae* scripta, hortante Cantacuzeno, oppugnauit. Exstat adhuc ineditum in variis bibliothecis, vt Vaticana, regia Paris. cod. MDCCCCXCVI. [secundum catal. MSS. bibl. Paris. reg. tom. II. in codd. CDXXI. nr. 2. et MCCXLIV. nr. 1. Harl.] et regis catholici. Seruantur etiam in codice insigni, quem manu Syluestri Syropuli, diaconi et magni ecclesiarchae, scriptum seruat bibliotheca Coisliniana, et accurate recenset *Montfauconus* p. 173-176. Loca ex regio codice Parisiensi producit Boiminius notis ad Gregoram p. 792. 798. etc. Idem ex libro duodecimo somnium propheticum Nicephoro Gregorae tributum graece et latine edidit in Gregorae vita. Ex libro quinto excerpta MS. *Lambec.* V. p. 206. *Fabr.* Siue p. 426. Kollar. in cod. caesar. CCXLIII. nr. 17. — *Augustae Vindel.* in cod. bibl. publ. est *Gregorii Palamas expositio fidei orthodoxae et Philothei confessio fidei*, etc. sec. *Reiseri* indic. MSS. illius bibl. p. 27. — *Monaci* in cod. Bauar. LVII. sunt XV. Philothei sermones antirrhethici. vid. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. I. p. 32. sq. — *Oxon.* in bibl. Bodlei. in cod. Guil. Laud. LIX. f. nr. 711. cat. MSS. Angliae etc. I. — Conf. supra, vol. VII. p. 634. et 655. bis. — *Mosquas* in cod. synod. CLXV. nr. 9. tum excerpta ex Theodoriti historia philothea, nr. 7. nr. autem 12. *confessio orthodoxae fidei*, v. *Matthaei* notit. codd. gr. Mosq. p. 97. seq. — Citatur in cod. *Laurent.* XVI. plut. 8. qui continet Sermones theologicos incerti auctoris, Palamam insectantis, qui videtur *Bandiu.* in cat. codd. gr. Laur. I. pag. 357. seq. fuisse Nicephorus Gregoras. *Harl.*

Ad magnum domesticum Palaeologum de dicto S. Basilii in antirrhethicis aduersus Eunomium, ὁ γὰρ τετοκῶς βῶλες δέσσα κατὰ τὸν ἰαβ λόγον, ἐχ' ὁμοίως τὰς τε βῶλες

Ex scriptis eius mihi innotuere, 1) *praefatio graeca in oracula Sibyllina*, quae cum Latina versione in editionibus Sibyllinorum Io: Opsopoei et Seruatii Gallaei prodiit, vt dixi lib. I. c. 32. [vol. I. p. 261. §. II. adde cod. *Vindobon.* VI. in quo exstant Sibyll. oracula cum praef. gr. M. Antonii Antimachi. v. *Lambec.* VIII. p. 91. seqq.] 2) *Oratio de laudibus graecarum litterarum* in gymnasio Ferrariensi, vbi graecas litteras docuit, habita latine, editaque Basil. 1549. 4. et patri Matthaeo Antimacho dicata. Haec cum Scipionis Carteromachi oratione eiusdem argumenti a *Iac. Lestio* praemittitur corpori poetarum heroicorum, Geneu. 1606. fol. 3) Latine versa e *Plethone* et aliis, de quibus dixi infra p. 742. Praeter haecce Gesnerus testatur, offensos sibi ab eo, quum illum a. 1542. Ferrariae conveniret, epigrammatum graecorum libros octo, manu sua scriptos, pura et facili vena, et alia quaedam soluta oratione graece, quae typis edita esse non existimo. Fallitur autem grauer Hendreichius, qui in Pandectis Brandenburgicis nostro tribuit fragmenta Antimachi Colophonii, vetusti poetae, quae inter H. Stephani Poetas Graecos principes tom. II. p. 480. seq. exstant graece, ex quibus in Lestii corpore poetarum tom. II. pag. 234. vnum tantummodo vtraque lingua legitur. [conf. supra ad vol. II. p. 105. seq. et alibi saepius. v. indic. h. voc. *Harl.*]

Antonius Eparchus Corcyraeus ad Melanchthonem "1) et alios Germanos litteras misit ad concordiam pertinentes circa a. 1543. Vide adpendicem ad Crusii Turco-Graeciam p. 543. seq. p. 94. Venetiis per aliquod tempus graecas litteras docuit, deinde in patriam Corcyram regressus teste Gyraldo lib. II. de poetis sui temporis pag. 64. graeci imperii euersionem luxit elegia versuum amplius ducentorum, quae incipit:

Νῦν ἐλοφύδης Πιερίδες νῦν ἄρχεται αἰοδῆς
Δάκρυα νῦν Ἑλικῶν λαῖβ' ἄμωστον γούων.

Plura *Steph. le Moyne* prolegom. ad *Varia sacra* *** 2. Hic Francisco primo Gallorum regi codicem MStum graecum insignem obtulit, [P] multas et perquam diuersas variorum auctorum lucubrationes complectentem, quarum indicem graecum, descriptum manu Claudii Sarrauii nactus *Steph. le Moyne* cum versione sua latina edidit tom. I. Var. Sacrorum Lugd. Bat. 1684. 1695. 4. p. 517. Adcuratiorem illius codicis notitiam consignauit dignissimus regiae bibl. custos *Ioannis Boiuinus*, a quo acceptum vulgavit *Anselmus Bandurius* notis ad antiquitates CPol. p. 875. seq. Illum graecum indicem hoc loco ex Stephani Lemonii editione dare placet, additis e Boiuino supplementis, et notatione eorum, quae a viris doctis ex hoc codice, (qui in bibl. regiae hodie est MMMDII.) in lucem sunt edita. ¹¹⁾

Tabu-

ii) *Antonii Eparchi* epist. ad Phil. Melanchthonem, scriptam Venet. α φ μ γ. 1543. edidit Ioach. Camerarius in libr. de inuocatione sanctorum, qui ex hac vita exceleserunt, Lipf. 1584. 8. nr. 3. ex eoque repetiit eam Fabricius infra in vol. XIII. p. 500 - 506. — Epistolae duae, Mediolani in

cod. bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 508. B. Add. supra ad vol. VIII. p. 57. not. v. *Harl.*

kk) Est quoque Vindobon. in bibl. caef. graecus MS. catalogus codd. centum graecor. quos idem

Πίναξ ἀρίστη τῆς γραφῆς τῆς
βιβλίου.

*Tabula exacta et absoluta eorum, quas in
hoc volumine comprehenduntur.*

α. Περὶ ψυχῆς θεωρία πάνυ ἀναγκαία
ἢ προθεωρία.

I. De anima commentatio prorsus necessa-
ria, seu potius compendiosa meditatio.

β. Ἐπὶ περὶ ψυχῆς λογικῆς, καὶ τῆς
τῆς αἰθερώπης κατασκευῆς, καὶ τῆς ἐκ τῆς
παραδείσεως ἐκβολῆς τῆς Ἀδάμ. καὶ περὶ τῆς
κατ' εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν Θεοῦ εἶναι αὐτόν.

II. Adhuc de anima rationali. De homi-
nis formatione, de Adami expulsiōe ex pa-
radiso. Et de illius creatione ad imaginem
et similitudinem Dei.

γ. Γαληνὸς περὶ σφυγμῶν πρὸς Ἀντώνιον
φιλομαθῆ καὶ φιλόσοφον. ἐν ᾧ Θεοφίλος
ιατροσοφιστὴς περὶ διαχωρημάτων πόνημα
ιατρικὸν δι' ἰαμβῶν.

III. Galeni de pulsu, ad Antonium ")
philosophum, et litterarum litteratorumque
fautorem, cum quo continetur versibus iam-
bicis opus eximium Theophili Medicosophi-
stae de excrementis.

δ. Τῆ σοφωτάτης Ψέλλας, καὶ ὑπερτίμης,
χαριετισμὸς σιχηρὸς κατ' ἤχον εἰς τὴν ὑπερ-
αγίαν Θεοτόκον.

IV. Sapientissimi et honoratissimi Pselli
salutatio sanctissimae Deiparae virginis, ver-
sibus secundum tonum vel canticum reddita.

ε. Ὕμνος εἰς τὴν ἀγίαν Θεοτόκον, Γεω-
μετρίῃ τῆς σοφωτάτης, δι' Ἡρωελεγγίων.
ἦγεν χαριετισμοὶ [P] ἐν τέσσαρσι τμήμα-
σιν. ὡσαύτως καὶ ἕτεροι εἴκοσι εἰς ἑορτάς.

V. Hymnus in sanctissimam Deiparam
versibus heroico-elegiacis; Auctore sapien-
tissimo Geometrio. ^{mm}) Adduntur salutatio-
nes, in quatuor sectiones diuisae, sicut et
alii versus in festa et celebriores solennitates.

ς. Περὶ τῶν ἀγίων καὶ οἰκουμένων ἑπτὰ
Συνόδων, ⁿⁿ) καὶ ὅρος ὁμολογίας καὶ πί-
στεως. ^{oo})

VI. Tractatus de septem conciliis genera-
libus, et formula confessionis fidei.

ζ. Τῆ ἀγίας Ἐπιφανίης Κύπρου, πρὸς
Διοδώρον Τύρου, περὶ τῶν ἱβ' λίθων. ἐπὶ

VII. Sanctus Epiphanius Cyprius, ad Dio-
dorum, Tyri episcopum, de duodecim lapi-
dibus;

idem Anton. Eparchus venales obtulit. Latina
illius catalogi inscriptio haec est: *volumina ista
graeca sunt Venetiis ap. Anton. Eparchum,
quae ille vel simul omnia, vel singula propter ve-
rum penuriam venum exponit*: teste Lambec.
V. p. 249. in recensione cod. CCXLVI. qui nr.
18. continet *Antonii Eparchi* epistolam ad Diony-
sium, patriarcham CPolit. Venetiis scriptam, et
incipit: *ἔστι παντὶ τῷ σωφρονῶν βελομένη. Harl.*

II) Edidit Renatus Charterius tom. VIII. Ga-
leni sui p. 333.

mm) Hic est Ioannes Geometra, quem pessimam poetam vocat Boetius. De illius hymnis in b. Virginem et aliis poematis dixi vol. VIII. p. 625. sqq.

nn) Edidit Steph. le Moyne tom. I. Var. sacr. p. 81 124.

oo) Id. p. 125.

περὶ τῶν αὐτῶν ἐν ἐπιτόμῳ. καὶ ἕτερα τινὰ
ζητήματα μερικὰ τῷ αὐτῷ.

η̄. Βασιλεῖς Ἀρχιεπισβύτεροι τῆς Λαύ-
ρας τῷ Μαλακίῳ, περὶ ἀσκητικῆς ὑποτυπώ-
σεως.

θ̄. Σύνταγμα Ἡρακλεῖς βασιλέως ἐκ
τῷ τῆς αἰσθῶς κινήσεως, καὶ ἕτερα.

ῑ. Περὶ τῶν Κλιμάτων τῆς γῆς, ἐν οἷς
συμβαίνει αὐξήσεις καὶ μείωσις τῷ νυχθημέ-
ρῳ ἐναλλάξ διὰ τῷ ἐνιαυτῷ ἐφ' ἐκάστῳ αἰολίῳ.
Καὶ περὶ τῶν ιβ̄ ἀνέμων.

ιᾱ. Μῆνες Ῥωμαίων, Ἑβραίων, Αἰγυ-
πτίων, Ἑλλήνων, Ἀθηναίων καὶ Μακεδόνων.
Καὶ ψῆφος τῆς Σελήνης καὶ διαγραφὴ τῷ
ἡλίῳ καὶ τῶν τῆς εβδομάδος ἡμερῶν, ὅποια
δηλονότι κατ' ἐκάστην νεμηρίαν συμβαίνει κα-
τὰ πάντας τοὺς ΚΗ' ἡλίου κύκλους, ἀπται-
σῶς ἐκτεθῶσα καὶ ἀσφαλῶς. Καὶ περὶ Κα-
λανδῶν, καὶ Εἰδῶν.

ιβ̄. Ἐμπεδοκλεῖς σφαῖρα, καὶ ὑπο-
γραφὴ τῶν ιβ̄ Ζωδίων.

[Γ] ιγ̄. Ἀποφθέγματα τῶν ἐπτα Σο-
φῶν τῷ Συμποσίῳ τῷ Πλατάρχῃ, διάφορα.

ιδ̄. Περὶ μετανοίας, τῷ φιλοσόφῳ Φί-
λωνος. καὶ ἀπανθίσματα ἐξηγήσεων τῶν
περὶ κοσμοποιίας.

ιε̄. Ἐκ τῷ Ὀνομαστικῷ Πολυδαύκῃς.

ισ̄. Ὅτι ἐπτάλοφος ἡ Ῥώμη, καὶ περὶ
τῷ καλεῖσθαι Δάφνειον τὰ περὶ τὸ Παλά-
τιον. Καὶ ποθεν παρήχθη τὸ τοὺς λιθίνους
κρήνες τῶν ληϊῶν λεοντοπροσώπους ποιῆν.
καὶ ἕτερά ττα Ἱστροικὰ Σιμοκάτῃ καὶ Ἰω-
σήφῃ.

dibus; de iisdem compendiosior tractatio.
Eiusdem Epiphanii aliae quaestiones particu-
lares.

VIII. Basilii, archipresbyteri Laurae Ma-
leini, vitae asceticae delineatio.

IX. Heraclii imperatoris syntagma de mo-
tu siderum, et alia.

X. De climatibus terrae, in quibus con-
tingit dies augeri et minui, et in quibus sin-
gulis annis occurrunt vicissitudines variae et
diuerfae. Item de duodecim ventis.

XI. Menses Romanorum, ^{pp} Hebraeo-
rum, Atheniensium, et Macedonum. Et
lunae calculus et solis descriptio, et dierum
hebdomadis. Quenam scilicet dies occur-
rat singulis Nouiluniis per totos viginti octo
cyclos solis. Expositio certissima, et nullo
errori obnoxia, item de Calendis, Nonis,
et Idibus.

XII. Empedoclis sphaera et descriptio
duodecim signorum Zodiaci.

XIII. Varia apophthegmata septem sa-
pientum, ex Plutarchi Symposio.

XIV. Philonis philosophi de poenitentia.
Et deflorationes variarum enarrationum de
creatione mundi.

XV. Varia ex Onomastico Pollucis.

XVI. Quod Roma sit septicollis. Et de
eo, quod loca Palatio vicina et adiacentia vo-
centur Daphnetum seu Lauretum. Et vnde
factum quod lapidei fontes torcularium sint
formae leoninae. Item alia historica Simo-
cattae, et Iosephi.

XVII.

pp) Id. p. 452. seq.

ζζ. Περὶ ξενικῶν λέξεων καὶ συντάξεων.
Φιλοστράτου ἐκ τῆς κατὰ Ἡρώδην Σοφιστῆν.

ηη. Συνεσίς ἐκ τῶν Ἐπιστολῶν. Καὶ Πλα-
τῶν ἐκ τῶν Φυσικῶν καὶ Συμπυσιακῶν.
Καὶ ἑτέρων φιλοσόφων.

θθ. Περὶ Οὐρανῶ, καὶ Γῆς, Ἡλίου, Σε-
λήνης, καὶ Ἀστέρων, καὶ Χρόνου, καὶ Ἡμε-
ρῶν, καὶ Μηνῶν.

κκ. Περὶ Ἱπποδρομίας.

κκβ. Περὶ πληκτικῆς μέτρων, καὶ περὶ
τῶν ὑποκειμένων θαλαμῶν Ἑβραϊκῶν. καὶ περὶ
τῶν τῆς ἀνθρώπου Ἡλικιῶν.

κκβ. Περὶ τῶν δ' εἰσχυρίων ") [P] Πυρὸς,
Ἀέρος, Γῆς, Ὑδατος, τῆς ἀγίας Μαξίμης
καὶ περὶ τῶν αἰσθήσεων τῆς ἀνθρώπου, καὶ
τῶν πέντε δυνάμεων τῆς ψυχῆς, ἡ μερῶν,
καὶ τῆς φαντασιᾶς. καὶ περὶ ψυχῆς, ἐν ᾗ
καὶ περὶ τῶν δ' αἰσθητῶν.

κκγ. Σύνομος καὶ σαφὴς διάγνωσις τῆς
πίστεως ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν.

κκδ. Περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τῆς Κυρίας
ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῆς υἱᾶς τῆς Θεᾶς, καὶ Θεᾶς.

κκε. Διαφορὰ ἐνώσεως. καὶ περὶ φθο-
ρᾶς, καταφθορᾶς, καὶ διαφθορᾶς.

κκς. Διασάφσις ἑτέρα περὶ τῆς ἐκ τῆς
Πατρὸς γεννήσεως τῆς υἱᾶς καὶ Λόγου τῆς Θεᾶς,
καὶ τῆς τῆς Ἁγίας Πνεύματος ἐκπορεύσεως.
Καὶ ὑπογραφαὶ Θεᾶς τῆς μεγάλης πατρὸς Βα-
σιλείας. ἔτι περὶ τῶν ιδιοτήτων τῆς ἀγίας
Τριάδος τῆς τιμιωτάτης Κύρης Στυλιανῆς.

qq) Lex: ex Philostrato in vita Herodis et
aliorum Sophistarum.

XVII. De dictionibus et phrasibus pere-
grinis et communibus. Item Philostratus
contra Herodem, sophistam. ")

XVIII. Quaedam ex Synesii epistolis. Ex
quaestionibus naturalibus et conuivialibus
Plutarchi, et aliorum philosophorum.

XIX. De coelo, terra, sole, luna, fide-
ribus, tempore seu anno, diebus et men-
sibus.

XX. De Hippodromia, ") seu cursu eque-
stri, et ludis circensibus.

XXI. De quantitate mensurarum, de
ponderibus Hebraeorum, et de hominis acta-
tibus.

XXII. De quatuor elementis, igne, aëre,
terra, aqua. Sancti Maximi de quinque sen-
sibus hominis. De quinque facultatibus seu
partibus animae. Et de phantasia, de anima,
ubi et varia de quatuor virtutibus.

XXIII. Brevis et clara expositio fidei chri-
stianorum.

XXIV. De incarnatione Domini nostri
Iesu Christi Dei, et Filii Dei.

XXV. Differentiae vnionis. Et de corru-
ptione, pernicie, strage.

XXVI. Alia declaratio generationis verbi
Filii Dei a Patre, et processionis Spiritus
Sancti. Magni patris Basilii testimonia Dei
et approbationes. Item excellentissimi do-
mini Styliani tractatus de proprietatibus san-
ctae trinitatis.

XXVII.

rr) Edidit Steph: le Moynes p. 503: Bandurius
p. 662.

ss) Deest in codice Antonii Eparchi.

Cc c c

κζ. Ἐκθεσις πίσεως τῆ ἐν ἀγίοις Γρηγο-
ρίῳ τῷ Θαυματουργῷ.

κη. Πιστὰς ἡ φύσις καὶ ἡ ἐσὶα καὶ ἡ
ὑπόστασις παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ. καὶ πο-
σαχῶς τὸ πνεῦμα, καὶ κατὰ πόσας τροπὰς
συνίσταται τὸ τῆς ἀρχῆς ὄνομα.

κς. Τῷ ἀγίῳ Ἀνδρέᾳ Κρητῆς περὶ τῆς
τῶν ἁγίων Εἰκόνων προσκυνήσεως. καὶ περὶ
τῆς Βαπτίσματος τῶν Ἀποστόλων καὶ τῆς Γε-
νεαλογίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου.

[P] λ. Περιέξομολογήσεως τῶν ἀγίοις πα-
τρὸς ἡμῶν Γρηγορίῳ Νύσσης.

λα. Ἡρωδιανῷ περὶ τῶν τῷ ἀριθμῷ δηλω-
τικῶν σημείων.

λβ. Ἐξομολόγησις εἰς τὸν Χριστὸν διὰ σί-
χων Ἡρωλεγεῖων τῷ Γεωμέτρῳ.

λγ. Ὕμνος εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον
κατὰ σοιχέον, τῷ αὐτῷ.

λδ. Εὐχὴ εἰς τὸν Χριστὸν καὶ τὴν ὑπερα-
γίαν Θεοτόκον, διὰ σίχων Ἰαμβικῶν. καὶ
ἑτέρα δέσις τῷ αὐτῷ δι' Ἡρωλεγεῖων, ἐν ᾗ
καὶ ἕτεροι σίχοι εἰς εἰκόνας, καὶ ἕτεροι σίχοι
διάφοροι εἰς χρησίμους ὑποθέσεις.

λε. Λήνγμματα συντεθέντα παρὰ βασι-
λεῖς τῷ Μαιωμέτῳ.

λς. Κάτωνος Ῥωμαίου ποιητῆς γινῶμαι, δι-
σχοι Ἡρωϊκοί, ὡς καὶ ἐκ τῶν Λατίνων δια-
λέκτε εἰς τὸν Ἑλλήνων μετένεγκεν ὁ σοφώτα-
τος κύριος Μάξιμος Πλανυδης.

λζ. Τῷ Πρωτασεκρήτῳ κύριῳ Λέοντι τῷ
Βασιλεῖ σίχοι Ἰαμβικοί εἰς τὴν δευτέραν παρ-
ουσίαν.

XXVII. Beati Gregorii, thaumaturgi, ex-
positio fidei. ")

XXVIII. Quoties occurrit in diuina scri-
ptura natura, substantia, hypostasis seu per-
sona. Et quoties vox spiritus, et quot mo-
dis ibi comprehendatur vox, principium.

XXIX. Andreas Cretensis de adoratione
sanctarum imaginum. De baptisate aposto-
lorum, et de genealogia sanctissimae dei-
parae.

XXX. De confessione fidei beati patris no-
stri, Gregorii Nysseni.

XXXI. Herodianus de signis, quibus nu-
meri denotantur.

XXXII. Geometrae confessio christiana,
versibus heroico-elegiacis.

XXXIII. Eiusdem hymnus in sanctissimam
deiparam, secundum litteras Alphabeti.

XXXIV. Oratio ad Christum et sanctissi-
mam deiparam, versibus iambicis. Et alia
eiusdem oratio, versibus heroico-elegiacis.
Vbi alia carmina occurrunt de imaginibus, et
alii etiam versus de variis argumentis vtilissi-
mis.

XXXV. Aenigmata, composita a Maho-
mete, imperatore.

XXXVI. Catonis Romani poetae senten-
tiae, distichis heroicis. Quas ex latino in
graecum conuertit sapientissimus dominus
Maximus Planudes.

XXXVII. Domini Leonis Barali, primi
secretarii, versus iambici de secundo aduentu
Christi.

XXXVIII.

†) Dictante Ioanne, euangelista, praesente Virgine;

λῆ. Τῷ Φιλῇ κύριε Μανυῆλ εἶχει ἱαμβικοὶ περὶ ζώων ιδιότητες. τῷ αὐτῷ καὶ εἰς τὰς ἰβ' μῆνας ἐπιγράμματα ἱαμβικὰ τριεῖσα.

λς. Τῷ σοφωτάτῃ κύριε Γεωργίῳ τῷ Πισίδῃ εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ κατὰ ὑπερφάνων. καὶ ἑξαμετρα ἱαμβικὰ, τὸ πρόγραμμα πρὸς τὸν Χριστόν.

[P] μ. Πρόκλῃ τῷ Πλατωνικῷ περὶ ἐπιστολικαῖς χαρακτῆρες.

μα. Ἐκ τῶν Ἀλεξανδρῶν φυσικῶν ἀπορίῳ καὶ λύσεις.

μβ. Σύντομος ἐπίλυσις τῷ Πάτερ ἡμῶν.

μγ. Διδασκαλία σύντομος, καὶ πῶς πιστεύειν ὀφείλομεν.

μδ. Γνώμαί Σοφῶν.

με. Ἐννέα Σοφῶν Ἀποφθέγματα πρὸς Ἀλέξανδρον.

μς. Τῷ ἁγίῳ Μαξίμῳ εἰς τὸ ῥητὸν τῷ Ἀποστόλῃ. ἐν ᾧ καὶ περὶ τῆς δεκαπλήγης τῶν Αἰγυπτίων.

μζ. Ἑπτὰ Σοφῶν Ἀποφθέγματα δι' Ἡρώων.

μη. Στίχοι εἰς τὰς ιδ' Ἐπιστολάς τῷ μεγάλῳ Παύλῳ. καὶ ἕτερα ἐπιγράμματα τῶν ζ' Σοφῶν.

μθ. Πυθαγορικῶν χρυσίων ἐπῶν φράσις.

ρ. Εἰς πλέσιον ἀπληστον.

XXXVIII. Domini Manuel Phile versus iambici, de proprietate et qualitatibus animalium. Eiusdem epigrammata iambica tribus versibus constantia in duodecim menses.

XXXIX. Sapientissimi domini Georgii Pisidae tractatus de vita humana et contra superbos. Et carmina iambica, et programma ad Christum.

XL. Procli Platonici de epistolis conscribendis, et earum caractere.

XLI. Dubia et solutiones, petita ex Alexandri physicis.

XLII. Brevis interpretatio orationis dominicae. """)

XLIII. Doctrina compendiaria, quomodo fit credendum.

XLIV. Sapientum sententiae.

XLV. Nouem sapientum Apophthegmata, ad Alexandrum.

XLVI. Sanctus Maximus in dictum apostoli. Vbi etiam agitur de decem plagis Aegyptiorum.

XLVII. Septem sapientum apophthegmata, heroice.

XLVIII. Versus in quatuordecim epistolas magni apostoli, Pauli, et alia epigrammata septem sapientum.

XLIX. Pythagoricorum aureorum carminum expositio.

L. In Diuitem insatiabilem.

Cc cc 3

LI.

να. Φωκυλίδε γυνῶμαι διὰ στίχων Ἡρωικῶν.

LI. Phocylidis sententiae versibus heroicis.

νβ. Περὶ τῆς ἐφημέρου τῶν φαινομένων ἐπιτολῆς καὶ δύσεως, ἐν ᾧ καὶ περὶ Κόρου, καὶ Λεκέθ, καὶ Βάδε, καὶ Μνασίδου, καὶ περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν.

LII. De diuino apparentium ortu et occasu, ubi agitur de Coro, de Leceth, de Bado, de Mnafide, et de metris et ponderibus.

νγ. Τῷ ἁγίῳ Μαξίμῳ περὶ τιμῆς τῶν ἁγυρίων, ὃν ἔλαβεν ὁ Ἰούδας ὑπὲρ προδοσίας τοῦ Χριστοῦ. καὶ ἕτερα πλείονα εὐρήσεις ἐν τῷ τοιαύτῳ κεφαλαίῳ, εἰ ἐπιμελῶς ἀναγνώσῃ.

LIII. Sanctus Maximus de valore triginta denariorum, quos accepit Iudas ad proendum Christum. Et in isto capite plura alia inuenies, si illud diligenter euoluas.

[P] νδ. Ἱατρικῶν Ἐρωτημάτων Ἀποκρίσεις τοῦ Σοφωτάτου Ψελλῆ πᾶν ἀναγκαῖον καὶ ὠφέλιμον, εἰ μετέλθοις ἐμπόνως.

LIV. Sapientissimi Pselli responsa ad quaestiones medicas, necessaria et vtilissima, ut laboriose et diligenter indaganti compertum fiet.

νε. Ἀποφθέγματα Θεοφόρων πατέρων.

LV. Apophthegmata patrum, deo plenorum.

νς. Αἱ διαρέσεις καὶ ὑποδιαρέσεις τοῦ τριμεροῦς τῆς ψυχῆς.

LVI. Diuisiones et subdiuisiones trium animae partium.

νζ. Περὶ συντάξεως κατὰ Ἀλφάβητον.

LVII. De syntaxi, ordine Alphabetico.

νη. Μάγνε Αἰμεσηνῆ ἱατροσοφιστοῦ περὶ ἔρων καὶ περὶ ἰοβόλων ζώων.

LVIII. Magni Emeseni medicosophistae, de urinis, et de animalibus veneno inficientibus.

νθ. Ἑρμηνεία τοῦ Ὑπάτου περὶ τῶν τοῦ σώματος μερῶν.

LIX. Hypati interpretatio partium corporis. ^{vv})

ξ. Τῷ Σοφωτάτῳ Ψελλῇ περὶ κοινῶν ὀνομάτων τῶν ἐν νοσήμασιν.

LX. Sapientissimi Pselli de nominibus communibus morborum seu quae in morbis vsurpantur.

ξα. Τῷ ἐν ἁγίοις πατρὶς ἡμῶν Βασιλείῳ τοῦ μεγάλου Ἐκθετοῦ πίστεως ἐν συντόμῳ, καὶ περὶ γυναικῶν.

LXI. Beati Basilii Magni brevis expositio fidei, et quaedam contra foeminas.

ξβ. Ἰγνατίου στίχοι εἰς τὸν Ἀδάμ. πρὸς γὰρ φίλον, συμφορᾷς περιπεσόντα, ποιῶ

LXII. Ignatii carmina de Adamo. Ad amicum scripsit istud opus, qui variis calamitati-

vv) Edidit Steph. le Moynes tom. I. Var. sacr. p. 519.

ταὶ τὸ πόνημα, ἐν ᾧ καὶ περὶ μέτρων ἰαμβικῶν ἀκριβὲς ἐρμηνεία.

ξγ. Ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα, πῶς δὲ τὸν ἀπαιτὰ χρόνον πρέσσειτα ὑγιᾶ διατηρεῖσθαι. ἐν ᾧ καὶ μέθοδος, δι' ἧς εὐρίσκειν δὲ τῶν ζητημένων ὀναεράτων τὴν λύσιν.

ξδ. Γαληνὸς περὶ Ἰσχιᾶδος, καὶ Ποδάγρας, καὶ Ἀρθρίτιδος, ἐν ᾧ καὶ εὐχή.

[P] ξε. Δίστιχα εἰς τὸν Ψαλτήρα. ἐν ᾧ καὶ εἰδήσεις περὶ Χρυσουργίας.

ξς. Τῷ σοφωτάτῃ Ψελλῷ ἐρμηνεία δασέων καὶ ψιλῶν καὶ μέσων σοιχασίων.

ξζ. Τῷ αὐτῷ περὶ λίθων δυνάμεων. ἐν ᾧ καὶ ἐτερώττα τῷ αὐτῷ.

ξη. Τῷ αὐτῷ περὶ τῶν μετὰ Θεὸν καὶ περὶ Θεὸν τεταγμένων διακόσμων. καὶ τάξεων.

ξς. Ἰωάννης Ἀντιοχείως ἀπὸ τῷ Χρονικῷ αὐτῷ συντάγματος ἀπ' ἀρχῆς κτίσεως κόσμου.

ο. Τῷ σοφωτάτῃ Ψελλῷ λόγος εἰς τὸν χαριτισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. ἐν ᾧ καὶ τίς ὁ Παράδεισος, τί τὸ τῆς ζωῆς ξύλον, τί τὸ ξύλον τῆς γνώσεως, τῷ αὐτῷ καὶ περὶ Γεωργικῶν.

οα. Καὶ συναγωγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ τῷ Λεκιανῷ. Ἡροδότου λέξεις ἱστορικαί. ἐν ᾧ καὶ πῶς δὲ κλίνειν εἰς τὰς παρατατικὰς τὰ ὑποτεταγμένα ῥήματα, καὶ περὶ τῆς συντάξεως τῶν νοημάτων. Καὶ περὶ τῆς καθόλου τῶν νοημάτων συντάξεως καὶ ἐτέρων συντάξεων.

οβ. Περὶ τῷ τῆς γραμματικῆς λεξικῷ, ἐν ᾧ καὶ λέξεις ἐγκαιμέναι κατὰ σοιχασίων.

mitatibus conflictabatur: vbi et de versibus iambicis interpretatio diligentissima.

LXIII. Epistola Hippocratis ad Ptolemaeum, regem: quomodo oportet omne tempus vitae sanum transigere. Vbi et methodus inuestigandi somniorum interpretationes.

LXIV. Galenus de Ischiade, Podagra, Arthritide, vbi occurrit oratio.

LXV. Disticha in Cantorem, seu Psalterium. Vbi et scientia de auro describendo.

LXVI. Sapientissimi Pselli interpretatio de litteris, accentu aspero vel tenui vel medio notatis.

LXVII. Eiusdem, de virtutibus lapidum. Vbi et alia eiusdem auctoris continentur.

LXVIII. Eiusdem de iis, quae post deum et circa et erga deum sunt ordinata, digesta, et constituta.

LXIX. Ioannis Antiocheni quaedam ex illius Chronico, quod incipit a principio creationis mundi.

LXX. Sapientissimi Pselli sermo in salutationem sanctissimae deiparae. Vbi agitur de paradiso, de arbore vitae, de arbore scientiae. Idem de rebus georgicis et ad agriculturam spectantibus.

LXXI. Collectio vocabulorum vtilium ex Luciano. Herodoti dictiones historicae. Vbi ostenditur, quomodo verba subiunctiui modi debeant flecti secundum tempus imperfectum. De syntaxi sententiarum et de generali syntaxi nominum, et de aliis syntaxibus.

LXXII. Lexicon seu vocabularium grammaticum, vbi voces secundum litteras alphabeti

Cc cc 3

τοῖς κανόσι τῆς Χριστῆ γεννήσεως, τῶν Φώ-
των, καὶ τῆς πεντηκοστῆς.

[P] ογ'. Περὶ συντάξεως τῶν τεσσάρων τῶ
λόγων μερῶν, ὀνόματος, ῥήματος, προθέσεως
καὶ ἐπιρρήματος.

οδ'. Μοιρίδος Ἀττικιστῆ λέξεις Ἀττικῶν,
καὶ Ἑλλήνων κατὰ σοιχεῖον.

οε'. Ἐκ τῶν κεφαλαίων τῶ ἁγίου Μαξίμου
τῶ ὁμολογητῆ, καὶ ἑτέρων ἁγίων πατέρων.

Τὰ ἕτερα ἐκλείπει.

beti disponuntur, quae occurrunt in canoni-
bus siue hymnis in festum natiuitatis Christi,
festum luminum, et festum pentecostes.

LXXIII. De Syntaxi quatuor partium ora-
tionis, nimirum de nomine, verbo, praepo-
sitione, et aduerbio.

LXXIV. Moeridis Atticistae voces Atticae
et Graecae, secundum litteras Alphabeti.

LXXV. Excerpta ex capitibus sancti confes-
soris, Maximi, et aliorum sanctorum patrum.

Cetera desiderantur,

Quae praeter haecenus commemorata in codice illo leguntur, ex Boipini notatione,
haec fere sunt praecipua: *ωω*)

Theophanis de diaeta fragmentum ad Constantinum Porphyrogenetum imperatorem.
[conf. supra in h. vol. ad p. 222.]

Confectiones oxypororum salium, aliorumque remediorum, ex Galeno, Iambli-
cho, *Manethone*, *Poslete*, Cyrillo, archiepiscopo Alex.

De Iuda, proditore, et de diffusis eius visceribus testimonium Apollinarii e *Papia*.

De Neomeniis seu Calendis, et cur is dies festus esset Hebraeis et Romanis. Ob-
serua rationes physicas, item auctores laudatos, *Dercyllum et Callisthenem Sybaritam* fol. 82.

Variae dictiones adnotatae ex *Plutarcho*, ex *Aristophane*, grammatico, τῶ Ἀριστοφά-
ντι τῶ περὶ λέξεων διαλαβέντος. Ex *Tran* - - - (puto e Tranquillo.)

Dictiones peregrinae aut vulgares obseruatae in Philostrati scriptis in vitis sophista-
rum, Herodae, Aristoclis, Philagrii, Hadriani, Rufi et aliorum.

Ex Ioanne Philadelphienfi.

Ex epistola Theodori ad Theophilum, et paradigma horologicum, seu ratio in-
ueniendi horam diei ex mensura umbrae hominum.

[P] Ex S. Maximo de XXX. argenteis, quos Iudas accepit.

Quinam

ωω) Add. *Lambec. V. p. 248. seq. supra citat. Harl.*

Quinam in quaque arte excelluerint? Recensentur quidam minus noti, Pappianus, (an Papinianus?) legislator, Antylus λογοποις, Eurydamus θωρακοποις, Euander κημιοποις et ασπιδοποις, Apelles Botanista.

De Christo: Ὁ μητρός, ἐκτὸς Πατρὸς ἀχρόνως τέκνον. Ὁ Πατὴρ, ἐκτὸς Μητρός ἐγγχείναι βρέφος.

Georgii Pisidae Iambi de templo Blachernensi.

Theodori Prodrumi de annulo, in quo insculpti erant amantes duo.

De circuitu Ponti Euxini, Paludis Maeotidis et totius terrae, ubi citatur *Eratoſthenes*.

De libris a *Macario Magnete* scriptis.

Ex sententiis *Menandri* alphabeticis nonnulla contra foeminas.

Interpretatio de versibus iambicis incipit: ἀγῶνας, ἄθλα, καὶ πάλ. Epistola Hippocratis ad Ptolemaeum Aloritem, Macedoniae regem a. 4346. periodi Iul.

Varia ex *Andromacho*, *Pelufota*, *Hera*, *Asclepiade*.

Excerpta ex Ioh. Antiocheni opere chronologico, quod ex libris *Mosis*, *Africani*, *Eusebii*, *Pappi* (an Papias) *Didymi* et aliorum conflauisse se testatur.

Pfelli in salutationem Deiparae. Incipit: ἀρχὴ μὲν τῶν ὄντων Θεός.

Sapientissimi Protoasecretis (*Leonis Barali*) epistola ad Theodorum Metochitam, magnum Logothetam. Incipit: μετῴχετευσας καὶ τὸ ὕδωρ.

Excerpta ex capitibus *Diadothi* Photices Epiroticae, *Hesychii* presb. *Philothei* monachi, **) *Simeonis* theologi.

Index Scriptorum: Aelianus, Aesopus, Africanus, Alexander quaeſt. phyſicarum ſcriptor, S. Anaſtaſius, Andreas Cretenſis, Androcydes, Andromachus, Antonius, Apollina-

πχ) *Mosquae* in cod. ſynod. CCCLXXVIII. nr. 2. capita *Philothei*, monachi, moderatoris monaſterii deiparae; inc. ἔτι νοητὸς πόλεμος, et in typograph. ſynod. cod. XXX. nr. 25. *Philothei* monachi Sinaitae περὶ τῆς τριμερὸς τῆς ψυχῆς καὶ περὶ ἡρώους καὶ εὐχῆς inc. ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος. — ac nr. 26. eiusdem περὶ τηρήσεως τοῦ καὶ ταπεινωφροσύνης init. Βλέπετε καὶ ὁράτε, φησιν ὁ κύριος, μήπως βαρυνθῶσιν v. *Matthaei* not. codd. gr. Mosq. 245. et p. 317. qui in nota t. iam adpellauit *Caueum* in hiſt. litt. p. 45. ſeq. in adpendice. In ed. Baſileenſi, tom. II. in adpend. p. 68. ſeq.

Henr. Wharton. et vberius *Rob. Gerius* agunt de *Philotheo*, monacho Sinaita, deinde praeposito monaſterii in monte Atho, poſtea Heracleae metropolita, ac tandem patriarcha CPol. qui claruit a. 1362. et, poſtquam patriarchatum quindecim ann. adminiſtraſſet, obiit a. circiter 1371. de eiusque ſcriptis tam editis, quam manu exaratis. Add. de illo *Kollar*. ad Lambec. VIII. p. 1093. et in cap. ſuperiore ſub finem, atque *Caueum* l. c. in diſſ. I. p. 17. de alio quodam *Philotheo*, Sancti nomine inſignito, et in Hiſt. II. p. 114. de *Philotheo*, patriarcha Alexandr. a. 995. *Harl*.

linarius, Aristophanes grammaticus, Aristoteles, Arsenius, Asclepiades, S. Athanasius, Basilus Magiomita, Basilus Magnus, Basilus Malini monachus, Callisthenes Sybarita, Cato Romanus, S. Chrysostomus, Clitarchus, Cyrillus Alex. archiep. Democritus, Demonax, Demosthenes, Dercyllus, Diadochus Photices, Didymus, Dioscorus Thebanus monachus, Empedocles, Ephraimus, Epiphanius Cypri, Eusebius, Euthymius, Galenus, Georgius Pisides, Gregorius Naz. Gregorius Nyss., [P] Gregorius thaumaturgus, Heraclitus, Heraclius imp. Heras, Herodianus, Hesiodus, Hefychius presb. Hippocrates, Homerus, Iamblichus, Ieremias propheta, Ignatius poëta, Ioannes Antiochenus, Climacus, Damascenus, Geometra et Philadelphienfis, Ioannicius, Iosephi Asceta, Ilidorus Pelus. Leo Barali, Lucianus, Macarius Magnes, Magnus Emesenus, Manethon, Manuel Phile, S. Maximus, Maximus Planudes, Moeris Atticista, Nicephorus Callistus Xanthop. Nicostatus, Nicolaus, Pachomius, Papias, Pappius, Paulus apostolus, Paulus Thebanus, Pausanias, Pelussota medicus, Philo Iudaeus, Philostratus, Philotheus monachus, Phocylides, Plato, Plutarchus, Polles, Pollux, Proclus, Psellus, Pythagoras, Sabas, Salomo, Secundus, Simocatta, Sirach, Sophocles, Strabo, Stylianus, Symeon theologus, Synesius, Theodorus ὁ πολόγος, Graptus, Prodromus, Studita: Theodosius coenobiarcha, Theophanes medicus, Theophilus medicus, Xenophon,

Hactenus de MSto Antonii Eparchi codice.

Antonius Cauleas ab a. 893. ad 895. patriarcha CPol. quem inter divos aris dignantur et templis Graeci, ut notat *Nic. Comnenus* pag. 361. ex *Nicephori* philosophi in eum oratione 79) apud Metaphrastem 12, Febr. Huius Antonii epistolam ad papam Stephanum

yy) *Niceph. Gregor. de vita Antonii*, patriarchae CPolitani, in cod. *Sfortiano*. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 699. D. — *ibid.* p. 507. sq. multorum variorumque *Antoniorum* scripta, quae *Mediolani* adseruantur in bibl. Ambros. enumerantur, quorum quidem plena commemoratio nimis longa foret. — *Antonii*, CPolit. patriarchae, epistola ad Dorotheum monachum, *Parisi.* in bibl. cod. DCCCLXXIII. nr. 7. — *vita*, *Vindob.* in cod. caes. XI. nr. 20. v. *Lambec.* VIII. p. 178. seq. qui docet, illam *Nicephori*, philosophi et rhetoris, orationem funebrem, s. narrationem vitae S. Antonii Caulei exstare, sed tantum latine ap. Surium, et ap. Bollandum etc. in actis Sctor. d. 12. Febr. neque istum Nicephorum cum Allatio confundendum esse cum Nicephoro Gregora, ad a. 1341. Tum in nota 1. animaduerit, se cum *Baronio* in annal. eccl. tom. X. a. Chr. 890. cum *Phil. Labbeo* in Chronol. historica, part. II. p. 162. et *Io. Bapt. Ricciolo* in

Chronol. reformata, tom. III. p. 21. adserere annum mortis *Antonii* cognomento *Cauleas* a. C. 890. sub imperat. Leone philosopho, contra Bolland. et Henschenium, qui eum d. 12. Febr. a. 895. obiisse contendunt: errasse quoque, monet *Lambecius*, *Marquard. Freherum* in *Chronologia*, Iuri graeco-romano praefixa, et *Ger. Io. Vossium*, in *Historicis graecis*, lib. II. cap. 26. quod S. Antonium decessisse a. C. 901. scripsissent. Ab hoc diuersus est S. *Antonius*, monasteriorum inuentor, de quo v. supra, vol. IX. pag. 261. sqq. et quos benemultos laudavi in nota aa. — *Antonius* patriarcha laudatur a Nicaena synodo. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 100. — add. supra, cap. XXXIX. in hoc vol. de *Vecco* etc. sect. XXXIII. et de *Antonio*, *Heraclensi*, *Alexandrino vicario*, in opere: sancta generalis Florentina synodus, tom. I. p. 555. sqq. (de qua v. infra vol. XI. p. 677. sqq. ed. vet.) et in Sylvestri Sguropuli vera historia vnionis nouae inter

num IV. citat idem Comnenus pag. 356. et 361. et Synodicon de iudiciis pag. 283. praenotionum mystagog.

Antonius Chrysochiras in explanatione Synodici S. Nicephori CPol. id. pag. 220.

Antonius Cuboclesius in explicatione canonum poenitentiae. id. p. 411.

Antonii Lemnii synopsis conciliorum id. p. 216. [add. infra, vol. XI. p. 45. vet. ed.]

Antonius Methonenfis episcopus, oratione II. de poenitentia. id. p. 20.

Antonius Patarenfis oratione de dignitate sacerdotum id. pag. 398. et in ecthesi canonum siue odarum ecclesiae pag. 142. vbi eum fortissimum catholicae fidei athletam adpellat.

Antonius Stephanus, iudex et magister in scholiis ad compendium legum Leonis. id. p. 404. De vniuersis septem hisce, qui graece scripserunt, *Antonius Sanderus* in libris tribus de claris Antoniiis ne γγύ. Euolui illos editos Louanii 1627. 4.

Antonius monachus Simeonis senioris Stylitae a. C. 460. defuncti, cum quo familiariter vixerat, vitam scripsit, quam ex versione Guil. Gratii [P] S. I. latine dedit *Bollandus* in Actis Sanctor. V. Ianuarii, tom. I. pag. 264. Graece, Allatio lecta, necdum edita est. Incipit: ζῆνον καὶ παράδοξον μυσήριον ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν. Alia latina Simeonis huius vita, quae sub Antonii nomine apud Surium V. Ian. et in Rosweidi vitis patrum lib. I. p. 131. legitur, incipit: *Sanctus Simeon ex uteromatrix suae electus est. Fabr.* Confer supra, vol. X. p. 130. in primis p. 133. ac 324. (vbi plures memorantur *Simeones*,) pag. autem 158. de Antonio Florentino. — p. 197. de *Antonio monacho* atque de *Antonio eremita*, cuius vita exstat quoque *Cantabrig.* in cod. collegii Caio-Gonuilleni. XXIX. f. nr. 719. cat. MSS. Angliae etc. tom. I. part. 3. Vita

inter Graecos et Latinos etc. ed. Roberti Creyghthon. Hagae Comit. 1660. min. fol. sect. VI. cap. 2. ac de vtroque opere *Baumgarten* in Nachr. von merkwürdig. Büchern tom. VI. p. 425. sqq. speciatim 443. et p. 497. sqq. speciatim p. 508. ac p. 2. de *Antonio Eremita*. — In codd. Coislin. plurium Antoniorum fit mentio: in cod. CVIII. *Antonii* Abbatis paraeneses de quiete adipiscenda, de compunctione, narrationes variae circa fornicationem et aliae. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 183. — in cod. CCXXXII. excerpta ex eo, in collectione de vita ascetica. v. *Montfauc.* l. c. p. 294. — ibid. epistola e Theodori Studitae ad eum et ad *Antonium*, abbatem S. Petri, p. 317. ac 313. et p. 147. ad *Antonium praepositum*. ac p. 324. ad *Antonium τῷ Δυβήματι*. — *Antonii*

et aliorum scholia in Isaaci Syri, anachoretae et episcopi Niniues, sermones asceticos, ib. p. 312. in cod. CCLXVIII. — ibid. p. 56. ad *Antonium* episcopum epistola Seueri Antioch. — ibid. p. 102. *Antonius*, haereticus iconomachus, cum aliis condemnatur et deuouetur in epistola Nicaenae synodi etc. graece et lat. ex cod. XXXIV. edita. — ibid. p. 266. *Antonius*, monachus exscripsisse dicitur cod. Coislin. CCV. — Permultorum *Antoniorum* scripta etc. quae MSS. in variis bibliothecis adseruantur, at partim ad nos h. l. non pertinent, enumerata designataque reperies in indice ad *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. vol. I. p. XXXVI. — De cod. Mosquensi v. paullo ante ad Auton. Cantacuzenum. *Harl.*

Vol. XI.

Dd dd

Vita Simeonis etc. *Parif.* in bibl. publ. cod. DCCLX. nr. 2. — in cod. bibl. *Mazar.* LXVI. eadem; in cod. autem LIX. et LXV. vita *Antonii abbatis.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1306. *E.* et 1314. *D.* — *Mosquae* in cod. synod. CCCLXXXVIII. nr. 18. Antonii monachi paraeneses *περὶ ἡθῶς ἀνθρώπων καὶ χρηστῆς πολιτείας.* v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 244. — De *Antonio Melissa* v. supra, vol. IX. p. 744. sqq. et add. *Lambec.* V. p. 19. seq. ibique Kollar. (qui laudat *Oudin.* comm. de SS. eccl. tom. III. p. 750.) et p. 31. seq. de cod. CCVII. — p. 95. de cod. CCXIV. nr. 20. ac p. 223. de cod. CCXLI. nr. 1. *Harl.*

Antonii Studitae, cognomine *τετράρχης*, oratio habita in Blachernis in laudem b. Virginis ob liberationem vrbis CPol. a Persarum, Scytharum et Agarenorum aliorumque, etiam Christianorum hostium diuersis oppugnationibus. Incipit: *ἡδη σοι καὶ αὐτὸς μετὰ πολλὰς ἐπαινετάς τὸν ὑμνητήριον ἀνακρούομαι.* MS. in bibl. caesarea. Vide *Lambecium*, (qui eam in supplemento Corporis historiae Byzant. publicare voluit,) III. p. 126. *Fabr.* f. p. 322. seq. ed. Kollar. (cuius not. *A.* conferes.) nr. 10. cod. LXV. adde supra ad vol. X. p. 286. *Harl.*

Aphrodisianus, Persa, qui lingua graeca Orientem descripsit, teste geographo veteri Rauenate II. 12. Citatur in Hippolyti Thebani chronico apud *Lambecium* VIII. pag. 63. [p. 133. ed. Koll. cod. IX. nr. 1. add. ib. p. 404. seq. *Harl.*] *Aphrodisianus*, historicus in fragmento graeco apud Cangium pag. 50. ad Zonaram. Ex *Aphrodisiani* Persae historia Epiphanio presb. et monacho etiam laudata de natiuitate, moribus, forma et vestitu b. Virginis excerptum exstat MS. in bibl. caesarea. Vide *Lambecium* IV. p. 132. [f. p. 302. sq. Koll.], V. p. 12. [f. p. 30. nr. 24. cod. CCVII.] et 234. seq. [p. 432. seq. Koll. nr. 20. cod. CCLXXXIII. *Parif.* in bibl. publ. cod. DCCCXCVII. nr. 3. secund. catal. MSS. bibl. reg. II. p. 173. *Aphroditiani* (secund. indic. vero h. v. *Aphrodisiani*) philosophi narratio de humana Christi oeconomia. *Harl.*

Apostolus Zigaras in compendio historiarum citatur a Michaële Nau in vera effigie ecclesiae romanae graecaeque p. 283.

Apulium grammaticum laudat Maximus Planudes Centur. 3. prouerborum, apud Nic. Comnenum p. 141.

Arcadius, Constantiae Cypri archiep. scripsit vitam Simeonis Stylitae iunioris Thaumastoritae, qui a. 596. obiit, laudatam a Damasceno et septima synodo, sed nusquam hodie exstantem. Vide Acta sanctor. tom. V. Maii p. 306. [add. supra, vol. X. cap. 325.] Eius *Synodicam* in synodo VI. a. 680. detulit Theodorus Trimithuntis episc. Huius esse existimauit Sirmondus orationem de vita et certaminibus S. Ioannis Chrysostomi, quam acceptam a Sirmondo Combesilius testatur Bigotio se communicasse. *Fabr.* In bibl. *Coislin.* codd. CXLVI. et CCCVI. *Arcadii*, episc. Cypri homilia in S. martyrem Georgium. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 211. 422. (add. supra, vol. X. p. 230. et p. 524.)

524.) — Ad *Arcadium episcopum* epist. Basilii in cod. Coisl. CCXXXVII. v. *Montfauc.* l. c. p. 297. — *Arcadii apologia Oxon.* in cod. Barocc. LXXI. *Harl.*

Arcadium ineditum grammaticum citat *Ex. Spanhemius* ad Plutum Aristophanis v. 138. De illo dixi volum. VII. p. 42. et 51. [p. 336. seq. et 357. vol. VI. n. ed. add. codd. bibl. publ. *Parif.* MMCII. et MMDCIII.]

Archelaus, philosophus, de chymia, περὶ τῆς ἱερᾶς τέχνης διὰ ἰάμβων, ex codice regio laudatur a Cangio. Idem versibus CCCXXII. constans MS. in bibl. caesarea. *Lambec.* VI. p. 191. [f. p. 431. nr. 32. cod. LI. vbi Kollar. et *Fabric.* infra vol. XII. p. 776. ed. vet. adnotant, huic Archelao plurimum tribuere *Borrichium* in conspectu scriptt. chem. §. II. — *Monac.* in cod. Bauar. CXII. cum notis, in margine positis: sunt in hoc cod. versus 222. v. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. 1804. part. 7. p. 39. seq. — *Florent.* in cod. Laurent. XVI. nr. 52. plut. 86. vbi constat versibus 330. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. III. p. 359. — *Venetis* in bibl. Marc. cod. CCXCIX. v. cat. codd. gr. Marc. p. 140. et cel. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. p. 174. — *Parif.* in bibl. publ. MMCCXLIX. nr. 8. MMCCCXXVII. nr. 22. et MMCCCXXIX. nr. 22. de sacra arte f. de lapide philosophico, carmen iambicum. — *Mediolani* in bibl. Ambros. vid. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 493. C. et 529. D. — ibid. p. 1307. B. ac p. 1324. C. in cod. bibl. *Mazarin.* CXCIX. *Lexicon artis sacrae*, conf. supra ad vol. VI. p. 631. — Excerpta ex illo carmine dedit *Io. Steph. Bernard* post Palladium de febribus, Lugd. Bat. 1745. 8. p. 163. Add. infra, vol. XII. p. 764. Editurus id erat *Allatius* in Συμμετρῶν libr. IX. *Harl.*] De Archelao [P] Caesarensi dixi volum. IX. p. 391. [f. X. p. 695. nou. ed.] De Carrharum Mesopotamiae episcopo vol. V. p. 262. ²²) De Archelao Coloneae presb. Suidas in Basilio Irenopolitano. De aliis Archelais supra, [vol. II. p. 652. seq.] lib. II. c. 24. §. 10.

Archippus, eremita ac prosmonarius, siue custos templi Chonitani, scripsit de adparitione siue miraculo Michaëlis archangeli in vrbe Chonis Phrygiae. Incipit: ἡ ἀρχὴ τῶν θαυμάτων (al. ἱαμάτων) καὶ δωρεῶν. *Lambec.* IV. pag. 129. *Fabr.* f. p. 297. ed. Kollar. nr. 24. cod. CLI. et conf. supra, vol. X. p. 199. seq. quibus addes cat. codd. gr. *Taurin.* p. 218. de cod. CXV. fin. et in cat. MSS. Angliae etc. I. codd. Barocc. CLXXIV. et CLXXX. in cod. autem CXCIX. esse dicitur *Chrysippi* aut *Archippi*, presbyteri Hierosolymit. encomium S. Ioannis, baptistae. *Harl.*

D d d d 2

Arethas

²²) S. vol. VII. p. 275. sqq. §. XXXI. nou. ed. Adde *Photii* narr. de Manichaeis repullulantibus, quam gr. cum versione lat. publicauit *Montfaucon.* ex cod. Coisl. CCLXX. in bibl. Coisl. p. 349. sqq. vbi p. 355. et 358. Archelaus dicitur Manem Manichaeum debellasse et fugere coëgis- se. — *Parif.* in bibl. publ. cod. MMMLXXXIX.

nr. 1. *Archelai*, episcopi catholici, epistola contra Manichaeum, et nr. 2. eadem epist. e cod. olim Bobiensi, nunc Ambrosiano, vna cum variis lectis. — Eadem *Mediolani* in bibl. Ambros. et in bibl. *Cassinenfis* cod. 371. disputatio Archelai et Manichaei. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSSt. p. 226. B. et 509. B. *Harl.*

Arethas Naxius archiep. in fylloge canonum, quæ accuratius contextuit iussu Antonii IV. patriarchæ CPol. (qui ab a. 1388. fuit ad 1396.) citatur a Nic. Comneno p. 158.

Arethæ, Caesariensis archiep. Oratio funebris in Euthymium iuniorem a. 911. defunctum latine exstat apud *Lipomannum* tomo III. Alia de illius scriptis notavi volum. VIII. p. 698. seq. *Fabr.* Add. *Bandin.* cat. codd. gr. Laurent. vol. I. p. 49. vbi ex cod. XXIV. plut. 5. publicavit *Arethæ* locum, oræ adscriptum, et *Montfauc.* in bibl. Coislin. p. 244. bis, de catenis in Scrip. S. *Harl.*

Aristorathi chronographi commentitia epistola ad Onesiphorum Primicerium, de Athenarum situ et gestis ibidem apostolorum temporibus, memoratur ab Hilduino in Areopagiticis. [conf. supra, vol. VI. p. 358. nr. 8. *Harl.*]

Arsenius, archiepiscopus Corcyrensis, scripsit laudes S. Andreae apostoli et S. Barbaræ martyrium, memoratum Allatio. *Fabr.* Conf. supra, vol. X. p. 194. seq. Editurus erat *Allat.* in Συμμίκτων libro VI. *Harl.*

[*Arsenius*, Elafsonis episcopus, qui comitatus est *Jeremiam* II. patriarcham CPolit. Moscoviam profectum, et patriarchatum Moscuensem instituentem. Hoc iter omnesque res eo, quo euenerunt, ordine descripsit, et cuncta, quæ gesta sunt, accuratissime adnotavit, ipsam retulit verba, quibus vsi sunt Theodorus, Russorum rex, et Irene regina, eorumque legati ac patriarcha, eiusque comites. Illam narrationem, sermone graeco profaico, eoque vulgari s. romanico conscriptam, multisque vocc. barbaris scattentem ex cod. *Taurinensis* bibl. regiae CCCXXXVII. primum gr. cum versione lat. euulgarunt confectores cat. codd. gr. Taurin. p. 433. - 469. et adnotarunt, *Marchion. Maffei*, ab imperito codicis scriba, qui fronti codicis latinis verbis praefixit inscriptionem *Arsenii poetica*, deceptum, in epistola ad Zenum scripsisse, inter codd. regios Taurinenses reperiri tractatum postices *Arsenii cuiusdam Monembasiensis* (vt ipse quidem existimauit,) *episcopi* etc. quum tamen ne verbum quidem de poesi in toto codice deprehendatur. Quare non recte designatur ille codex in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1395. A. *Arsenii* iter in Moscouiam, sarmino expressum. *Harl.*]

Arsenii, monachi, (qui Theodosii magni filios litteris instituit,) apophthegmata XLIV. edidit *Cotelerius* tom. I. Monument. pag. 353 - 372. Doctrinam et adhortationem ad monachos *Combesius* auctario nouissimo tom. I. p. 301. 302. graece et latine. Incipit: ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, πάντος πράγματος ὡς ἂν τις ἐπιχειροῖν. *Fabr.* et lat. in bibl. PP. max. tom. XXVII. p. 180. *Arsenii* sermo, in cod. XXVIII. *Baluzii*, *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1306. B. — ibid. p. 1313. C. in cod. LIX. bibl. *Mazarin.* *Arsenii* et aliorum apophthegmata. Conf. *Bayle* Dictionnaire historique etc. tom. I. p. 354. seq. ed. 1740. fol. vbi quoque de aliis *Arseniis* plura traduntur. — *Cavei*, (qui eum romanum Patricium fuisse scribit,) Hist. litt. SS. eccles. tom. I. pag. 278. seq. *Hambergeri* zuverläss. Nachr. tom. II. p. 881. seq. — *Saxium* in Onom. lit. part.

part. I. p. 452. seq. ad a. 390. qui, „Arsenius, ait, monachus, praeceptor Honorii et Arcadii, mox Augg. cuius sceptro scholastico quantum tribuerit Theodosius Aug. pater, inepte credulis ludimagistris persuadebunt *Cedrenus* in *Histor. compend.* p. m. 269. et *Zonaras*, XIII. Ann. XIX. p. m. 37. *B. C.*“ — *Arsenius monachus Studita*; cuius sermo *de phupertate* exstat *Parisi.* in bibl. publ. cod. MXXXVII. nr. 11. in eod. et eod. MMCCXXI. nr. 7. *capita ascetica*; tum *testimonium de Spiritus S. processione* et *scholia antirrhética*, ib. in codd. MCCLVIII. nr. 3. et MCCCIII. nr. 3. denique *epistola* ad Gregor. Palamam, in cod. MCCXXXVIII. nr. 13. cum Palamae responsione. — Palamae *epist.* ad hunc Arsenium in cod. *Coisl.* XCIX. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 170. *Harl.* f. *Arsenii* doctrina, Exhortatio et Apophthegmata in Gallandi bibl. PP. VII. p. 426. sq. *B.*

Arsenii, episcopi Hypselitarum, *epistola* ad S. Athanasium exstat in huius ad Constantium apologia tom. I. opp. p. 786. Incipit: καὶ ἡμεῖς ἀσπαζόμενοι *Fabr.* MS. in cod. *Vindob.* caef. LVII. nr. 76. v. *Lambec.* III. p. 240. — in bibl. *Scorialt.* regis Hispan. teste *Montfauc.* in *Bibl. biblioth. MSS.* p. 617. *E. Harl.*

Arsenii, chartophylacis, sylloge siue collectio canonum citatur a *Nic. Commeno* pag. 192. et 219. seq. Praenot. *Myrtagog.* et secunda collectio canonum p. 210.

Arsenii, patriarchae CPol. a. 1264. defuncti, *testamentum*, graece et latine editum a *Cotelerio* tom. II. *Monument.* p. 168 - 177. *Synopsis Canonum* tom. II. bibl. canonicae Iustelli p. 749 - 784. *Fabr.* MS. *Venetis* in bibl. Marc. cod. DLXXV. v. cat. codd. gr. Marc. p. 303. — *Mosquae* in cod. synod. XXXII. *Arsenio patriarchae CPolit.* tribuitur ἐνταλμα 1) πνευματικῆς πατρότητος 2) δίδμενον τοῖς χειροτονουμένοις καὶ ἀγυμένοις 3) δίδμενον τοῖς ἐξάερχοις v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 55. nr. 68. 69. et 70. edit. Mosquens. 1776. fol. in edit. in 8. Lips. 1805. p. 47. tantum nomen Arsenii, patriarchae CPol. ponitur. — ibid. p. 18. ed. min. at p. 5. ed. in fol. in cod. V. est excerptum ex vita S^{cti} Arsenii. — *Testamentum*, in cod. LXXXVII. bibl. *Mazarin.* v. *Montfauc.* Bibl. bibl. MSS. p. 1307. A. et 1319. B. — *Synopsis canonum*, *Parisi.* in bibl. publ. cod. MCCCLXXI. nr. 5. — *Conf.* supra, vol. VII. p. 654. nr. 3. infra, vol. XI. p. 44. seq. et p. 53. ed. vet. — *Bayle* l. c. 354. — *Oudin.* comment. de SS. eccl. tom. III. p. 230. lqq. ad a. 1250. vbi plura de eo itemque de *Arsenio*, *Monembasiae* archiepiscopo, circa a. 1530. et 1540. claro, eorumque scriptis vberius agitur, et *Caueum* in *Hist. litt. SS. eccl.* tom. II. p. 305. seq. ad a. 1255. *Harl.*

Arsenii, hieromonachi CPol. *epistola* decreto synodali super Calvinianis dogmatibus a. 1642. praefixa, graece et latine apud *Allatium* de consensu p. 1022. *Fabr.* Add. infra, vol. XI. p. 728. ed. vet. — *Arsenius* hieromonachus, et praepositus monasterii S. Sabae Coronae, nominatur in cod. *Coisl.* LIII. v. *Montfaucon* Bibl. biblioth. MSS. p. 118. et *Arsenii*, Coronae episcopi, *epist.* ad *Crusium*, v. supra vol. VIII. p. 94. *Harl.*

Arsenii, monachi, versio graeca Geomantiae Zanatae, philosophi Persae, versibus politicis composita a. C. 1266. MS. in bibl. caef. Incipit:

Dd dd 3

E^{neq}

[P] Εἴπερ ὁ ποθέμενος ποθῶν τὸ προγινώσκειν
καὶ τῶν μελλόντων ἀκριβῶς εἶδέναι τὰς ἐκβάσεις,
Εἰ βέλει σημειώσασθαι τὰς μοίρας τῶν ἀστέρων etc.

Vide *Lambecium* VII. p. 260. *Fabr.* f. pag. 554. seq. ed. Kollar. in codd. caef. CXL. et CXLI. Conf. supra ad vol. IV. p. 152. Kollar. verò in nota ad *Lambec.* l. c. animaduertit, non *Geomantiam*, sed *ψαμμομαντείαν* adpellari a *Cangio* in addendis ad *Glossar.* p. 212. eamque in cod. Colbertino MMCCII. nequaquam *Zanatae*, sed *Astrampsycho* tribui. V. paullo post ad *Astrampsych.* *Harl.*

Arsenii lexicon ineditum, de quo supra pag. 51. [in vol. VI. p. 631. nou. ed.]

Arsenii, Monembasiae in Peloponneso archiepiscopi, syntagma logicum, MS. in bibl. caesarea: *) De eius scholiis in Euripidem, supra pag. 189. seq. vbi in not. n. plura de hoc *Arsenio* adscripsi. *Harl.*] De apophthegmatis, volum. IX. pag. 757. [et supra ad h. vol. p. 190. not. p.] *Arsenii* collectanea laudata a Rigaktio ad Onofandrum p. 38.

Asclepiodotus philosophus de arte tactica, ex cod. Colbertino MMMMXC. citatur a *Cangio.* *Fabr.* MS. *Leidae* inter codd. Vossianos. v. catal. bibl. Leid. p. 395. nr. 11. — capp. duodecim,

*) In cod. XCV. nr. 4. v. *Lambec.* VII. p. 580. seq. qui primum recenset opuscula, quae continentur toto *Arsenii* syntagmate logico; tum memorat, id prorsus eodem modo graece excusum esse typis Paris. 1540. 12. et similiter ibidem latine, *Iacobo Foscareno* interprete, 1541. 12. — Ibid. in cod. caef. CLXXXVIII. nr. 7. *Arsenii* nostri epigramma in Hieronymum Donatum, praefatum Cretae, vid. *Lambec.* IV. p. 451. Kollar. In bibl. caesar. aliquot adseruantur codd. in quibus sua ipse *Arsenius* manu adnotauit, eos ad suam pertinere bibliothecam, vti *Lambec.* III. p. 126. 341. 491. VIII. p. 623. et alibi obseruauit. — *Florent.* bibl. Laurent. codici II. plut. 6. qui continet euangelia, et quem *Arsenius* dono dederat Clementi VII. P. M., ille praemisit in fronte carmen gr. cum lat. versione, quod in lucem edidit *Bandin.* in cat. codd. gr. Laur. tom. I. p. 85. sqq. et in nota de *Arsenio* ipso disseruit. — In ead. bibl. in cod. XXVI. plut. 4. exstat *Arsenii* *Monemb.* *Lexicon philologicum*, s. alphabetica sylloge formularum, sententiarum, praceptorum, prouerborum, apophthegmatum, historiarum ac fabularum, ex graecis historicis, oratoribus, poetis ac philosophis collecta; eique praefixit epistolam nuncupatoriam ad Leonem X.

P. M. quam integram gr. subiecta versione latina, promulgauit *Bandin.* in laudato catal. tom. I. pag. 547. sqq. — Eiusd. epistola ad Rodolphum, cardinalem, de sua paupertate, *Paris.* in bibl. publ. cod. MMCXXXVI. nr. 5. — Add. *Oudin.* l. cit. *Harl.*

[*Arsenius asceta.* v. supra, vol. X. p. 130. — *Arsenius Pergam.* scriba, laudatur in subscriptione codicis caesar. *Vindobon.* CVII. v. *Lambec.* VII. p. 403. — Ad *Arsenium*, monachum in sancta ciuitate scribit *Theodorus Studita*, in cod. *Coislin.* XCIV. nr. 465. et nr. 467. ad *Arsenium* monachum, atque in cod. CCLXIX. v. *Montfauc.* bibl. Coisl. p. 148. et 319. — it. p. 213. ex *Arsenio* et aliis scholia in Isaaci Syri sermones asceticos, in cod. *Coislin.* CCLXVIII. — it. p. 417. *Arsenius Pegadensis* collegit sermones, in cod. *Coislin.* CCCIII. (conf. supra, vol. VIII. p. 207. seq. nr. 84. et vol. X. p. 329. voc. *Synecleticæ*;) — et p. 76. *Arsenius Tripolitanus episcopus* in cod. *Coisl.* XXV. in catena patrum in Acta apostolorum et epistolas catholicas, ab Andrea presbytero contexta. — De *Arsenio*, *Tornobi episcopo*, siue metropolita, v. supra vol. VIII. p. 92. et 94. *Harl.*

decim, *Parif.* in bibl. publ. codd. MMCDXXXV. nr. 6. MMDXXII. nr. 3. et MMDXXVIII. qui codex ex vetusto aliquo exemplari manu Cl. Salmafii descriptus est. — *Florentiae* in bibl. Laurent. cod. IV. nr. 17. plut. 55. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. II. p. 229. Conf. supra, vol. IV. p. 341. et 210. ac VII. p. 804. *Harl.*

Asclepiadis, Trallium episcopi, epistola et X. Anathematismi contra Petrum Fullonem circa a. 484. scripti, graece et latine exstant tom. IV. concil. Labbei p. 1120. et tom. III. Harduin. p. 851. (Manfi coll. conc. tom. VII. pag. 1133. add. *Walch.* Hist. haer. VII. pag. 254.) [v. infra vol. XI. p. 412. ed. vet. — *Asclepiadis* epist. ad Petrum Fullonem, *Vindobon.* in cod. caes. LVIII. nr. 3. v. *Lambec.* VIII. p. 1037. — *Romae* in cod. bibl. Vaticanae, et in cod. *Coislin.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 3. E. et p. 1128. E. *Harl.*] De alio antiquiore *Asclepiade* Lactantius VII. 4. *Optime igitur Asclepiades noster de providentia summi DEI differens in eo libro, quem scripsit ad me.*

Astrampsychi Astrologia Persica. Vide Cangii glossar. in *Λαξευτήριον*. [adde paullo ante ad *Arsenii* versionem gr. Geomantiae Zanatae.] De *Astrampsychi* versibus iambicis onirocriticis, qui apud Suidam sparsim leguntur, dixi lib. IV. cap. 13. §. II. [cap. 15. in vol. IV. p. 265. nou. ed. add. vol. V. p. 152. et quae ibi adscripsi, *Harl.*] Centum versus cum Hieron. Wolfii, (qui Suidae historica est interpretatus,) latina versione vulgavit Hermannus Germbergius cum XIV. centuriis prouerbiorum collectis e Suida et utraque lingua editis Basil. 1583. 8. Simile Onirocriticon Germani patriarchae CPol. MStum in bibl. caesarea. *Lambec.* V. p. 237. *Fabr.* f. p. 488. seq. ed. Kollar. in cod. caesar. CCLXXXIV. nr. 2. — *Astrampsychus* de somniis in *Th. Gale* cod. CXLII. f. nr. 5976. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. — *Parif.* in bibl. publ. in cod. MMCDXXI. nr. 1. (in quo etiam exstat eiusdem *fiderum contemplatio* et nr. 3. *coelum Pythagoreum*.) tum in cod. MMDCXXII. nr. 1. (et nr. 2. *coelum Pythagoreum*, denique in cod. MMCDXXV. nr. 3. — In bibl. *Guil. Pelliserii Astrampsych.* Ptolemaeo *περί κλήρων* — in cod. *Colbertino* MCCXL. eiusd. Geomantia et ars diuinatoria. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 683. D. 1199. C. et 946. E. *Harl.*

Athanasius, abbas circa annum 1054. cuius epistola ad Nicetam Pectoratum MS. in bibl. caesarea. *Fabr.* in cod. XLV. nr. 56. v. *Lambec.* VIII. p. 941. seq. Ad eum et ad *Athanasium*, praepositum scribit Theodorus Studita: v. *Montfauc.* bibl. *Coislin.* p. 316. 317. 320. — ac p. 145. bis, 147. 149. eiusd. epp. ad Athanasium filium. ac plures ad Athanasium p. 313 - 316. 320. 321 - 323. — De multis aliis *Athanasii* v. ind. ad nostrum Bibl. gr. — *Athanasius*, abbas *Paulloperitii* cum Theodoro Studita et aliis scribit ad Paschalem papam; in cod. *Coislin.* CCLXIX. v. *Montfauc.* l. c. p. 318. — ib. p. 105. in decreto Alexii Comneni circa unionem synodi cum Leone Chalcedonensi etc. in actis synodi cuiusd. CPolit. a *Montfauc.* edito, interfuisse dicitur illi synodo *Athanasius hegumenus* monasterii S. Diomedis. *Harl.*

Athanasius, Cyzici metropolita, cuius epistolam, quam a. 1346. ad Annam [P] imperatricem accusando patriarchae Io. Calecae scripsit, eadem seruat bibliotheca. *Fabr.* in cod. VI. nr. II.

nr. II. v. *Lambec.* VI. part. I. p. 58. fqq. Kollar. — In cod. *Coislin.* XCVIII. init. exstat Gregorii Theſſalon. epiſt. de ſcriptis Acindyni ad Athanaſ. archiepiſcopum Cyzice-
122. lat. cum notis.] Ab eodem eruditissimo viro
didici, eundem esse Manuelem et Maximum
Margunium, qui ex more Graecorum, quando

ad episcopatum euehantur, nomen suum alio no-
mine, quod ab eadem littera incipit, permutas-
tium, pro Manuele Maximus dici voluit. Ad
Manuelem Margunium, [Martini Crusii epistola
pag. 527. Turco-Graeciae. [v. supra, vol. VIII.
p. 98.] A Cangio, accuratissimo viro, perperam
traditur Margunius vixisse a. 1500. et a Maximo,
Cytherensi episcopo, qui a. 1600. scripserit, di-
stinguitur. *Fabr.* Plura de *Margunio* dici pos-
sunt; sed otium nobis fecit *Lamus*, qui in *Deliciis*

Cytherorum in insula Cypro [immò potius, Cytherorum, insulae Maleae adiacentis, ut ex eius epitaphio Lamius p. 30. a. tom. I. 1739. contra Fabric. docuit,] episcopatum post a. 1574. suscepit, *Maximi Margunii* nomine notior, varia scripsit graeco, graeco-barbaro et latino sermone, quae prout mihi innotuerunt, hic commemorabo.

1) *Latine* vertit, nondum episcopus, Ioannis Cantacuzeni Panegyricum in S. Basilium. Meminit *Nic. Comnenus* p. 399.

2) *Graecobarbaro sermone vitas Sanctorum* ex Graecorum Synaxariis metaphrastisque et aliorum laudationibus. Venetiis apud Anton. Pinellum 1621. 1630. 4.

Notae Margunii ad Metaphrastae vitas, citantur a *Nic. Commeno* p. 14. 25. etc. qui etiam *Néon* eius *Λεμωνάριον* citat p. 37.

3) *Canones apostolorum, conciliorum et patrum, cum scholiis* id. p. 10. 16. et passim.

4) *Ioannis Climaci scalam* scholiis illustratam, Venet. 1590. 4.

5) Scripsit praeterea *Antirrheticos II. contra Andream Colossensem pro Marco Epheso*. Antirrheticum secundum laudat *Nic. Comnenus Papadopoli* pag. 253. praenotionum mystagogicarum, quo in toto opere multus est in Margunio oppugnando et exagitando, defendendisque contra eius obiectiones Latinis.

6) *Li-*

cius eruditor. vol. IV. et V. siue in praefat. in tom. I. a. 1739. edit. pag. XXIV. sqq. de aetate scriptisque Margunii copiose disseruit et in praefat. ad tom. a. 1740. editum pag. XXX. sqq. quaedam retractauit et curatius exposuit atque illustravit, priore loco p. XXVI. corrigit Fabricium nostrum, quod scripsisset, Margunium post a. 1574. Cytherorum episcopum sedisse, quin post 1584. h. e. sequenti, dicere debuisset; ideinque notat *Iac. Bruckerum*, in diss. epistol. de meritis in rem litterariam, praecipue graecam, David. Hoeschelii, Fabricii vestigiis insistentem. Ex ipsius Margunii epistolis docet *Lamius*, cum a. 1575. nondum monachi habitum induisse; at a. 1578. iam fuisse monachum; intra annos igitur 1573. et 1578. monachum professum esse; anno autem 1585. fuisse Cytherorum episcopum. Hinc etiam erroris arguit *Nicol. Comnenum Papadopolum*, in Historia Gymnasii Patauini (tom. II. libr. II. cap. 38. p. 264. sq.) scribentem, Maximum nostrum a. 1539. Cytherorum episcopum

creatum fuisse. Tum de vrbibus, in quibus commemoratus est, agit. Obiit Margunius in patria Creta, quo senex secesserat, a. 1602. prope octogenarius, conditusque in templo Deiparae Trimartyros, vbi eius tumulus sex versibus iambicis, quos Lamius reddidit cum versione latina, notabatur. Vir fuit graece et lat. doctus prosa et versu valens, scripturae sacrae et historiae ecclesiasticae peritus. v. supra, Procopium de eo. Ego vero, quae iam scripseram in supplem. ad Introduc. etc. tom. II. pag. 260. sqq. vbi quoque locum longum de Margunio aliisque ex *Villoisonii* epistola, mihi quondam missa, excerptum dedi, nolo hic repetere. Pauca de eo narrarunt *Bayle* in dictionaire histor. et crit. tom. III. pag. 327. ed. 1740. voc. *Margunius* (*Maximus*,) (vbi tradit, Marg. mortuum esse Venetis sub fin. mensis Iunii 1602. citatque *Velserum*, epist. XX. ad Scaligerum,) atque *Saxius* in Onom. lit. part. IV. p. 22. sq. ad a. 1589. quo is praesertim tempore clarus fuisse videtur. *Harl.*

6) *Libellum de traditionibus ecclesiae*, quem eleganter scriptum a iuvene [forte quum Patauii primum esset, tunc temporis annos XXV. circiter natus, suspicante *Lamio*, p. XXVII. tomi a. 1739. editi. *Harl.*] citat idem p. 27.

7) *De ecclesiasticis dogmatibus*. Idem *Comnenus* p. 42.

8) *Dialogus Graeci cum Latino de processione Spiritus S.* editus Londini 1624. 4. eum aliis aliorum scriptis, de quibus infra p. 784. Oppugnat *Allatius* de consensu pag. 589. 600. 608. 611. 620. seq. etc. et in libro, quem vulgari Graecorum sermone de processione Spiritus S. composuit p. 252. ubi negat, esse Margunii, et in libro contra Creyghthonum pag. 194. *Auctor schismaticus dialogi de processione Spiritus S. et aliis Latinorum erroribus*, typis Londinensibus sub nomine *Maximi Margunii* editus est. *Scriptoris nomen incertum latet in MSis adeo antiquo charactere exaratis, ut aetate ipsa Margunii multo vetustior sit, cui ipse Margunius epistolam Venetiis a. 1587. datam praefixit, qua delusi typothetae dialogum uniuersum Margunio supposuere.* Adde *Allatium* p. 369. *Fabr. Augustae Vind.* in bibl. publ. cod. *Max. Margunii* de processione Spir. S. ad *Dau. Hoefchel.* v. *Reiser.* ind. MSS. illius bibl. p. 41. — *Venetiis* in bibl. Marc. cod. CL. dialogus inter Latinum et Graecum de processione Spiritus S., de azymis, aliisque capitibus, inter vtrumque controuersis; inc. *Λατίνος. Διὰ τὴν ἀποσχίζεσθαι τὸν ἡμῶν, καὶ ἐν συγκοινωνίᾳ ἐδαμῶς*, cuius nulla fit mentio in cat. codd. gr. Marc. p. 83. seq. de isto codice: at *cel. Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. I. p. 89. eum memorans, „Schismatici, ait, auctoris opus, velut *Maximi Margunii*, quod vel codex hic vnus falsum ostendit, a. 1624. Londini typis prodit, cum *Gennadii Scholarii* aduersus Latinos syntagmatē. *Barlaamo Calabro* *Allatius* adiudicat in *Confutatione* fabulae de *Ioanna papissa* p. 47. qui saepe et eum refutat locis a *Fabricio*, (nostro loco,) adlatis.“ — *Mosquae* in cod. synod. CCCXLIII. nr. 4. exstant *Maximi Margunii* ἑτέρα βιβλία δύο πρὸς τοῖς τρεῖσι, περὶ τῆς τῆ παναγίης πνεύματος ἐκπορεύσεως, τῷ θεοσεβεστάτῳ — Ἰωάννῃ Πέτρῳ βοηθῶν πάσης οὐγγροβλαχίας inc. τὸ τῆς θεολογίας μέγα. Scriptus est hic libellus a *Max. Margunio*, ut fol. 31. in fine epistolae traditur, ἐκ τῆς σεβασμίας μονῆς, τῆς χρυσοπηγῆς, τῆς Γαλατῆς, τῆς Κωνσταντινουπόλεως, θαρσηλιῶνος πέμπτη ἐπὶ δέκα, ἔτει ἀπὸ τῆς ἐνσάρκους οἰκονομίας αὐτοῦ. (1584.) animaduertente *Matthaei* in Not. codd. gr. Mosquens. p. 249. De Margunii doctrina ipsa conf. *Lamium* in *Deliciis* a. 1739. p. XXIV. et XXIX. atque a. 1740. p. XXX. et XXXIII. seq. praefat. et in posteriore tomo p. 117. et saepius in notis. *Harl.*

9) *Disputationem contra Georgium Metochitam*. Nic. *Comnenus* pag. 232.

10) *Adagia antiqua* id. p. 55.

11) *Synodicam historiam*. id. p. 302.

[P] 12) *Hymni Anacreontici nouem*, quos graece ediderat *David Hoefchelius* Lugd. Bat. 1592. 8. Graece et latine leguntur in corpore poetarum graecorum tragicorum, comicorum

corum et lyricorum, Geneu. 1614. fol. tom. II. pag. 139. - 208. *Fabr.* Ab *Hoeschelio* Lugd. Bat. 1592. illos hymnos editos fuisse, negatur in *Baumgartenii* Nachricht. von merkwürd. Büchern, tom. VII. vbi p. 502. seq. recensetur editio, inscripta: *Μαξιμῶν — Μαξίμου Μαργουνίου*, episcopi Cytherorum, Hymni Anacreontici. Cum interpretatione latina *Conradi Rittershusii*. Augustae ex offic. typogr. Io. Praetorii. a. 1601. 8. cum praefat. *Rittershusii* ad Dau. *Hoeschel.* Atque in *Reiseri* indic. MSS. bibl. August. p. 136. illa tantum *Rittershusii* editio, at cum nota a. 1603. nominatur. Sed exemplar in cat. bibl. *Pinellianae* tom. II. nr. 4455. habet quoque notam a. 1601. in 12. — A *Lamio* l. c. p. XXXIV. ex *Comneno* etiam citantur: *Margunii Hymni Anacreontici* LX. praeter editos ab *Hoeschelio*, (vt ait,) aliaque poemata iambica et heroica: item *liber aduersus Iesuitas*; — *liber aduersus Franciscanos*; — *liber de moribus barbarorum, et orientalis ecclesiae orthodoxia*; — atque *Epierises seu iudicia in Nomocanones*. — *Marg.* tria carmina, subiuncta sunt *S. Gregorii Nazianz.* Arcanis ab *Hoeschel.* ed. Lugd. Bat. 1598. 8. et tertium s. metaphrasin *Psalmi CXXXII.* *Fabric.* infra in vol. XIII. p. 543. seq. cum versione *Henr. L. B.* ab *Heiuel* lat. metrica recudi fecit. add. p. 538. sqq. *Harl.*

13) *Sermones Quadragesimales.* *Fabr.* *Lamius* l. c. p. XXXIV. hos Sermones quadragesimales arbitratur, eosdem esse, cum *Homiliis* multis vernacula lingua graeca scriptis, habitisque in Creta et Constantinopoli, a *Comneno* memoratis. *Harl.*

14) *Variae epistolae*, graece a *Margunio* scriptae, sunt vulgatae ab *Hoeschelio* variis in locis, *) vt ante bibliothecam *Photii*, et cum *Nic. Cabasilae* oratione contra foeneratores: et ante *Gregorii Nysseni* opuscula quinque: nec non ab *Henrico Sauilio* in notis ad *Chrysostomum* tom. VIII. p. 114. Alias XVI. epistolas seruat *Scipio Maffei*, a quo iam notauimus editam illius vnam, datam ad *Gabrielem Philadelphiensem.* *Fabr.* *Lamius* l. c. p. XXX. seq. inter *Margunii* epistolas XVI. quarum, ait, XIII. nunc edimus: Eae scriptae sunt *Gabrieli Seuero*, archiepiscopo Philadelphiae I. *Hadriano Sperae* nr. 2. *Meletio Blaſto* nr. 3 - 13. *Philippo Siminelo*, nr. 14. *Ieremine II. patriarchae CPolitano* est nr. 15. Eidem et synodo *CPolitanae*, nr. 16. Tum, *epistolae* inquit, XIX. comprehensis etiam epistola vna *Gabrieli Seueri*, et altera *Dionysii Cateliani* monachi, qui post *Margunium* Cytherorum episcopus fuisse videtur, et *Hippolyti* episcopi alia, ad *Margunium*, quae apud me MSS. exstant, olim publici iuris faciendae. Eae scriptae sunt omnes *Gabrieli Seuero*, hieromonacho, sex; Archiepiscopo Philadelphiae, aliae decem. — Tum laudat operam *Scipionis Maffei*, quem Roma redeuntem et Florent. pertranseuntem, praedicat, codicem MS. epistolarum graecarum, a neotericis Graecis scriptarum, sibi adtulisse, cui et XIX. *Margunii* epistolae insertae erant. Atque tredecim priores *Lamius* in eodem tomo pag. 292 - 318. graece in lucem protulit. In praefat. denique p. XXXVII. seq. commemorat, quae *Margunius Hoeschelio* aliisque viris doctis graeca sua aliorumque monumenta suppeditauit. In tomo autem *Deliciarum* etc. a. 1740. edito, et continente *Max. Margunii, Dionysii Cateliani, Antonii Eparchi* et *Arsenii Monembasiensis* epistolas, ceteras, quae apud ipsum erant, *Margunii* et

*) V. infra vol. XIII. p. 538. sqq. *Harl.*

et aliorum ad illum scriptas epistolas gr. edidit, partim ex cod. memorato, partim a pag. 24. ex alia, sibi quoque a Maffei commutato, sed posteriores ita digessit, ut ratio temporis haberetur. Illa iusta aetatis epistolarum series in omnibus distinctius servata est, in interpretatione latina, a Philippo Elmio facta, et p. 113. sqq. subiuncta, cum *Elmii*, praecipue *Io. Lamii* scholiis interdum longis et criticis et vero litterariis atque historicis. In praefat. cum duo codices, ex quibus descriptae sunt epistolae, vberius recensuit, tum de ipso Margunio passim locis p. XXXIII. praef. citatis plura dixit. — *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 491. *A.* ex Maffei Verona illustrata memorat Maffei cod. epistolarum recentiorum Graecorum, in his vnam Margunii non publicatam: sed v. *Lamium* l. c. p. XXII. — *Margunii* epistola edita est in cat. codd. gr. Taurin. ut mox videbimus. De edit. quarundam Margun. epp. v. supra ad vol. VIII. p. 98. add. infra vol. XIII. p. 538. sqq. *Harl.*

15. *Epigrammata varia*, ut quod Danielis Furlani commentario in Aristotelem de partibus animalium praemittitur, et cuius initium apud Crusium pag. 538. Turco - Graeciae. *Fabr.* *Maximi Margunii* epigramma in librum quemdam, et *Meletii Blasi* epigr. in coecum quemdam *Lamius* in praef. ad Delic. erudit. a. 1740. p. XX. ex cod. Maffei. gr. in lucem protulit. *Harl.*

[16. *Laurentii*, ex ordine fratrum Cappucinatorum, de sacris mysticis numeris in S. scriptura occurrentibus disquisitio, quam *Max. Margunius* hortatu Gabrielis Seueri ex latina in graecam linguam translulit, *Taurin.* in cod. regio CCXCI. v. cat. codd. gr. Taur. p. 386. sq. vbi *Margunii* *epist.* ad Gabriel Seuerum praefixa, et Venetiis d. 16. Febr. 1586. scripta, gr. et lat. in lucem prodit. *Harl.*]

[17. *Enchiridion*, *Venetiis* in bibl. Procuratoris Iustiniani, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 483. C. et in cod. *Harleiano*. v. supra ad vol. IX. p. 679. *Harl.*]

Maximus e Callipoli Peloponnesiacus hieromonachus (a Margunio utique diuersus atque adeo distinguendus) in gratiam Cornelii Hagae, *) Belgici ad Turcarum imperatorem legati

*) Confer *Rich. Simon* lib. II. hist. critic. N. T. cap. 20. *Fabr.* Prior ed. 1638. 4. curatius recensetur, et Langii error de inscriptione castigatur in *Baumgartenii* Nachrichten von merkwürd. Büchern, tom. VIII. pag. 1. sq. et contra *Frid. Gotth. Freytag* in *Analectis litterar.* de libris rarioribus p. 953. aliosque *Io. Mich. Langii* in philologiae barbaro - gr. part. I. in meletemate de origine, progressu et variis fati L. Gr. §. XXII. iudicium probatur, id N. T. nou. Geneuae, sed *Lugduni Batav.* ex officina produsse Elzeviriana:

posterior autem ed. Londini 1703. 12. in *Baumgartenii* Nachricht. von einer Hallischen Biblioth. tom. III. p. 474. sqq. et caussae, cur ed. illa sit combusta, referuntur, atque *Io. Georg. Schelhorn* diss. prima de libris, publica auctoritate combustis, in eius *Amoenitatibus litterar.* tom. VIII. §. 11. p. 488. sq. citatur. Add. supra, vol. IV. pag. 854. et pag. 868. vbi tamen nomen *Margunii* est delendum, uti iam in supplem. ad *Introd.* II. p. 267. in nota animaduerti. *Harl.*

legati *graeco-barbaro sermone* tranſtulit *Novum Teſtamentum*, editum cum Lucaris praef. graecis ex aduerſo poſitis Geneu. 1638. 4. typis maioribus nitidisque. Deinde illa verſio interpolata a *Seraphino* hieromonacho Mytileneniſi prodiit Lond. 1703. 12. qua me ipſe donauit, quum Hamburgi verſaretur. Hanc 1704. poſt anathema Vulcano traditam in medio aulae patriarchae CPolitani narrat *Alexander Helladius* de ſtatu praefenti eccleſiae graecae cap. XV. pag. 247. qui Margunii interpretationem reprehendit pag. 292. ſeq. nec minus pag. 322. ſeq. inuehitur in editionem Hallenſem 1710. 12. (repetitam in Nouo Teſt. quadrilingui Chriſtiani Reineccii, Lipſ. 1713. fol.) quam recenſuit *Anaſtaſius*, Macedo Nauſenſis, cum notulis et interpolationibus Itali hominis *Liberii Colleti*, licet Athenienſem ſe vendider. Specimen novae verſionis ſuae exhibet Helladius p. 302. *Fabr.* Plura in hanc ſententiam et de hoc Maximo *Villoſon* in epiſt. ad me quondam data ſcripſerat, et ego locum, huc pertinentem, longiorem, quam vt cum h. l. repeterem, exſcribendum feci et in nota quaedam obſervavi, in ſupplem. ad Introducſt. in hiſt. L. Gr. II. p. 266. *Harl.*

Maximi Mazari, monachi, canones alphabetici ex codice Colbertino MMMMCCCXLIII. citantur a Cangio. De aliis *Maximis* dixi vol. VIII. p. 676. ſeqq. et X. p. 716.

Bafilii Megalomitris aenigmata circiter XVIII. MSta ſeruat. bibl. Bodleiana in codicibus Baroccianis LXXI. et CXI. vna cum aenigmatibus [P] Michaelis *Pſelli* ad Michaellem Ducam, *) nec non *Georgii* cognomento *αφύας* et *Euthymii*, quae cum S. Artemii oraculis exſtant cod. LXXVI. Habeo et ipſe aenigmata *Pſelli* ſcripta verſibus politicis, e quibus nonnulla ſpeciminis vice infra adſcribam. Aenigmata veterum poëtarum graecorum latino-rumque collegit *Conradus Rittershuſus* ad calcem Phaedri Lugd. Bat. 1598. 8. Exſtat et inſignis libellus *Libii Gregorii Gyraldi*, quo aenigmata pleraque antiquorum explicantur, ad Io. Thomam Picum, Mirandulae principem, tom. II. opp. p. 613. vt Nic. Reuſneri, Iac. Maſenii aliorumque in hoc genere ſtudio omittam. De Synpoſii et Aldhelmi aenigmatibus dixi in nouo ſupplemento bibliothecae latinae, vbi etiam a viri docti diſceſſi ſuſpicionem, cui ſub Synpoſii aenigmatibus viſum eſt latere memoratum Hieronymi Lactantii ſympoſium. *) Sed ecce tibi tria priora *Pſelli* aenigmata:

T8

*) Conf. ſupra, vol. X. p. 77. *Harl.*

o) Conf. *Fabric.* bibl. lat. tom. III. pag. 253. ed. Erneſti, inprimis *Io. Chriſti. Wernsdorf* in Poetis latinis minor. tomi VI. part. prior. vbi in prooemio ad Synpoſii aenigmata pag. 410. ſqq.

virorum doctorum in vtramque partem diſputantium iudicia de auctore vberius exponit, Fabricio noſtro p. 426. adſentitur, et p. 473. ſqq. ſub *Caelii Synpoſii* nomine aenigmata centum et vnum edidit doctisque illuſtrauit animaduerſionibus. *Harl.*

Τῷ σοφωτάτῃ ΨΕΛΛΟΥΤῃ πρὸς τὸν βασιλέα
 ΜΙΧΑΗΛ τὸν ΔΟΥΚΑΝ ἀντίγραμμα.
 εἶχοι πολιτικοὶ ἥρωελεγεῖοι ἱαμβικῇ
 νῆς ἢ ἄγγελος.

Ἐστὶ τι ζῶον λογικόν, δέσποτα σεφηφόρε,
 Ὅρῶν ἐκ ἔχον ὀφθαλμοὺς, ἐκτὸς ποδῶν βαδίζον,
 Ἐσερημένον κεφαλῆς, ἀκεραῖον τὰς φρένας,
 Πνεύμονος ἄτερ καὶ λοβῶν, καρδίας καὶ κοιλίας,
 Ἐσερημένον τῷ παντός, τινὸς δὲ λειψιμμένον.
 Τί τῆτο; φράσον, λέξον, ἔξαιρε, δήλωσον, γράψον,
 Ὡς συνετὸς, ὡς νενεχῆς, ὡς ὑπερφέρων πάντων.

Οὐρανός.

Σφαῖρά τις ὑπερθεῖν τῆς γῆς πετάλοις σκεπομένη
 Ὑψίσις ὑπανάκειται ὕδατος πεπλησμένη,
 Καὶρῷ προσφέρει λάμπυσσα, πάλιν μαραινομένη,
 Ἀλέαν ἀποτίκτεσσα, σβεννύσσα τὴν ζέσιν.
 Τοῖς εὐπαθεῖσι πρόφορος, τοῖς δυσπαθεῖσι πλέον.
 Νοσήματα γεννητικῇ, κυτήριον τῆς νόσου.
 Τίς αὕτη, πορφυρέβλαστε; τῆς λύσεως τίς λόγος;
 Ἐνιαυτός.

Εἶδον ἀρξήτοις ὄμμασι, δέσποτα σεφηφόρε,
 Νέον πρεσβύτην ἐν ταυτῷ τέλειον, λειψιμμένον.
 [P] Ὑψιπετῇ καὶ χθαμαλὸν, κλονέμενον, ἐδραῖον,
 Φωτίζοντα, σκοτίζοντα, τέμνοντα, συναλῶντα.
 Τὸς μὲν ἐκ γῆς ἀνάγοντα, τοὺς δὲ πρὸς γῆν κρατῶντα
 Καὶ σώζοντα καὶ τῇ φθορᾷ τῆς ὕλης συμπηγνύντα.

Melanii Cocini excerpta iatrica de febris ardente, ἐρμηνεία πάντῃ ἀφέλιμος εἰς τὸν πυρετὸν, γράφεται δὲ ἔτιω μεταὶ Μελανίου Κοκίνου. Citatur a Cangio ex cod. reg. MCCLXI. [conf. infra, vol. XII. p. 781.]

[*Meletius*, patriarcha Alexandrinus. v. supra, *Alexander Helladius*. *Mosquae* in cod. synod. CCCXV. sunt Meletii illius 1) *Enchiridion*, incipit ab epistola, ad Ieremiam,

Tt tt 2

patriar-

patriarcham CPolit. scripta 1683. — 2) epist. ad Siluestrum papam, et tria alia opusc. *ἀνεκτίγητα*. — 3) epist. ad Gabrielem Philadelph. — 4) brevis dissert. de grammatica, dialectica, et rhetorica; 5) dialogus orthodoxus, ad Ieremiam patriarch. CPolit. scriptus a Meletio, adhuc hieromonacho. v. *Matthaei* Not. codd. gr. Mosq. p. 206. sq. — Melet. aliam epist. ad Gabrielem graece edidit *Lamius* in *Deliciis* erudit. a. 1744. p. 150. sq. — et p. 152. *Dionysii Cateliani*, (vti suspicatur Lamius,) epist. ad Meletium, hieromonachum. — De aliis *Meletiis* v. supra, vol. IX. p. 304. sqq. et indic. ad bibl. gr. *Harl.*

Metrophanes Smyrnaeus, Photii aequalis, cuius expositio in epistolam catholicam Iohannis citatur a *Ioanne Vecco* tom. II. Graeciae orthodoxae pag. 605. seq. Epistola ad Manuelem Patricium, qua res in causa Photiana ab a. 858. ad 870. narrat, latine apud *Baron.* ad a. 870. n. 453. et graece ac latine tom. VIII. concil. Labbei pag. 1385. et tom. V. *Harduin.* pag. 1111. Primus utraque lingua cum actis concilii CPol. IV. a. 870. habiti ediderat *Matthaeus Raderus* Ingolstadt. 1604. 4. Photiana quaedam huic tribui *Metrophani*, notat *Allatius* de consensu pag. 575. libr. II. c. 6. nr. 4. *Fabr.* Conf. supra, vol. VIII. p. 34. et in hoc vol. p. 81. infra, vol. XI. p. 539. ed. vet. *Cauai* Hist. litt. SS. eccl. II. p. 51. ad a. 858. *Oudin.* comm. de SS. eccl. II. col. 231. sq. ad a. 860. Hi praeter ea adnotant, *Antonium Posseuinum* p. 81. ad calcem *Adparatus sacri* testari, in cod. CCXVI. gr. biblioth. quondam Heidelberg. Palatinae, *) nunc Vatic. exstare sub eiusdem *Metrophanis* Smyrnen-
sis archiepiscopi nomine libros quatuor gr. inscriptos:

1. *De recens exorta Manichaeorum haeresi, brevis et luculenta narratio;*
2. *Ex eiusdem diuersis contra eosd. Manichaeos homiliis excerpta;*
3. *Contra Manichaeorum recens prognatum errorem, secunda editio ad Antonium, metropolitam Cyzicenum.*

4. *Liber de Spiritu S. Mystagogia, et quod, quemadmodum Filius e solo Patre genitus dicitur sacris oraculis; sic etiam Spiritus S. ex eadem causa theologica procedere dicatur, quia consubstantialis illi sit, et per eum mittatur.* Sed *Oudinus* docet, illorum librorum inscriptionem *Metrophani*, qui Photii hostis ad mortem usque mansisset, nec Photium, contra Latinos altercantem, adiuturus fuisset, falsam esse factam, et Photii foetus esse genuinos. Atque *Montfaucon* in bibl. Coislin. p. 349. sqq. ex cod. Coisl. CCLXX. in lucem protulit Photii, (cuius nomen praefixum est,) *narrationem in epitome de Manichaeis repulsantibus*, gr. cum versione lat. et contulit cod. Colbertin. CCCXLIV. (in cat. bibl. publ. Paris. vol. II. cod. MCCXXVIII. nr. 3. in quo cod. etiam est sub Photii nomine liber de Spiritu S. disciplina arcana, s. mystagogia.) Sub *Metrophanis* nomine est fragm. *de processione Spir. S. a solo patre*, *Vindobon.* in cod. caef. CCXLIX. nr. 8. teste *Nesselio* in cat. MSS. caef. part. I.

p. 353.

*) Conf. *Frid. Sylburgii* catal. MSS. gr. in strum selectis. Francof. ad M. 1701. 4. part. I. bibl. Palatina electorali, in Monumentis pietatis p. 63. sq. et literariis virorum in re publ. et literaria illu.

p. 353. — et in codd. bibl. canonicor. regular. *Bononiae Metrophanis in Spiritum S. sec. Montfauc.* in Bibl. bibliothecar. MSS. p. 432. B. — *Metrophanis Smyrnenfis expositio fidei, Paris.* in bibl. publ. cod. DCCCLXXXVII. nr. 7. — Idem dicitur ab *Allatio* de libris eccles. p. 67. auctor esse *Canonum Triadisorum*, qui reperiuntur *Venet.* in cod. Marc. XIV. teste cl. *Morell.* in bibl. MSta gr. et lat. tom. I. p. 28. — Loca *Metrophanis* adferuntur in *Marci monachi collect.* locorum contra Barlaam et Acindynum, in cod. *Coisl.* CCLXXXVIII. v. *Montfauc.* bibl. *Coisl.* p. 404. sq. *Harl.*

Metrophanes Ephesus metropolita a Nic. Comneno citatur. De *Metrophane Critopulo* supra p. 498. seq. ed. vet. (ed. nou. p. 597. sq.) *Metrophanes* CPolitani episcopi tres, de quibus vol. VI. p. 760. *Fabr.* Sed ego in vol. VIII. (vbi v. not. p. 101.) omisi catalogum patriarcharum CPolitan. ad quem hic prouocauit *Fabric.* Ibi autem numerauerat *Metrophanem* ab an. 307–317. *Metrophanem Cyzicenum* a. 1439–1445. et *Metrophanem Caesareae metropol.* post a. 1560. ac 1581. inter patriarchas CPolit. *Harl.*

[*Metrophanes Rhodi* metropolita, scripsit, *epistolam* ad Hilarionem, in cod. bibl. publ. *Parif.* MMDCCCLXXXI. nr. 4. *Harl.*]

[*Metrophanes* hieromonachus, scripsit epistolas ad Gabrielem Philadelphens. quas publici iuris fecit *Lamius* in *Deliciis erudit.* 1744. p. 75. 119. 121. et *Theophanes*, ad eum, ibid. p. 179. 181. — atque ibid. p. 200. sqq. edita est *Metrophanis ἀρχιερέως Μονεμβασίας παρὰκλήσις πρὸς τὸν λαόν.* *Harl.*]

[*Michael Andreopulus*; de quo v. supra in hoc vol. p. 343. *Harl.*]

[*Michaelis*, metropolitae *Atheniensis*, Protheoria; inc. *Φιλολόγος ὁ τῆ βιβλίας*. — eiusdem epistolae quinque iterumque aliae; — oratio habita Athenis, inc. *τὸν μὲν δὴ προσήκοντα*; — catechesis prima. init. *τὰς τὰς*. — eiusdem vt videtur ex mentione *Adyephi*, cuius in superioribus epistolis meminerat, lamentatio demortui *Adyephi*: init. *ἀκέφαλος*. — *Michaelis Anchiali* oratio in imperat. Manuel. Comnenum inc. *ἔτα ὁ μὲν ὄρεται ὁ αἰτός*. quae omnia cum multis aliis existant in bibl. *Bodlei.* cod. Barocc. CXXXI. *Harl.*]

[*Michaelis diaconi*, magnae ecclesiae Referendarii, narratio miraculi, facti per imaginem *Soteris*, *Beryti*: inc. *οὐρανὸν μὲν κόσμος ἀστέρων*. ibid. in cod. Barocc. CXCVI. *Harl.*]

[*Michaelis Lygizi* ἐξήγησις κατὰ πλάτος εἰς τὸν Θεκυδικὴν κατὰ λέξιν καὶ κατὰ νόον, παρὰ τῆ ἐντίμης κυρίας Γεωργίας τῆ Βερκινίας. *Dublin.* in cod. collegii S. Trinitatis DCXLVIII. f. nr. 788. cat. MSS. Angliae etc. vol. II. part. 2. *Harl.*]

[*Michael Oxita*, patriarcha CPolit., cuius institutio de ieiunio, sexta die seruari solito, exstat *Parif.* in bibl. publ. cod. MDCX. nr. 4. (v. adpend. ad cat. MSS. *Parif.* regg. II. p. 622.) et *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1031. D. vbi inter codd. bibl. *Parif.* dicitur *Catechefs.* *Harl.*]

Tt tt 3

[*Michael*

[*Michael παρασώτης* eius epistolas ad Georgium Corinthium Cometam e cod. gr. eruit *Lamius* in Delic. erudit. a. 1744. p. 167. sq. et p. 163. sqq. — Ibid. p. 188. sqq. edita est Theophrasti epistola, scripta *Μιχαήλῳ ἢ Εγμώδωρ τῷ ἀρχιῳ* et p. 195. epist. ad *Michaëlem Sophianum*, de quo v. quoque supra, vol. VIII. p. 90. cuius epigramma Crusius commemorat. — Eiusd. *Michaëlis Sophiani* in Topica Aristotelis; epistolae in laudem ipsius, et epigrammata varia sunt *Mediolani* in cod. bibl. Ambrosianae: v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. B. *Harl.*]

[*Michaëlis Thessalonicensis*, magistri rhetorum, doctoris euangeliorum, et magnae ecclesiae CPolitanae Protoecdici, *Confessio*, quam morti proximus edidit, circa ea, in quibus errauerat, et ob quae fuerat depositus, *Parif.* in bibl. publ. cod. CCXXVIII. nr. 5. — *Michael*, nomophylax Chumnus, olim metropolita Thessalonicensis, de gradibus cognationis; ibid. in cod. MCCCLV. nr. 30. et cod. MCCCLXXII. nr. 31. quod opus ab eo quod exstat in Iure graeco-romano *Leunclauii* et *Marquardi Freheri* tom. I. p. 478. siue ed. Leuncl. libr. VIII. p. 519. diuersum esse dicitur in cat. MSS. *Parif.* regg. II. p. 310. — De *Mich. Thessalonicensi* v. *Cauai* Hist. litter. SS. eccl. II. p. 235. ad a. 1160. vbi eius *Confessio* breuis exstare dicitur apud *Allatium* de Consensu lib. II. cap. 12. §. vlt. et citatur *Montfauc.* Palaeogr. gr. p. 333. — atque *Cau.* ibid. p. 310. de *Michaële Chumno*, nomophylace, postea metropolita Thessalonicensi, a superiore diuerso, ad a. 1258. vbi *Cau.* eius opus *de gradibus cognationis* memorat; et verum, ait, *Vindobon.* iurid. XIII. nr. 8. in fine adiuncta est appendix quaedam de nuptiis prohibitis, quae ita incip. *τρεῖς τάξεις εἰσὶν τῶν κεκαλυμμένων πρὸς γάμους κοινωνίας. Μία μὲν καὶ πρώτη, ἡ ἐκ τῆ σωτηριάδος καὶ ἀγίας βαπτίσματος.* v. *Nessel.* catal. part. 2. p. 30. (secundum *Lambeo.* V. p. 335. ed. Kollar. in cod. caesar. CCCLIII. nr. 5.) *Harl.*]

Michaelis Cortacii λόγος ἐπιδεικτικὸς περὶ τῆ ἀξιώματος τῆς ιερωσύνης. *Veact.* 1642. 4. Alii *Michaëles* supra pag. 221. seq. (ed. vet. p. 188. sq. hui. ed.)

Modestinus Nomophylax ICtus, Logotheta Dromi, in Chrysobullum Nicephori Botaniatae de incestis nuptiis et sponsalibus citatur a Nic. Commeno p. 394. Eiusdem scholia ad Nouellas Constantini et Leonis p. 371. 402. [v. supra, *Herennius Modestinus.*]

Georgius Moschamper a Io. Vecce oppugnatus. Vide infra, p. 677. [et supra ad *Georg.* Notar.]

[*Mofis*, abbas, ad abbatem Poemena, capp. de virtutibus, *Parif.* in bibl. publ. cod. DCCCLXXIII. nr. 11. — capp. septem ascetica ad eundem, et capp. duodecim de virtutibus, ibid. in cod. CMXIV. nr. 6. et 7. — eiusd. capp. septem ascetica; — lamentationes; — eiusd. orationes, neminem esse vituperandum; — de submissione animi; — de perpeffionibus; — de operatione noui hominis; de vitae solitariae tranquillitate; — de gaudio animi, qui deo obedire incipit, et de septem fratribus, qui Macarium abbatem adierunt, ibid. in cod. CMXVI. nr. 6-14. — In cod. sequenti nr. 4. et 5. eiusd. capp. septem et capita XII. de virtute, et in cod. MDXCVIII. nr. 4. capp. septem. *Harl.*]

Natha-

Nathanael Canopi, Cyrilli Lucaris syncellus, qui institutiones theologicas Ioannis Caluini graece vertere instituit. Vide *Allatium* de consensu pag. 1020. seq.

Nathanael Chummus monachus, qui CPoli ante annos 400. vixit. Eius oratio ad Thessalonicenses missa et variae epistolae MSS. in bibl. regis christianiss. e quibus adparet, illum alterum fuisse Iacobum, cui tot aduersa contigerunt, ut dici vix queat. Eius scripta vel ob summam pietatem digna lectu iudicabat *Jf. Casaubonus* in Casaubonianis pag. 21. *) De aliis Chumnis, Georgio, Michaële et Nicephoro, infra pag. 670. quibus adde Demetrium Chumnum, Thessalonicensem archiep. [P] cuius exstat epistola ad Barlaamum monachum, Gyraensem episcopum. *Fabr.*

[*Nathanaelis Berti* (μπερτε,) hieromonachi, opusc. quod incip. ἀδελφοί μου καὶ τέκνα μου Venetiis in cod. Naniano CIX. nr. 31. v. cat. codd. gr. Nan. p. 217. — Ibid. in cod. CXII. sunt tredecim illius sermones, quos recenset (Mingarellius) in cat. bibl. cit. p. 225. et ex sermone XIII. docet, auctorem floruisse post CPolin a Turcis captam. *Harl.*]

[Quae *Fabricius* h. l. in vetere ed. de nonnullis *Nestariis* scripserat, ea iam supra in vol. IV. p. 310. sq. adtuli, et locupletavi, quibus addantur:

Nestarius, archiepisc. CPolit. ex cuius oratione excerpta sunt *Dublino* in cod. collegii S. Trinitat. CCLXXXVIII. f. nr. 428. cat. MSS. Angliae etc. II. part. 2. De *Nestario*, qui ex Catechumeno a. Ch. 381. patriarcha CPolit. electus fuit, et mortuus a. 397. eiusque narratione de S. Theodor. etc. multus est *Iof. Simon. Assmannus* in biblioth. iuris oriental. can. et civil. tom. III. Romae 1763. 4. cap. I. p. 2-17. — Add. quae ex epistola *Villoisoni* reddidi in Supplem. ad Introd. in hist. L. Gr. II. p. 278. supra vol. X. p. 335. et in hoc vol. p. 475. atque in lib. Procopii, p. 527. *Harl.*]

[De *Neophyto* monacho, (conf. supra vol. VI. p. 345.) supra in hoc vol. II. p. 544. De *Neophyto Rhodino* quae h. l. narrauerat *Fabric.* ea supra in hoc vol. p. 340. sq. iis, quae ille de aliis *Neophytis* tradiderat, commodius subiunxi, et plura adieci. *Neophytus Philaretas*, metropolita Hadrianopolis, nominatur in codd. *Mosquens.* synod. CCCLIV. et CCCLV. v. *Matthaei* Not. cit. p. 232. et 234. add. supra, vol. VIII. p. 94. *Harl.*]

[*Nephonis*, qui sanctus vocatur, μερική κεφάλαια, in cod. *Mosquens.* synod. CCCXXVII. et in cod. CX. laudatur *Nephon*, patriarcha oecumenicus. v. *Matthaei* l. c. p. 216. et 67. *Harl.*]

[*Nica-*

p) *Nathan.* opuscula philosophica et theologica, *Mediol.* in bibl. Ambros. v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 502. D. et 528. D. Add. *Rhodi et insularum Cyclad.* v. *Matthaei* Notit. supra, vol. I. pag. 703. — In cod. *Mosquens.* synod. XIII. inter eos, qui subscripserunt synodo octavae, nominatur *Nathanael*, metropolita *Rhodi et insularum Cyclad.* v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 51. *Harl.*

[*Nicasus*, diaconus, monachus Pantocratorita, Emmanuelle Comneni tempor. aequalis, remque aetate sua gestam consignavit. Composuit *Demetrii Thessalonicensis* translationis historiam, quae cum *Diogenis Paramonacii*, Nobilis Lacedaem. exsodalis collegii Graecorum S. Athanasii de vrbe, theol. doctoris, Graeciae praefectus, latina versione exstat *Matriti* in cod. reg. XI. quem copiose recenset *Iriart.* in cat. codd. graec. *Matrit.* p. 28. sqq. *Harl.*]

Nicaeus Ictus nomophylax in explicatione Nouellarum citatur ab eodem *Commeno* p. 371.

[*Nicephori*, hierodiaconi, epistolae II. ad Gabriel. Senerum, gr. editae sunt a *Lamio* in *Deliciis eruditor.* a. 1744. p. 31. sqq. vbi adpellatur *ὁ παράσχης*, et p. 95. sqq. vbi cognominatur *ὁ χαρτοφύλαξ.* *Harl.*]

[*Nicephori τῷ ἐνῆ* (sic) in iuuenem philosophum (mortuum) *Florentiae* in cod. Laurent. X. nr. 59. plut. 5. v. *Bandin.* cat. codd. gr. Laur. I. p. 28. De multis aliis *Nicephoris* v. indic. ad nostram bibl. gr. *Harl.*]

[*Nicetas* philosophus in *Daphin*, in cod. Laurent. cit. nr. 70. v. *Bandin.* I. cit. et *Kollar.* notas ad *Lambec.* IV. p. 84. VIII. p. 782. et 783. ac supra, vol. VII. p. 757. vbi a p. 746. multi *Nicetae* enumerantur, at de *Niceta* Byzantino adde, quae *Villoison.* in *Anecd.* gr. p. 253. de cod. Veneto bibl. Marc. adnotavit; et *Nicetae* Byzant. philosophi *capita*: init. *ποικίλη μὲν καὶ πολυσχιδής*, in cod. *Mosquensi* synod. CCCLV. v. *Matthaei* Notit. codd. gr. Mosq. p. 235. nr. 10. *Harl.*]

[*Nicolas*, Andidorum episcopus: eius expositio mysteriorum missae, ad *Basilium*, Phytiae episcopum, inedita. *Parif.* in bibl. publ. cod. MCCLXIII. nr. 1. incipit: *πολλοὶ τῶν ἱερῶν καὶ ἡζιωμένων* et in cod. MCCCXVI. nr. 18. *Harl.*]

[*Nicolai Hydruntini* dialogus cum Iudaeo: v. supra, vol. VI. p. 749. nr. 65. in cod. autem bibl. publ. *Parif.* MCCLV. nr. 1. sec. cat. MSS. *Parif.* regg. vol. II. — et ibid. in cod. MCCCXXI. nr. 9. eiusd. ad orientales epistola, qua nonnullis quaestionibus, ipsi propositis, respondet. — *Mosquae* in bibl. synod. cod. CCCLV. nr. 6. est, iudice *Matthaei* in Not. cit. p. 324. *Nic. Hydruntini*, synopsis eorum, quae de processione Spir. S. contra Latinos dicta sunt: inc. *ὁμοῦσιος καὶ συναΐδιος*. Factus quoque est, adnotante eodem, hic libellus latinus, hortante *Benedicto* cardinali, qui ab *Innocentio III.* illuc (Mosquam) missus fuerat. Sequuntur in cod. cod. nr. 7. eiusd. *Nicolai* περὶ τῆς θείας κοινωνίας et de azy-mis: inc. *Κοινωνικὸν μὲν ζῶον ὁ ἄνθρωπος*, et nr. 8. eiusd. tertium syntagma de Latino-rum ieiunio in sabbato: init. *ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη*. Conf. supra in h. vol. p. 288. (sic corrigendus numerus pag. loco vitiosi 287.) seq. et p. 291. atque a p. 286. magna *Nicolarum* copia producitur: sed alii sunt praeterea memorandi. *Harl.*]

[*Nicolaus Rhodius*, sacerdos, cuius epistolam ad *Gabrielem Philadelph.* archiepiscopum edidit *Lamius* gr. in *Delic. erudit.* a. 1744. p. 72. sqq. — et p. 140. *Nicolai Marini* episto-

epistolam ad eundem. — nec non p. 8. sqq. *Nicolai Protonotarii Choniatae* duas epist. ac p. 13. sq. *Nicolai Zeberni* epistolam ad eundem. *Harl.*

[De *Nicolao Secundino* supra p. 294. seq. in h. vol. dictis adde, a *cel. Morellio* in bibl. MSt. gr. et lat. I. p. 212. sqq. in lucem primum gr. cum versione lat. prolatam esse *Besfarionis* epistolam ad illum *Nicolaum*; quae Gemisti laudes eximias continet: idem V. D. ibid. p. 215. tradit, oraculum Apollinis de Isthmo Corinthiaco variisque eius perfoffionem adgressis ante *Nicolaum Perottum* latine redditum esse a *Nicolao Sagundino* Euboico, „cuius, ait, interpretationem cum epistola ad Petrum Bembum, senatorem Venetum, qua rem explicat atque enarrat, apud me est in cod. MSto, quo Sagundini varia continentur, ab Apostolo Zeno in Dissertatt. Vossian. relato, tom. I. p. 344.“ — Oxon. in cod. Barocc. CXXV. est *Nicolai Secundini* ad Andronicum Callisti epistola. *Harl.*]

[*Nicolaus Scyura* de fabricatione navis, lingua gr. vulgari, Oxon. in bibl. Bodlei. cod. Guil. Laudi XLV. siue nr. 697. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. Permultorum diuersorumque *Nicolaorum* scripta MSS. referuntur in *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. v. indic. *Harl.*]

[De *Pachomio* vid. quae dicta sunt supra ad vol. VI. p. 347. seq. ad vol. IX. p. 312. seq. et in hoc vol. p. 478. seq. add. *Pachomius*, ὁ ἡγούμενος (τῆς μονῆς) τῆ ἀγίας Παύλας, monachus monasterii S. Paulli, qui subscripsit synodo octauae, *Mosquae* in cod. synod. XIII. v. *Matthaei* Not. cod. gr. Mosq. p. 32. — ibid. p. 160. nr. 5. cod. CCXLVII. *Pachonii* epigrammata in S. Ioannem Iberum: inc. Παχωμίου τὰ δ' ἄξυγος μελισμάτα. — De *Pachomio*, Lesbio, laico homine, cognomento *Batista*, qui, expulso Ieremia, a. 1584. solum patriarchicum inuasit, v. *Lamium* in Deliciis erudit. 1740. p. 191. seq. et 198. Diuersus est a *Pachomio* Zichnarum metropol. qui patriarcha CPolit. fuit a 1500. *Harl.*]

Palaestrius monachus ab eodem Comneno citatus.

[*Pambo*, abbas Aegyptiacus, de Tropariis s. canticis sacris, in cod. *Vindobon.* caef. XIX. v. *Lambec.* III. p. 89. seq. vbi Kollar. in not. docet, esse apophthegmata, siue doctrinam asceticam S. *Pambonis*, ex Gerontico fortasse quodam exscriptam. v. supra ad vol. X. p. 302. *Harl.*]

[*Pamphilus*, monachus. Versus heroici X. cum versu XI. qui iambus est, in laudem, vt videntur, martyris, cuius vita subiicitur, *Florent.* in bibl. Laurent. cod. XXVI. nr. 23. plus 7. v. *Bandini* cat. codd. gr. Laur. I. p. 284. seq. qui versus illos gr. primum in lucem protulit et versionem adiecit latinam: sequitur nr. 24. *Pamphili* monachi, presbyteri S. civitatis, in Sctam *Soteridam* *) encomium. — *Pamphili martyris* expositio capitum Sctorum apostolorum, praemissa illis et epistolis catholicis cum catena patrum eccles. in cod. *Cois-*

q) *Bandin.* l. c. p. 285. coniecit, esse S. *Soderam*, III. id. Iun. de qua v. Martyrolog. Floren. tini a. 645. *Harl.*

Coislin. XXV. eamque exscripsit ac publicavit gr. cum versione lat. *Montfaucon.* in bibl. Coisl. p. 78. seq. *Harl.*]

[*P*] *Panaretus*, de quo supra in Matthaeo Quaestore.

Parthenii patriarchae CPol. fuere plures saeculo XVII. vide volum. VI. p. 760. *) Ex his illum, qui a. 1644. et post, dignitatem illam gessit, Calvinismo addictum arguit *Allatus* de consensu p. 1021. 1061. 1076. 1082. etc. Ante hunc Parthenius a. 1642. decretum synodale Cyrilli Lucaris et Caluini dogmatibus aduersum promulgauerat, de quo supra pag. 499. ed. vet. (ed. nou. p. 599. sqq.)

Patricius Ararfus. Πατρικίῳ Ἀραρσίῳ τῷ μακάροϋ ἐκ τῷ λόγῳ τῷ ἐπιλεγομένῳ ὠκεανῶ, de haeresi Arii fragmentum apud auctorem Synodici a b. D. Ioanne Pappo editi cap. 32.

[*P*] *Patricii* philosophi, monachi, graeca e lingua syriaca Isaaci Syri sermonum asceticorum interpretatio, *Parif.* in bibl. publ. codd. DCCCLXXIV. nr. 1. MLXXV. 1. MLXXVI. 2. et MCLXI. Sed socium habuit *Abrahamium*, monachum. Conf. supra in h. vol. p. 119. sqq. — Eiusdem *Patricii* vel potius *Pelagii Patricii*, Homericus centones: ibid. in cod. MMDCCLV. nr. 16. conf. supra vol. I. p. 553. tum not. ad p. 554. — et p. 555. ac vol. VIII. p. 636. In *Plüeri* itinerar. per Hispan. p. 186. inter codd. *Escorial.* sic citantur: *Patricii sacerdotis* Homero-centra, ab Eudoxia imperatrice recte disposita, siue correcta et eiusdem prologo carmine heroico — elegiaco. *Harl.*]

[*P*] *Patricius*, Procli pater. v. *Lambec.* VII. p. 96. *Harl.*]

[*P*] *Paulli* cuiusdam, latinae ecclesiae episcopi, epistola, quaestiones quasdam dogmaticas continens, ad imper. Io. Cantacuzenum, propter diuinum et angelicum habitum Ioasaph dictum: sequitur epistola, per compendium manifestans, quam opinionem habeat apud nos ecclesia de propositis a *Paullo* quaestionibus, scripta a *Theophane*, Nicaeno episcopo, tamquam ex persona imperatoris: *Taurini* in cod. reg. CCCXVI. v. cat. codd. graec. Taur. 396. *Harl.*]

De

*) Nim. prima edit. sed in hac noua edit. omisi indicem patriarchar. CPol. (v. ad vol. VIII. p. 101.) In illo autem indice nominantur *Parthenius* Adrianopoleos, a. 1639. *Parthen.* Adrianop. iunior, a. 1644. et 1648. *Parthenius*, Chii episcopus, a. 1656. atque *Parthenius Cumcumis*, Prusae metrop. a. 1657. et 1661. et 1670. ac post 1671. et post 1675. — De *Parthenio*, cognomento Chrysocenteta, Adrianopoleos metropoli, postea CPolitano patriarcha, plura tradidit *Kollarus* in Supplem. ad *Lambecii* comment. I. col. 332. sqq. de cod. caef. XLVI. cuius possessorem se ipse Parthen. declarauit, et in calce quae-

dam de se narrauit. — *Parthenii*, patriarchae CPolit. epistola ad Cephaleuios, *Oxoniae* in bibl. Bodl. in Henr. Sauilii cod. VI. f. nr. 6553. cat. MSS. Angliae etc. volum. I. — Ad *Parthenium* quendam epistolas scripsit Theodorus Studita. v. *Montfaucon.* bibl. Coislin. p. 146. 149. 316. et 321. — *S. Parthenii*, episcopi urbis Lampfaceni, qui sub imp. Constantino M. floruit, vita, a *Crispino Lampfaceno*, ipsius discipulo, conscripta, *Viudobon.* in cod. caef. XI. nr. 14. v. *Lambec.* VIII. p. 174. seq. *Kollar.* et conf. *Baronii* *Annal. eccl.* tom. III. in actis a. Chr. 337. nr. 38. ac supra vol. X. p. 304. *Harl.*

De Paulo Aegineta et aliis Paulis infra libro VI.

[*Petrus* ὁ ἀρεκέδης scripsit epistolam ad Gabriel. Philadelph. quam edidit *Lamius* in *Deliciis* erudit. a. 1744. p. 128. seq. *Harl.*]

Legi, inquit *Allatius* aduersus *Creyghtonum* pag. 692. ad *Phacrasem* ὅντα λογοθέτην τῶν ἀγκλῶν, epistolas plurimas *Maximi Planudae*, et ad *Iohannem Phacrasem* epistolam *Georgii* siue *Gregorii Cyprii*, patriarchae CPol.

Georgii Phacraffae, equitum ducis, meminit *Io. Cantacuzenus* hist. III. 23. *Fabr. Mosquae* in cod. synod. CCCXXIV. nr. 9. Φακρασῆ, τῷ πρωτοσεράτορος, ἐπίτομος κατὰ τὸ δυνατόν διήγησις, παρόντος καὶ αὐτῆς γεγενημένης τῆς ἐπὶ τῷ παλατίῳ ἐνώπιον τῆς βασιλέως γενεμένης διαλέξεως τῆς θεσσαλονίκης κυρ Γρηγορίου καὶ Γρηγορίου φιλοσόφου inc. ὁρισθεὶς παρὰ τῷ ἁγίῳ. v. *Matthaei* Notit. cit. p. 213. *Harl.*

Μανθῆλ Καντακουζηνὸς ὁ Φακρασῆς, Syropul. lect. 8. c. 3.

Phacrafer, qui interfuit concilio CPol contra *Mediensem* et *Ancyranum* episcopos. *Allat.* p. 702.

Ad *Matthaeum Phacrassem* Serrarum episcopum legitur epistola *Isidori* archiep. Thessal. in cod. Vaticano *) MS. Graeco DCCL. p. 236. *Allat.* p. 704. *Fabric.* *Fabricius* h. l. inseruerat ex *Allatio* adu. *Creyghton.* de concilio Florent. p. 702. *Emman. Philes* iambos sepulcrales in *Phaerafen*. Id vero epitaphium in fine mutilum, quoniam *Gottlieb Wernsdorf* in edit. sua *Manuelis Philae* carminum graecorum, Lips. 1768. 8. pag. 326. sqq. ex *Fabricio*, emendatius recudi fecit, addita latina versione, et subiectis notis criticis atque exegeticis, h. l. omittere satius esse duxi, praesertim quum illud plenius et forsan integrum exstet *Florentiae* in cod. Laurent. XIX. nr. 205. plut. 32. *Bandin.* quidem in cat. codd. gr. Laur. II. p. 168. ex hoc, inquit, codice suppleri possit totum carmen, cuius reliqua pars, versus continens XXIV. ita inc. πρὸς πᾶν ἁγιάζον, ὃ τελευτῆς ὁλβίας· definit: ἔα, τὰ γὰρ σὰ τῷ παρόντος δεύτερα. *Wernsdorf.* autem in nota p. 326. obseruat, et in praefat. §. VII. vberius docet, *Phacrasem*, in quem scriptum est epitaphium, non esse *Georgium Phacrasen*, qui imperante *Cantacuzeno* circa 1344. Protostratoris dignitate functus est, sed *Ioannem Phacrasen*, logothetam, h. e. scribam rationum, ad quem *Planudes* et *Gregorius Cyprius*, *) homines sub *Andronico* seniore clari, epistolas scripserunt, et a *Michaële* seniore *Palaeologo* magnum *Logothetam*, h. e. quasi *Cancellarium* aulae, fuisse creatum; floruisse igitur sub *Michaële* seniore, atque carmen forsan a. 1302. esse scriptum. — Ad *Phacrasen*, magnum *Primicerium*, epistola *Demetrii Cydone* in cod. *Caislin.* CCCXV. v. *Montfauc.* bibl. Caisl. p. 429. nr. 21. *Harl.*

V v v v 2

[*Phaedo*

*) *Ottobon.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 133. *A. Harl.*

*) *Vindobonae* in cod. LXVII. inter epistolas

Gregorii Cyprii est epistola 102. ad *Ioann. Phacrasem*: v. *Lambec.* VIII. p. 1076. et p. 1066. seq. de actate *Gregorii Cyprii* agit, add. supra, vol. VIII. p. 57. sqq. *Harl.*

[*Phaedo*, philosophus Arianus. Eius disputatio, cum orthodoxis in concilio Nicaeno primo a. Chr. 325. habita, exstat in cod. *Vindobon.* caef. LVI. nr. 2. in fragmento ex Gelasii Cyziceni libro II. historiae actorum concilii Nicaeni primi. v. *Lambec.* VIII. p. 1027. Koll. *Harl.*]

[*Franciscus Philelphus*, Tolentinus, Ioannis Chrysolorae, Manuelis Chrysolorae necessarii, gener, ab illoque graecarum litterarum doctrina Constantinopoli eruditus, orator, grammaticus et poeta, utriusque linguae peritus: docuit litteras elegantiores Bononiae, Romae, Mediolani, Florentiae, Patavii et Mantuae; pluresque graecorum vett. auctorum libros in linguam lat. transtulit: natus 1398. et mortuus 1481. cuius vitam, scripta, ab eo confecta, atque eruditionem multi VV. DD. persequuti sunt et laudarunt: a Constantino tamen Lascare, quod nimium se iactaret de graecae lingua peritia, valde culpatus est. Vid. *Fabricij* nostri biblioth. med. et infimae latinitatis, libr. XV. tom. V. p. 288. seq. ed. Mansi, *Christi. Frid. Boerner.* de doctis hominibus graecis, p. 18. seq. et 180. et multos alios, a Saxio in Onomast. liter. II. p. 451. seq. et 591. excitatos. Huc pertinent eius *epigrammata* VII. *ἔργων* in quamdam Dorotheam, *Florentiae* in cod. Laurent. II. plut. 57. quae gr. edidit *Bandin.* in cat. codd. gr. II. p. 335. — in cod. XV. plut. 58. eiusd. varia carmina elegiaco ac Sapphico metro, ad diuersos aetatis suae egregios viros et principes conscripta, quibus inscriptionem *Psychagogiae* addidit: liber I. sexdecim carmina; liber secundus 14. carmin. et totidem liber tertius continent: quae singula recenset, et priora duo speciminis loco, primum f. elegiam ad Alphonsum regem, alterumque ad Bessarionem cardinalem Nicaenum, odam sapphicam, graece in medium protulit *Bandin.* l. c. p. 450. sqq. — Carmina, (num graeca, an latina sint, non additur,) *Neapoli* in bibl. monasterii S. Seuerini, teste *Montfauc.* in Bibl. biblioth. MSS. p. 238. B. — Glossae, f. dictiones quaedam diuersorum populorum: in fine depicta sunt signa, f. notae, quibus ab astronomis denotantur sol, luna, et reliqui planetae, nec non duodecim Zodiaci signa, cum vnus cuiusque explicatione, omnia manu Francisci Philelphi exarata, *Florent.* in cod. Laurent. XIX. nr. 8. plut. 58. v. *Bandin.* l. c. p. 458. — In bibl. monasterii Benediclinor. S. Mariae, glossarium graeco-latinum, in cuius fronte legitur brevis gr. epistola *Franc. Philelphi*, quam edidit *Montfauc.* in bibl. citata, p. 414. E. addita lat. versione. — Ibid. p. 514. B. in cod. bibl. Ambros. *Mediolan.* *Philelphi* in apophthegmata Plutarchi de regimine magistratus; de ventorum origine; carmina, volumina sex; orationes; epistolae; in totum volumina XX. — Multi variarum bibliothecarum codd. qui continent Philelphi versiones latine factas aliaque eius opp. lat. indicantur a *Montfauc.* in eadem Bibl. biblioth. MSS. v. indic. I. ad illam p. CXCI. seq. *Harl.*

[P] *Philippus*, Cyprius Protonotarius CPolitanus, post a. 1639. scripsit Chronicon ecclesiae graecae, siue successionis patriarcharum CPol. cum notitia episcopatum patriarchae CPol. subiectorum. Primus graece et latine edidit *Nic. Blancardus* Franekerus 1679. 4. addito Christophori Angeli de statu, dogmatis et ritibus hodiernorum Graecorum libello cum Georgii Fehlauii versione. Postea hoc Philippi scriptum latine ex Blancardi versione cum *Henrici Hilarii*, rectoris Cellerfeldensis, commentario lucem vidit Lipsiae 1687. 8. Denique graece et latine legitur in *Anselmi Bandurii* imperio orientali tom. I. pag. 218. seq. Paris. 1711. fol. vt dixi vol. VIII. p. 45. nr. 5. [conf. supra in h. vol. p. 360.]

[*Phil.*

[*Philippi Abucaras* commentar. ad *Hephaestionis* Alexandrini enchiridion, cum hoc ipso, *Parif.* in bibl. publ. cod. MMDCLXXIV. nr. 1. vbi tamen, ut ait confector cat. MSS. *Parif.* regg. vol. II. p. 539. nihil occurrit, quod ab editis discrepet. conf. supra, vol. VI. p. 299. sqq. *Harl.*]

[Ad *Philippum*, diaconum, scripsit *Theodorus Studita*, idemque ad *Philippum*, monachum. v. *Montfauc.* bibl. Coislin. p. 147. 313. et 317. — Ibid. p. 566. ad *Philippum* presbyterum scripsit *Io. Chrysostomus.* *Harl.*]

[De *Philippi Studitae* historia graeca, in bibl. *Bodlei.* inter *Aduersaria Ger. Langbaeni.* v. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. p. 269, nr. 8. *Harl.*]

[*Philonis* monachi meditatio ascetica contra pulcritudinem mulierum, in prolegomenis variis in Pfalterium Daudicum, *Vindobon.* in cod. caef. CCXLVI. nr. 15. v. *Lambec.* V. p. 248. Kollar. — Ex *Philone* episcopo fragm. in cat. in Pentateuchum etc. *Venetis* in bibl. Iustiniani, v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 483. A. — De multis *Philonibus* consules indic. ad nostram bibl. gr. *Harl.*]

[*Pinnae* presbyteri pro S. Athanasio epistola ad Ioannem quemdam, ipsius calumniatorem, *Vindob.* in cod. caef. LVII. nr. 74. v. *Lambec.* III. p. 240. et *Athanasii* opp. ed. *Parif.* tom. I. p. 784. *Harl.*]

[P] *Phocas*, Drungarius Viglae, ICrus, cuius scholia ad leges et pandectas citat *Nic. Comnenus* pag. 372. 402. De alio *Iohanne Phoca* vide vol. VIII. pag. 99. nr. 1.

Phytaeus de processione Spiritus S. citatur ab *Allatio* p. 419. libri contra *Hottingerum*.

Polyeusti ab a. 956. a 970. patriarchae CPol. Synodicon de sanguine et suffocato citat *Nic. Comnenus* p. 145.

[*Potamii* epistola ad *Athanasium* ab *Arianis*, postquam in concilio *Ariminensi* subscripserunt, *Oxon.* in bibl. *Bodlei.* nr. 1918. cat. MSS. Angliae etc. vol. I. — ead. in bibl. *San-German.* nr. 724. et bibl. monasterii *Fiscanensis.* v. *Montfauc.* Bibl. biblioth. MSS. p. 1136. E. et 1142. B. *Harl.*]

Prochorus Cydones, *Demetrii Cydones*, (de quo supra pag. 398.) frater, hieromonachus aduersus quem *Ioannes Cantacuzenus* scripsit *avriççnœis* de lumine *Thaborio*.

Procopium chartophylacem in eclogis hymnorum et scriptorum *Samonae Gazensis* laudat *Nic. Comnenus* pag. 397. De aliis huius et aliorum *Procopiorum* scriptis dixi Vol. VII. pag. 562. sqq.

Francisci Prosalentis e *Corcyra* insula liber *Oxoniae* scriptus et in *Belgio* deinde editus aduersus *Benjaminum Woodrosium*, praeceptorem in *Anglia* suum, pro traditioni-

bus Graecorum vindicandis. *Fabr.* De *Prosalente* eiusque libro aduersus Woodrosum multa olim scripserat ad me *Villoison*. At quoniam in Supplem. ad Introduct. in hist. L. Gr. tom. II. p. 274 - 279. longam doctamque eius narrationem iam in lucem protuli, nolo eam h. l. repetere. *Harl.*

Rhafoxeftes de sacris officiis citatur ab eodem Comneno p. 407. vbi Photianis iunioribus eum adnumerat.

Rhetorius de XII. signis citatur a Cangio ex cod. reg. *Rhetorii* excerpta ex Antiochi astrologi thesauris apotelesmatum MS. in bibl. caesarea. *Fabr.* V. supra vol. IV. p. 161. vbi add. excerpta ex Antiochi thesauris capp. XLIV. de astrologia iudiciaria, quae in cod. *Vindobon.* cael. XLVII. nr. 5. sine collectoris nomine occurrunt, etiam a *Rhetorio* esse confecta, adnotante *Kollario* ad Lambec. VII. p. 192. idque constare adfirmante ex cod. cael. CXXXVI. nr. 1. in eod. vol. p. 549. et ad vtrumque locum conf. Lambec. De cod. *Bauar.* CV. conf. cl. *Hardt.* in Aretini Beyträgen etc. a. 1804. part. 7. p. 11. qui in illo cod. numeravit capp. XXI. contra codex, quem describit Lambecius, continet capp. XLIV. et qui in bibl. Vatic. exstat, capp. CVII. — *Parif.* in bibl. publ. codd. MCMXCI. nr. 10. et MMCDXVI. *Harl.*

Romani Nicephori, Thessalonicensis, qui saeculo XVII. in Gallia vixit ex ordine Capucinorum; grammatica linguae graecae vulgaris, communis omnibus Graecis, ex qua alia artificialis, peculiaris eruditus et studiosis tantum. Laudat idem *Cangius* ex codice Colbertheo MMMDCLXIII.

De Romani I. et II. legibus et constitutionibus, et de Romano Cubiculari, qui medica scripsit, infra libro VI.

